GAUDEO

John Carter Brown
Library
Brown University

224
OA 1

II, 209
Hist. univ.
XIV. Hist. rec. aevi
2, hist. s. XVI.

cc
Hl c

JO. HENRICI BOECLERI
DE
REBUS SECULI
POST CHRISTUM NATUM
XVI.
LIBER
MEMORIALIS
CUM
COMMENTARIO:
Recognitus, auctus, & ab innumeris, quibus ſcatebat, mendis repurgatus, Indicibusque neceſſariis inſtructus,
operâ
JO. BURCHARDI MAJI.

KILONI,
Sumtibus Joann. Sebaſt. Riechelii.
Typis Joach. Reumanni.
Anno M D C XC VII.

EX
BIBLIOTH:
GYMNASII REGII
JOACHIMICI.

Brandenburgische Landeshochschule
HISTORISCHES
SEMINAR

1951/1739

Præfatio,
de
inſtituto, ordine ac utilitate
hujus libelli.

INter omnia à nato Chriſto ſecula nullum neq; illuſtrius, neq; multiplici rerum converſione inſignius fuit, quàm decimum ſextum, ſive linguarum artiumq; optimarum ſtudia, ſive Eccleſiæ Reiq; publicæ fata conſideres. Renatis enim & magis magisq; creſcentibus melioribus literis, religio quoq; Chriſtiana â fœdis ceremoniis repurgari cœpit, abrogatâque auctoritate Pontificis purior doctrina primò Germaniam, mox Bohemiam, Moraviam, Ungariam,

Tranſylvaniam, Poloniam, Galliam, totumq; Septentrionem brevi temporis ſpatio pervaſit. In Angliâ ter mutata religio. Sub Eduardo VI. Pontificia rejecta; ſub Maria reſtituta; ſub Eliſabetha verò denuò abrogata & Reformata reducta. Similiter in Palatinatu frequens illius mutatio accidit. Primo enim abolitâ Pontificiâ Lutherana, deinde Reformata, tum rurſus Lutherana, poſtremò denuo Reformata religio illuc invecta eſt. Tum in India ultimoque Oriente religio Chriſtiana magnis auctibus crevit, imò in regno Peruano & Cuſcano Chriſtiana ſacra introducta ſunt. Plures etiam religionis cauſa hoc ſeculo conventûs ſunt inſtituti, pluraq; habita colloquia, quàm ullo alio. Præterea ſe-

ctarum

ctarum atq; hæreſium feraciſſimum fuit hoc ævum, exortis Anabaptiſtis, Enthuſiaſtis, Menniſtis, Carolſtadianis, Zwinglianis, Schwenkfeldianis, Antinomis, Libertinis, Adiaphoriſtis, Synergiſtis, Puritanis, Browniſtis, Anti-Trinitariis, Socinianis, Arrianis, & pluribus aliis, qui purioris doctrinæ curſum valde inhibuerunt, miſereque Eccleſiam Chriſti turbarunt.

Jam ſi Reipublicæ ſtatum perpendamus, ingens pariter in omnibus pænè Europæ regnis mutatio contigit, inprimis verò in Imperio noſtro Romano-Germanico, quod Maximiliano I. rerum potiente novam planè formam ac faciem induit. Nec minus ſub Carolo *V. in variis regnis provinciisque tàm in* Civili*, quàm*

Eccleſiaſtico ſtatu inſignes factæ ſunt converſiones, Germaniaque partim ob metum creſcentis potentiæ Cæſareæ, partim ob religionis disſidium, & ex utroque ortam diffidentiam mutuam, inteſtinis bellis vehementer fuit concuſſa. Et quanquam ſub Ferdinando I. & Maximiliano II. pacatiora erant tempora: inclinante tamen Rudolphi II. Imp. ætate plenus iterum diffidentiæ erat ſtatus in Germania, turbæque ac bella tam civilia, quàm externa, quibus omnia ferè regna deinceps involvebantur, recruduêre. Italia *ob regnum Neapolitanum & Ducatum Mediolanenſem continuis bellis vexata: Piſæ anteà liberæ à Florentinis ſubactæ: Veneti in anguſtias compulſi amisſis multis oppidis, quæ tamen armis poſtea*

ea recuperarunt: Galli Mediolanô, Genuâ, Italiâque ejecti: ipſa Roma â Cæſareanis capta direptaque: Florentia Medicæis reſtituta, iique primò Duces, hinc Magni Duces facti. Gallia *perpetuis ferè bellis tàm internis, quàm externis fatigata. Motibus quippe inteſtinis octies, cum Cæſaribus quinquies, cum Hiſpanis, Venetis, Genuenſibus, Anglis, Hugenottis ſæpius commiſſa & attrita eſt: Ducatûs tamen Metenſem, Tullenſem & Virodunenſem Germaniæ, Caletum verò Angliæ eripuit.* Hiſpania, *vetuſtâ ſtirpe Gothicâ in Ferdinando Catholico extinctâ, ad domum Auſtriam pervenit: Arragoniam rebellantem libertate & privilegiis exuit: Navarram etiam & Luſitaniam, de cujus ſucceſſione plures*

 di-

diſceptabant, armis ſibi adjunxit: ſed contra magnam Belgii partem ſtupendamque & invincibilem, ut jactabat, claſſem, contra Belgas Anglosque eductam, amiſit: utque illius potentia ſub Carolo V. ad ſummum faſtigium fuit evecta; ita ab exceſſu Philippi II. rurſus decrevit, paulatimque exolevit memoria Hiſpanicæ dominationis. In Belgio, *ob acerbam Hiſpanorum Inquiſitionem atque ſævitiam, ſurſum deorſum vertebantur omnia, donec Belgæ neceſſitate compulſi in libertatem ſe vindicarent, novamq; adeò rempublicam, ipſis regibus formidandam, conſtituerent.* Anglia *poſt multas rerum viciſſitudines turbasq; inteſtinas, ac bella cum Gallis Hiſpanisque finita, ſub felici Eliſabethæ regimine*

au-

aureum quaſi ſeculum habuit. Scotia *ingenti ab Anglis acceptâ clade in turbulentiſſimo erat ſtatu: ſub rege tamen Jacobo VI. reſpiravit, factâ inter ipſum & Hamiltonios pace.* Dania *non quidem â turbis immunis, felix tamen fuit ſub Oldenburgicorum regimine, & ducatus Slesvicenſis, Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ acceſſione aucta, Norwegiæ ac Suediæ regna ſibi conjuncta habuit: licet illa brevi pòſt iterum diviſa, Suedis auctore Stenone Sturiô â Danis deficientibus, & Guſtavum I. eligentibus, qui Suediam, Chriſtierni II. tyrannide oppreſſam, in libertatem & peculiare ſeparatumque regnum vindicavit, religionemque ac bonas leges ibidem inſtauravit.* Polonia *Moſchos Tar-*

taroſque, â quibus aſſiduis fere bellis infeſtabatur, repreſſit: ſed extinctâ in Sigismundo II. Jagellonidum ſtirpe exteros reges habere cœpit, inque fidem ac clientelam Pruſſiam atque Livoniam ab imperio deſertas ſuſcepit, quarum tamen poſterior deinde ad Moſchos, ab his verò tandem ad Suedos pervenit. Maſſovia quoq; extinctis Ducibus ad regnum Poloniæ rediit, cum eâque Lithuania æterno fœdere conjuncta, & Ordine Teutonicô abrogatô novus Curlandiæ Ducatus inſtitutus eſt. Bohemiæ & Ungariæ *regna ſub Ferdinando I. ad Auſtrios jure pacti & connubii devoluta, poſtquam utrumque factionibus fuit diſtractum, & Ungaria inſuper bellis Turcicis miſerè afflicta ac devaſtata. Solymannus enim â*

Jo.

Jo. Scepuſio evocatus Hungariam invaſit, & Belgradô, Budâ meliorique regni parte occupatâ in Auſtriam movit, ac Vindobonam magnis viribus copiisque obſedit. Tranſylvania *ab Hungariâ, cui innexa erat, ſeparata diu ſub jugo Turcico gemuit. Rhodus, Cyprus, ac Chios inſulæ, itemque regnum Tunetanum, & Mammeluchorum in Ægypto Imperium, iidem in ditionem ſuam redegerunt.* Helvetii *Auſtriorum dominio ſe ſubtrahentes junctis invicem fœderibus in peculiarem hodieq; florentem rempublicam coaluerunt.*

Ex quibus omnibus cùm ſatis conſtet, quàm inſignes in univerſa Europa hoc ſeculo converſiones acciderint; omninò operæ pretium feciſſe exiſtimandus eſt vir ſummus & immor-

tale

tale in orbe erudito nomen meritus, Jo. Henr. Bœclerus, *qui diffuſiſſimas maximeq́ memorabiles ſuperioris ſeculi res è ſcriptoribus fide digniſſimis diligenter erutas, ac ſingulari elegantiq́ ordine diſpoſitas, in breve & ſuccinctum compendium redegit. Primò enim librum memorialem præmiſit, quô per ſingulos annos memorabilia exhibet, indicatis ſemper Scriptoribus, unde plenior eorum notitia haurienda. Deinde ſubjunxit commentarium, quô paulò uberius omnia diducuntur, nempe primò cujusque Imperatoris elogium, nativitas, educatio, ſtudia, mores, coronatio, mors, uxores, liberi, & res geſtæ præcipuæ: deinde, quæ ad rempubl. pertinent, ut comitia, eorumque decreta, controverſa & mutata circa fines Imperii,*

perii, bella & tumultus in Germaniâ: tertiò externa, & quidem Italica, Gallica, Hiſpanica, Belgica, Luſitanica, Anglica, Scotica, Danica, Suecica, Polonica, Moſcowitica, Ungarica, Bohemica, Turcica: quartò judicium de his & comparatio: quintò Eccleſiaſtica, in iisque Pontifices, Colloquia, Perſecutiones, Religionis progreſſus ac mutationes variæ: ſextò Hiſtoria literaria, ubi Academiæ, Scholæ, Bibliothecæ, Viri literati, nominatim Theologi, JCti, Medici, Philoſophi & Philologi: poſtremò alia vel artis vel naturæ memorabilia. Quanquam verò Auctor noſter res hoc ſeculo geſtas non ita plene ac copioſe, ut in Commentariis de rebus ſeculi IX. & X. pertractavit; quia tamen liber hic alius Com-

pen-

pendiis omnibus, ob cauſas antea allatas, ordinis præſertim concinnitatem, facilè palmam præripit; eundem potiſſimum ac meritò ſelegi, quem in privatis ſcholis ſtudioſæ Juventuti explicarem. Cùm verò nulla amplius libelli hujus exemplaria proſtarent in tabernis librariis, ejus recudendi conſilium cepi, in eoq; revidendo errores varios, in auctorum præſertim citatione, non quidem ipſius Auctoris, quippe poſt cujus obitum demum prodiit, ſed editorum culpâ admiſſos, animadverti. Itaq; ſingula ſcriptorum loca evolvi, eaq; correxi, ac alia inſuper addidi: & quia ipſe Auctor in tribus poſterioribus Imperatoribus non tàm prolixus fuit, quàm in duobus prioribus, Maximiliano I. & Carolô V. fortè quod

Fer-

Ferdinandi I. res geſtæ cum fratris maximam partem conjunctæ ſint, ſub reliquis verò non tanta rerum varietas ac copia detur; defectum hunc utcunque ſupplere ſtudui, ſuaſu potiſſimùm Jo Fechtii, *Theologi ſummi & incomparabilis, deque Eccleſia & univerſa republicâ literariâ meritiſſimi, Profeſſoris in Academiâ Roſtochienſi celeberrimi; ubi & cum Ejusdem præfatione iſagogicâ Bœcleri noſtri hiſtoria, quam vocant univerſalem, quatuor primorum â nato Chriſto ſeculorum, ad eundem ferè modum pertractata, â Jo. Gottlieb Mollero, tunc ibidem, jam verò in Gymnaſio Gedanenſi, Profeſſore clariſſimo, publicata fuit. Quocirca totum opuſculum recognovi, â plurimis, quæ irrepſerant,*

mendis liberavi, omiſſa ſupplevi, ac ſupplementa, ne cum Bœclerianis confunderentur, uncinis includenda curavi, virorum præſertim eruditionis famâ ſcriptisque celebrium, quorum in poſteriore libri parte nuda tantùm nomina erant poſita, vitam, obitum, ac ſæpe etiam ſcripta, quibus erudito Orbi innotuere, indicavi, idque dedi operam, ut & emendatior & plenior, ac per omnia ſibi reſpondente formâ, prodiret libellus: utque expeditiſſime quæque reperiri poſſent, eundem neceſſariis inſtruxi indicibus. Quid porrò præſtitum â me ſit, Benevolus Lector *judicabit, & ſi non mea, quæ ſanè haud parvo mihi labore conſtitere, Bœcleriana tamen æſtimabit, iisque, ſi lubebit, mecum fruetur.*

I. N.

I. N. J. C.

JO. HENRICI BOECLERI
DE
Rebus Seculi poſt Chr. Nat. XVI. Liber memorialis.

DE *Chytræo*, cujus *Chronicum* ſuperioris ſæculi rebus dicatum eſt, plenius judicium 1. de ordine. 2. ſcopo. 3 fide. 4. forma vid. in *diſſert. de Utilitat. ex Hiſtor. univerſal. capiend.*

De Anno Sæculari 1500 quædam repetenda. *Guicciard. hiſt. ital. l. 4. fin.*

Seditio Granadenſis apud *Petr. Martyr. de Angleria lib. 13. ep. 212.*

Galli Mediolano ejecti Ludovico Sfortia recepto *ep. 213. add. Pontus Heuterus Rer. Auſtr. lib. 6. pr.*

Ludovicus captus Gallis deditur *ep. 214.*

Defectio Alpuxarenſium *ep. 215.*

Turcæ in Græcia ſucceſſus *ep. 217.*

[Luſitanorum in Indiam Orientalem navigationes, de quibus vid. rerum

Indicar. Scriptores, nominatim *Jo. Lerius* & *Hieron. Benzo*, *ille de Navigatione in Americam, hic in nova novi Orbis hiſtoriâ.*]

Nativitas Caroli, qui infans Dux Lutzemburgenſis ſalutatus, poſtea Imperator V. hujus nominis extitit. *Zenocarus lib. 1. de rep. & vitâ Caroli V.* Oeſterreich. Ehrenſpiegel.

Eodem anno Comitia Auguſtana conſtituunt das Reichs Regiment: Formula in R. A.

It. Militiæ ſumtus adverſus Turcam Oeſterr. Ehrenſpiegel *p. 1130. &c.*

[Ezardus Comes Orientalis Friſiæ II. Gröningam ſuæ ditioni adjungit.]

[Johannes I. Daniæ Suediæque Rex â Dithmarſis ingenti clade affectus.]

[Obit Albertus, Dux Saxon. Margaritæ Auſtriacæ, Erneſti I. Ferrei filiæ, filius, â Pontifice dextra manus imperii appellatus, *Henning. Gen. P. II. fol. 22.*]

Ann. I.

Portentum: ſigna crucis ubiq; conſpecta Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1132.

Iter Philippi Auſtriaci in Hiſpaniam per Galliam: Svaſores; diſvaſores. *Pont. Heuter. rer. Auſtr. lib. 6. c. 3.* effectus congreſſus Gallici. Hi-

Hiſpani & Galli conventio de Regno Neapolitano dividendo variis rumoribus obnoxia *P. M. ep.* 218. fit diviſio *ep.* 219. Sed expelluntur Galli, tranſitque Neapolis ac Sicilia ad Hiſpanos, Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1139. *add. Petr. Martyr. ep.* 254. *& ſeqq.*

Baſileæ & Scaphuſii acceſſio ad fœdus Helveticum Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1134.

Matrimonium Philiberti II. Sabaudi cum Margareta Auſtriaca. *Ibid.*

Turcæ Cephaloniam capiunt *P. M. ep.* 220.

Seditio ruſticorum in Speyergauw. *Continuator Naucleri p.* 395.

[Hieronymus Savanarola exuſtus.]

[Boppardienſium rebellio, & Elziorum factio. *Brower. annal. Trev. Tom. II. lib.* 20. *p.* 317.]

[Obit Johannes Albertus cœlebs, electus rex Poloniæ, filius Caſimiri regis ex Eliſabetha Auſtriaca, & ſepelitur Cracoviæ.]

Ann. II.

[Alexander poſt obitum fratris coronatur rex Poloniæ.]

Academia Witteb. *Chytr. lib.* 5. *p.* 128.

Philippi reditus & tractatus de Pace

cum R. Galliæ : unde acris diſputatio de Mandatis. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1141. *Pont. Heut. Rer. Auſtr. lib. 6. c. 5.*

Comitia Noribergenſia.

[Naſcitur Johannes III. Luſitaniæ rex, Philippi I. Auſtriaci reg. Hiſp. gener, & Philippi II. ſocer. *Vaſconell.*]

Ann. III.

[Galli â Ferdinando V. Catholico, Caroli V. avo materno, vincuntur in agro Neapolitano. *Vernul.*]

Delirium Johannæ, Philippi uxoris.

Alexandri VI. & Pii III. Pontificis mors, & Julii ſucceſſio : De Alexandri VI. morte *P. M. ep.* 265. de cæteris *ep.* 267.

Nativitas Ferdinandi I. poſtea Rom. Regis; Iſabellæ, filiæ Emanuelis, Regis Portugalliæ, ux. Caroli V. Imp. *Fugger.* & Chriſtiani III. Daniæ regis.

Controverſia de ſucceſſione Bavarica ejusque finis Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1145. *& ſeqq. Annal. Bavar. part.* 2. *l.* 9.

[Chriſtophorus, Marchio Badenſis, â Maximiliano I. imperatore Lutzelburgiis præficitur.]

[Ex Principibus fato ſuo functi ſunt Johannes II. Badenſis, Elect. & Archi-

Epi-

Epiſcopus Trevirenſis *Brow. Annal. Trev. Tom. II. lib.* 20. *p.* 318. Magnus, Dux Megapolitanus; Georgius cognomento Dives, dux Bavariæ, lineæ Landshutenſis ultimus, poſt cujus obitum motus in Bavaria â Palatinis Principibus ob hæreditatem concitati: *Dan. Pareus Hiſt. Pal. p.* 101. 102. 243. 246. eodemq; anno obierunt Petrus Medices Florentiæ, & Conradus Maſſoviæ Duces.]

Ann. IV.

Comitiorum Auguſtanorum acta. *Pont. Heuter, rer. Auſtr. lib. 6. c. 6.*

[Bogislaus, Dux Pomeraniæ Sundenſibus bellum infert. *Chytr. Sax. libr. V. p.* 133. *ſqq.*]

[Galli e regno Neapolitano pulſi.]

[Margarita, Henrici VII. R. Angl. filia, nubit Jacobo IV. Regi Scotiæ, quo matrimonio primum fundamentum jactum eſt conjunctionis Britanniæ. *Buchanan. rer. Scot. hiſt. libr.* 13. *p.* 441.]

[Obit Iſabella, Ferdinandi Catholici uxor, ſocrus Philippi I. reg. Hiſpaniarum, *Lequile Betul.* Deceſſerunt & Eberhardus II. Würtenbergiæ,

Philibertus Pulcher, Sabaudiæ duces; itemque Rupertus Comes Palatinus adRhenum; Steno Sture, regni Svecici adminiſtrator, cui agnatus Svanto Sture ſuccedit; nec non Eliſabetha, Angliæ regina, Eduardi IV. filia, & regis Henrici VII. conjux, in puerperio extincta. *Lilius.*]

Ann. V.

Anno Sæculi V. Magni momenti controverſia inter generum & ſocerum, Philippum & Ferdinandum Catholicum, & arcana hiſtoria ap. *P. M. de Angl. Ep.* 285. *ſub fin. ep.* grave judicium de conſiliis peregrinis, ut & *ep. ſq.* 287. & 289.

Conſilia Ferdinandi contraria *ep.* 290. adde ejus *ep.* 291. Pax. *ep.* 294.

[Comitia Colonienſia pro rebus Bavaricis componendis. In quibus Philippus El. Palatinus, Chriſtophori, March. Badenſis & Friderici Sax. El. interventu Cæſari reconciliatur. *Dan. Pareus hiſt. Palat. p.* 246.]

Philippi Victoria Gelrica *P. M. de Angl. ep.* 289. *Pont. Heut. Rer. Auſtr. lib.* 6. *c.* 5. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1163.

[Carolus Geldriæ Dux Cæſari ſe ſubmittit.]

Cau-

Cauſa illa Gelrica ſummatim repetitur ap. *Chytræum Chron. Saxon. lib 16. p. 405. &c.* Add. *Pontani Gelrica lib. 11. p. 625.* ubi refutatur *Pontus Heuterus.*

[Ludovicus Galliarum rex inveſtituram Ducatus Mediolanenſis accipit.]

Pax Bleſenſis inter Maximil. Imp. & Ludovic. R. Gall. Oeſt. Ehrenſp. *p. 1159.*

[Naſcitur Bruxellis Maria, filia Philippi I. regis Hiſp. poſteà Ludovici Hungar. reg. uxor. *Pieſpordius, Mantenefius.*]

[Inter illuſtres fato ſuo funguntur Bartholdus, El. & Archiepiſcopus Mogunt. Comes Hennebergicus: Fridericus II. Com. Hohenzolleranus & Epiſcopus Auguſtanus: Hercules Eſtenſis, primus dux Ferrariæ, Alfonſi I. pater: Johannes Magnus dux Moſcoviæ, Baſilii cœci fil. qui primus totius Ruſſiæ princeps appellari voluit.]

Ann. VI.

Belli Gelrici exitus *Pont. l. d.*

Iter Philippi in Hiſpaniam, & naufra-

gium, quo evadit captivus Dux Gelriæ. *P. M. ep.* 296.

Actio Regis Angliæ Henrici VII. cum Philippo hoſpite naufrago. *ep.* 300, *& Verulamio in Henr. VII.*

Controverſia Pontificis cum Venetis. *P. M. ep.* 297. *&* 301.

Adventus Philippi in Hiſpaniam. *P. M. ep.* 304. & diſſenſio cum Ferdinando *ep.* 305. *&* 306. Conſilium Philippo datum *ibid.* Congreſſus, ſed manente diſſidio. *ep.* 308. *&* 309. *&* 310.

[Tandem Philippus cedente ſocero adit regimen regnorum Hiſpaniæ, & Valeoleti cum Johanna conjuge ſolenni ritu primus ex Archiduce Auſtriæ rex inauguratur.]

Mors Philippi Regis *Hiſp. Ep.* 316. *Pontus Heuter. rer. Auſtr. libr. 6. c. ult. Panegyricus Eraſmi ad Phil. reducem ex Hiſpania,*

Turbæ in regno Hiſp. poſt mortem Philippi *P. M. ep.* 317. *&* 318.

[Henricus Pacificus, Dux Megapolit. cum Lubecenſibus bellum gerit.]

Ab initio hujus Sæculi Johanni II. Sveci abrogant regnum Sveciæ, adminiſtratore regni conſtituto

Ste-

Stenone Sturio. Singulorum annorum hiſtoriam vide in *Loccenii Hiſt. Sved. lib. V. p.* 177. *& ſeqq.*

Alexander Rex Poloniæ mortuus ἄπαις, cui ſucceſſit frater Sigismundus.

Ludovicus poſtea Rex Hungariæ naſcitur.

Academia Francofurti ad Viadrum inſtituta *Chytræus lib. 6. p.* 148.

Ann. VII.

Genuenſes à Gallis deficiunt, & puniuntur. *Gerh. de Roo. lib.* 12. *p.* 435. *P. M. ep.* 349.

Diſſidia Procerum Hiſp. poſt Philippi mortem *P. M. ep.* 331. *&* 346.

Maximilianus Imp. iter in Italiam parat, monitus etiam à Pontifice Julio, cui Gallica conſilia ſuſpecta erant. *G. de Roo, p.* 433.

ComitiaConſtantienſia & eorum decretum de expeditione Romana. *G. de Roo lib.* 12. *p.* 435. *&c.* Oeſt. Ehrenſp. *lib. VI. c.* 12. *p.* 1232. *P. M. ep.* 358.

Legatio ex comitiis ad Helvetios decreta Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1235.

Ordinatio Cameræ in R. A.

Gallici Emiſſarii Mandata *p.* 1237.

Exequiæ Philippi in Comitiis *p.* 1240.
Saxo vicarius conſtituitur per abſentiã Cæſaris in deſtinato itinere Italico, cum Philippus El. Palat. proſcriptione notatus eſſet *p.*, 1241.
Controverſia Bavarica compoſita in Comitiis *p.* 1241. *Annal. Bavar. part.* 2. *lib.* 9. *p.* 230. & 231.
Congreſſus Regis Ferdinandi ex Sicilia in Hiſpaniam redeuntis, & Ludovici Gall. Regis Savonæ reconciliatio, amicitia & fœdus contra Venetos. *p.* 1241. *P. M. Ep.* 353.
Bernenſes præſtigiæ in negotio de original. peccato Mariæ Virginis Deiparæ *P. M. Ep.* 341.
In Belgio Margareta rebus impoſita, turbis vexatur. *P. M. Ep.* 359. & 373. *G. d. Roo.*

Ann. VIII.

Cæſaris iter in Italiam aſſumto ante nomine Imperatorio *G. de Roo p.* 437. Oeſt. Ehrenſp. *lib.* 6. *c.* 13. *p.* 1245.
Propter Venetorum apparatus bellicos, ipſe quoque majora circumſpicit præſidia *Id. p.* 438. In Belgium trahitur.
Venetorum victoriæ adverſus Cæſaris copias *Id. p. ead.* &. 439. Induciæ

ciæ cum Cæſ. 3. annor. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1248.

Conventus & pax Cameracenſis contra Venetos *p.* 440. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1250.

Inſtrumentum *p.* 1251. *&c.*

Brevia Comitia Wormatienſia, non ex voto Cæſaris terminata. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1251.

[Ludovicus II. rex Hungariæ, gener Philippi I. regis Hiſpan. coronatur. *Chron. Princ. fol.* 560. *Gaſp. Ens rer. Hung. lib.* 4. *p.* 164.]

[Mors Philippi, Electoris & Comitis Palat. ad Rhenum; Alberti IV. cognomento Sapientis, ducis Bavariæ, Maximiliani I. Imp. Sororii; & Erici ducis Megapolitani.]

Ann. IX.

Bellum Venetis illatum à Gall. *Ger. de Roo p.* 441. *&c.* Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1257.

De clade Venet. *Petr. Martyr. ep.* 416. *&* 419.

Legatio ad Cæſarem *p.* 443. *Spec. Hon. Auſtr. p.* 1260. *&c.*

Veneti continentis imperio ſe abdicant *p.* 446.

R. Galliæ ex Italia diſceſſus. Hinc

Ve-

Venetis nata rerum recuperandarum conſilia. *ibid.*

Maximilianus Imp. redit in Italiam, de ipſa urbe Venetâ oppugnandâ conſultat, adverſantibus fœderatis *p.* 447.

Venetorum damna. *ibid.* & 448.

Maximiliani ſucceſſus. Irrita Patavii oppugnatio *p.*448. & 449. *Petr. Mart. ep.*427. & 429. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1267.

Cæſar in Germaniam redit *p.* 450.

Querela ejus. *ibid.*

Transactio Cæſaris cum Ferdinando Catholico de Caſtellæ adminiſtratione *p.* 451. *P. M. ep.* 453. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1269. *Pontus Heuter. Auſtr. lib. VII. c.* 24.

[Comitia Wormatienſia, in quibus Cæſari ulteriora ſubſidia negantur.]

[Moriuntur Wilhelmus II. Haſſiæ Landgravius; Ludovicus Sfortia, dux Mediolanenſis; & Henricus VII. Angl. rex, anteà Comes Richmondiæ dictus, cui ſuccedit filius Henricus VIII.]

Ann. X.

Comitia Auguſtana menſ. Januario in-

indicta Oeſt. Ehrenſp. *lib. 6. cap. 14. pag.* 1269. Quibus Cæſari decernuntur 6000. pedites, 1800. equites per annum *Ger. de Roo lib. 12. p.* 451.
Pontifex impedimenta objicit. *p.* 452.
Gall. R. conſilia *p.* 453.
Fœdus anno ſeq. cum Cæſare novum init. *p.* 454. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1277.
Diſplicet Regi Ferdinando *p.* 1278.
Venetorum Emiſſarius ad Comitia Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1272.
Tripolis in Africa Mauris eripitur à Ferdinando R. *P. M. ep.* 445.
Strages Hiſpanor. *ep.* 445.
Nova expeditio adverſus Venetos Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1275.
Vincentia capta & direpta.
Veneti obſident Veronam: antea Mutina Imperatori deditur, *G. de Roo p.* 455.

Ann. XI.

Petitio Cæſaris 50000. armatorum Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1278.
Conventus Mantuam indictus Bononiæ agitur. *ibid. Ger. de Roo p.* 456. *&c. P. M. ep.* 452. *add.* 454.
Novi apparatus & moræ. Oeſt. Ehr.
Judicium de hoc anno *P. M. ep.* 449.

De-

Dedit ſe Tremeſſenius Maurus R. Ferdinando *P. M. ep.* 456.
Ad hiſtoriam concilii *P. M. ep.* 458. 461. 464. 468. 470.
Fœdus inter Hiſpanum & Venetos cum Papa *P. M. ep.* 467.
In Belgio Geldrus turbat. Venloa fruſtra obſidetur. *Joh. Is. Pontani Gelrica lib. XI. p. 644. &c. Pont. Heuter. Auſtr. l. VII. cap. 3.*
[Obit Blanca Maria, Galeacii Ducis Mediolanenſis filia, Maximiliani I. Imp. uxor, Oeniponti. *Lequiele Jac. Fugger.* Unde errant *Pieſp. & Mathenes.* qui eam anno 1502. extinctam ſcribunt. *Strada* ait 16. annis marito convixiſſe. Igitur obiit 1511. cum nupta fuerit 1494. Eodemque anno moritur Wilhelmus VI. dux Juliacenſis & Bergenſis poſtremus, *Chytr. Sax. lib. 6. p. 170.* & Jacobus II. Marchio Badenſ. Elector & Archiepiſcopus Trevirenſis.]

Ann. XII.

Fine præcedentis anni fœdus initum inter Pontificem, Aragonos & Venetos, relicto Cæſari & Angliæ Regi loco.
Initio hujus anni cum Cæſare agit Gal-

Gallus; ſed fruſtra. Igitur per Gaſtonem Foiſſejum Bononiæ ſuccurrit.

Breſciam capit. Quare Cæſar Pontifici ſuadet, ut cum Gallis pacificaret, fruſtra. Hinc prœlium ad Ravennam cruentum. Victoriam Gallorum corrupit mors Ducis. *G. de Roo lib.* 12. *p.* 458. Oeſt. Ehrenſp. *lib.* 6. *c.* 15. *p.* 1285. *&c.*

Lætitia de Afris deditis *P. M. ep.* 473. *&c.* De Bonon. & Brixia *Ep.* 481. *Hieronymus de Rubeis Hiſtor. Ravenn. l.* 8. *P. M. ep.* 483. Rex Galliæ offert Pontifici pacem fruſtra Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1287. expellitur Italia. *p.* 1288. *Gerh. de Roo p.* 459. *P. M. ep.* 490.

Maximilianus ex Belgio redux Coloniæ comitia celebrat, de quibus *Gerh. de Roo p.* 459. Oeſt. Ehrenſp. *pag.* 1288. *&* 1289. Diviſio Imperii in circulos: varia conſtituta. *ibid. & in Rec. Imp.*

Fœderis Svevici renovatio in 10. annos Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1289. diruit latronum receptaculum Hohen Krähen.

Jodocus, Comes Hoyenſis â Duci-

bus

bus Brunsvicenſ. & Lüneburgenſibus Comitatu ejicitur.]

Conventus Mantuani acta cum Helvetiis. *G. de Roo p.* 460. **Oeſt. Ehrenſp.** *p.* 1291.

Turcica *P. M. ep.* 492. 500. 522.

Fœdus inter Imperatorem & Pontificem. *ibid.* **Oeſt. Ehrenſp.** *p.* 1292.

[Florida Americæ Septentrionalis regio inventa. *Hieron. Benzo in expeditione Gallor. in Floridam p.* 430.]

[Moritur Svanto Sture regni Sved. adminiſtrator, ſuccedit filius, Steno Sture; & Bajazethes II. Turcarum Imperator, ſucceditque filius Selymus.]

Ann. XIII.

Maximilianus Sfortia, Ludovici filius, pulſis Gallis, reſtituitur. *ibid.* **Oeſt. Ehrenſp.**

Rex Ferdinandus Hiſpan. Regnum Navarræ expulſo Johanne Rege in ditionem redegerat anni prioris fine **Oeſt. Ehrenſp.** *p.* 1293. *P. M. ep.* 495. 498. 505. 508. 510. *Pont. Heuterus Rerum Auſtr. lib. VII. c.* 4.

Julii Pontificis mors Febr. ſucceſſio Leonis X. *P. M. ep.* 517. & 519. 520.

Induciæ cum Venetis in tres menſes extenduntur. [Ma-

[Maximiliani I. Imp. auſpiciis Veneti ad Vincentiam ingenti prælio vincuntur, indeque Ericus, Dux Brunsvicenſis, aliquot vexilla Veneta in Germaniam retulit, & in templo Mindenſi ſuſpendit. *Jovius, Chytræus lib. 6. p. 177. Guicciard. lib. XI. p. 413. ſq.*]

Induciæ Ferdinandi Hiſp. cum R. Galliæ in annum Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1294.

Galli fœdus cum Venetis *ibid.* & Belli Mediolanenſis novum initium.

Gallorum ad Novariam clades Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1295. *Gerb. de Roo p.* 462. *P. M. ep.* 523.

Veneti infeliciter Veronam oppugnant Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1296. *G. de Roo p.* 462. [quam tamen ipſis hoc anno reſtituit Imperator Maximilianus I. *Jac. Fug. Cal.*]

Hiſpani fruſtra Patavium aggrediuntur Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1297.

Fœdus Imperatoris cum Anglo & Helvetiis. *ibid.*

Teroana obſeſſa & capta à Fœderatis. *Ibid. Gerb. de Roo p.* 463. Gallorum ibi clades *p. ſeq. Pont. Heut. Auſtr. l. VII. c. 5. P. M. ep.* 525. 526. 527.

Expeditio Burgundica per Ulric. Duc.

B Wür-

Würtemb. & Helvetios Oeſt. Ehrenſp. p. 1300. &c. Pont. Heut. Auſtr. lib. VII. cap. 4.

Tornacum deditur. Gerb. de Roo p. 463. Oeſt. Ehrenſp. p. 1302. P. M. ep. 528.

Rex Angliæ domum redit. P. M. ep. 533.

Veronenſe præſidium Venetorum terras vaſtat, & Livinianum prælio vincit. Oeſt. Ehrenſp. p. 1304. &c. Pont. Heut. Auſtr. VII. 6. P. M. ep. 534.

Controverſia Bavarica: & quomodo compoſita Oeſt. Ehrenſp. p. 1306. Gerb. de Roo p. 465. &c. qui ponit in annum ſeq. Annal. Bavar. etiam part. 2. lib. 10. p. 237. v. anteced.

Ruſſica ap. P. M. ep. 526. & 529.

Indica P. M. ep. 532.

Scotica & Anglica: Jacobus IV. Scotiæ Rex Angliam aggreſſus bello, victus occiditur in prælio. Gerb. de Roo lib. 12. p. 463. P. M. ep. 536. Ei ſuccedit filius, Jacobus V.

[Obit Johannes R. Dan. & Suec. ſuccedit fil. degener, Chriſtiernus II.]

Ann. XIV.

Incendium Venetum & tempeſtas maris P. M. ep. 536. & Gerb. de Roo p. 465. Oeſt. Ehrenſp. p. 1307.

Ma-

Maranum fine prioris anni à Germanis occupatum, fruſtra à Venetis affectatur: Inter quos & Cæſarem Pontifex fruſtra pacem tentat. *Gerh. de Roo d. l. & P. M. ep. 539.* Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1308. & 1310.

Inducias dat petenti Gallo Ferdinandus Hiſpaniæ Rex fremente Anglo genero *P. M. ep.* 537. & 538.

Turcarum 4000. cæſi in Hungaria: cruciamenta ibi dilata. *Petrus Martyr. ep.* 536. & 540. 541. 543. & 552.

Rex Galliæ pacem facit cum Anglo, Sorore hujus in matrimonium ducta, quæ Carolo Archiduci promiſſa erat. *P. M. ep.* 541. *Pont. Heuterus Auſtr. l. VII. c.* 8.

In Weſtfriſia & Oſtfriſia à Saxone & Brunsvicenſe geſta. *Pont. Heut Auſtr. lib. VII. cap.* 6. & 7. Hinc Carolus Egmond & comes Oſtfriſiæ Etzardus proſcriptus Galli Vaſalli fiunt *cap.* 8. *Hare. p.* 531. & *c. Fabric. in Saxon. Jo. Is. Pontan. l. XI. p.* 650. & *c.*

Indica *ep.* 540. *ap. P. M.*

Bohemica *P. M. ep.* 545.

Ann. XV.

Ludovicus XII. Rex Galliæ Calend.

Januar. moritur, cui ſuccedit gener & agnatus Franciſcus I. Valeſius *G. de Roo p. 366. P. M. ep. 546.* Oeſt. Ehr. *p. 1314. Guicciard. l. 12. p. m. 434.*

Turcica Oeſt. Ehrenſp. *p. 1312.*

Hungarica & Seditio cruciatorum Oeſt. Ehrenſp. *p. 1312. & 1313. Dubravii Hiſtor. Bohem. l. 32. p. 827. Edit. Francof.*

Franciſcus Rex Galliæ pacem cum Anglo confirmat, & ab Helvetiis fruſtra petit, cum aſſumſiſſet titulum Ducis Mediolanenſis. Oeſt. Ehrenſp. *p. 1314.*

Conſilia Cæſaris *pag. præced. in ſpec. Hon. Auſtriaci.*

Congreſſus Cæſaris cum Rege Hungariæ & Poloniæ *Gerh. de Roo p. 466. & 468. Cuſpianus diarium* conſcripſit Oeſt. Ehrenſp. *p. 1320. &c.*

Carolus Archidux XIV. æt. anno capeſſit regimen Belgicum. *Jac. Fugger Calendar.* Fœdus ejus callidum cum Gallo & Anglo. Oeſt. Ehrenſp. *p. 1315. & 1316. G. de Roo p. 468.*

[Iſabella, filia Philippi regis Hiſp. Chriſtiani II. uxor, coronatur regina Daniæ biduo poſt nuptias *Jo. Gans.*]

Fran-

Franciſci Regis Galliæ expeditio Italica ad Ducat. Mediolan. recuperandum. Proelium cum Helvetiis & de iis victoria *P. M. 556. & 557.* Ei adhærentes Treviri plectuntur. *Brow. Annal. Trev. Tom. 2. l. 20. p. 330.*

Pax cum Pontifice & Helvetiis *Gerh. de Roo p. 468. & 469.* Oeſt. Ehrenſp. *lib. 6. c. 18. p. 1338. &c.*

Veneti Brixiam obſident. Livianus moritur. *Gerh. de Roo p. 469.* Oeſt. Ehrenſp. *p. 1341.* iterata obſidione pelluntur Veneti *p. 1342.*

Congreſſus Pontificis & Regis Galliæ Bononiæ *p. 1342. P. M. ep. 564.*

Mors Gonſali Ferdinandi *P. M. ep. 560.*

Indica *P. M. ep. 562.*

Ann. XVI.

Ferdinandi Regis conſilia ex ſucceſſibus Gallorum mutantur. *Gerh. de Roo lib. 12. p. 469. P. M. ep. 564.*

Mors ejus & Elogium *ibid. P. M. ep. 566.* Funus *P. M. ep. 567.* Oeſt. Ehrenſp. *p. 1342.* Caſus ſingularis *Ibid. & P. M. ep. 125. Pont. Heut. rer. Auſt. lib. VII. c. 11. Chytræus Chron. Sax. lib. VII. p. 191.*

Succeſſoris Principis Caroli dotes. *Ep. 569.*

Regis Navarræ exulis conatus in herba oppreſſi *P. M. ep. 570.*

Cæſaris expeditio in Italiam Oeſt. Ehrenſp. *p. 1342.*

Sero ad Mediolanum accedit; revertitur in Germ. Oeſt. Ehrenſp. *p. 1343. & 1344. Gerh. de Roo p. 470. Pont. Heut. Auſtr. l. VII. c. 12.*

Menſe Martio moritur Vladislaus II. Rex Hungariæ & Bohem. Oeſt. Ehrenſp. *p. 1345.* Comitia Hung. *pag. ead. Dubrav. Hiſt. Boh. l. 13. fin. ſq.*

Fœdus Noviodunenſe inter Gal. & Hiſp. *Gerh. de Roo p. 471. & 472.* Oeſt. Ehrenſp. *p. 1348. Franciſcus Haræus pa. 542. Chytræ. Chron. lib. VII. p. 192.*

Veneti Veronam obſident, ſed repelluntur. *Gerh. de Roo p. 472.*

Brixia deditur. Oeſt. Ehrenſp *p. 1346.*

Comitia Aurei Velleris. *p. 1347. & ſeq.*

Thaleri primum facti. Oeſt. Ehrenſp. *p. 1349. Chytræ. Chron. lib. VII. p. 192. Pont. Heut. Auſtr. lib. VII. cap. 13.*

[Campſon Gaurius, Ægypti Sultanus, à Selimo, Turc. Imp. prælió vincitur, ex eoque profugiens ſabuló obruitur.]

[Obeunt Ferdinandus V. Catholicus, R. Arragoniæ & Siciliæ; Erneſtus,

Prin-

Princeps Anhaldinus: Henricus Comes Würtenberg, Eberhardi II. Ducis Würtenb. frater, & Julianus Medices, Leonis X. Pontif. frater.]

Ann. XVII.

Veronam recipiunt Veneti, *Gerh. de Roo p.* 473. *P. M. ep.* 582.
Pontifex Urbinatium Ducem expellit *P. M. ep.* 577. ille recuperat ſua: hinc pax Cæſaris cum Anglo. *Gerh. de Roo pag.* 474. *P. M. ep.* 787. *&* 788. *&* 789. *&* 795. *&* 797. *&* 604.
Gelricæ turbæ ibid. Oeſt. Ehrenſp. *lib.6.c.* 19. *p.*1351 *Pont. Heut. Pontan. Gelr. lib. XI.*
Maximiliani Imp. iter Belgicum. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1352. *Franciſc. Har. p.* 542.
Etzardi Comitis reconciliatio cum Carolo R. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1353. *Fr. Har. p.* 542. *Pont. Heuter. VII.*
Selymi Turcæ victoria & mors. *G. de Roo p.* 475. *P. M. ep.* 778. *&* 779. Oeſt Ehrenſp. *p.* 1350.
Sodalitas S. Chriſtophori. Oeſt. Ehr. *p.* 1353.
Seditio in Marchia Windorum. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1355.

 Ini-

Initia Reformationis Lutheri. *Chytræ. Chron. lib. VII. p.* 196. *Sleidan. lib.*I.

Carolus Rex venit in Hiſpaniam Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1356. non ſine infortunio itineris *P. M. ep.* 599. *&* 603.

[Moriuntur Chriſtophorus Princeps Jeveræ in Friſiâ poſtremus, & Tomumbejus Sultanus Ægypti, qui ſuſpendio periit.]

Ann. XIIX.

Maximiliani Cæſaris obitus & elogium *Gerh. de Roo p.* 476. *&* 477. (atque hic finit *Gerh. de Roo*) Welſæ. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1363. *&c.*

Deſcriptio *p.* 1367. *&c.* add. *Cuſpinian.*

Carolus Rex coronatur in Hiſpania cum matre. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1357. Primi regiminis miniſteria. *P. M. ep.* 615. 619. 622. 631. *Franciſc. Haræ. p.* 543.

Turbæ latrocinii Geldrici culpa Caroli Egmondani. Oeſt. Ehrenſp. *p.* 1357. *&* 1358. *Fr. Haræ. p.* 544. *Pont. Heut. Auſtr. libr. VII. cap.* 16. *Is. Pontan. lib. XI.*

[Eccius & Sylveſter ſcribunt contra Lutherum.]

Co-

Comitia Auguſtana. Oeſt. Ehrenſp. p. 1358. Ubi Elector Mog. Cardinalis conſecratur. Marchio Brand. Caſimirus nuptias celebrat. Deliberatio de Carolo H. R. olim Cæſare creando. Oeſt. Ehrenſp. p. 1361. *Fr. Har.* p. 545. [Eam Franciſcus I. Galliarum rex diſtrahit. *Fr. Guicciard. Hiſt. Ital. lib. XIII.* p. m. 482. ſq.]

[Leo citat Lutherum.]

[Cajetani cum Luthero Colloquium.]

[Lutheri ad Pontificem, indeque ad Concilium provocatio.]

Pax inter Gall. & Anglos Oeſt. Ehrenſp. p. 1359.

Trivultii mors: *ibid. P. M. ep.* 632. 638.

Legati Polonici cohortatio ad Bellum Turcicum.

Leonora Caroli R. ſoror fit Regina Portugalliæ *P. M. ep.* 623.

[Ericus, Epiſcopus Monaſterienſ. Nicolao Tecklenburgenſi bellum infert, eumque in arce ſua Lingen obſidet.]

[Moriuntur Guilielmus VII Marchio Montisferratenſis, & Otto, Comes Tecklenburgicus.]

Ann. XIX.

Mors Maximiliani in Januarium hujus anni incidit. *Fr. Hara. p. 545. Pont. Heut. Auſtr. l. VII. c. 17. & 18.*

[Carolus Hiſpaniæ & Franciſcus Galliæ reges de Imperio contendunt. *Fr. Gvicciard. lib. XIII. p. 483. ſqq.*]

Comitia Imperii & Electio Caroli V. *Chytræ. Chron lib. VIII. p. 204. Georg. Sabin.* (ſive ſub hoc nomine *Phil. Melanchton*) ap. *Goldaſt. in polit. Imper. part.* 1. De coronatione: *Hartmann. Maur. part. 3. Sleidan. lib. 1. Goldaſti* Reichshandlung *P. M. ep. 640. & 643. Pont. Heuter. Auſtr. lib. VIII cap. 2. de Coronat. P. M. ep. 699.* controverſias illuſtriores circa election. & coron. exequitur *Jo. Strauch. Exerc. Exot. 1. & ſqq.* Add. *Chriſtoph. Brower. Annal. Trev. Tom. II. lib. 20 p. 333. ſqq. Guicciard. l. 13. p. m. 486.*

Bellum inter Hildeſienſem & Mindenſem Epiſcopos, cui alii immixti: *Chytræ. lib. VIII. p. 205. & ſeq. usque ad p. 210. Gobleri narratio apud Schardium tom. 2.*

[Ericus, Dux Brunsvico-Göttingenſis, circa Soltoviam ab Henrico Duce Luneb. capitur.]

[Di-

[Diſputatio Lipſiæ inter Lutherum, Caroloſtadium & Eccium habita.]
[Zvvinglius ſe opponit indulgentiis.]
Svecica & Danica ap. *Chytræ. Loccen. Jo. Magir. Svaningium* (*Svaningii Chriſtiernus II.*) Narratio ap. *Schardium tom. 2. p. 955.*

Renovatio pacis inter Carol. Hiſpan. Regem & Franciſcum I. Gall. ſed ſimulata. *Pont. Heuter. Auſtr. lib. VIII. cap. 1. poſtrema parte.* Mox tamen adverſus Carolum conſilia & molimina *Id. cap. 3.*

Seditio Viennenſis poſt mortem Maximiliani Imperat. *Pont. Heuter. Auſtr. lib. VIII. cap. 3.*

Peſtilentia eod. ann. *ibid.*

Seditio in Hiſpan. *Id. cap. 4.* add. *P. M. ep. 644. 651. 654. 656. usque ad 662.* Iterum *665. & 666. &c.* Sancta Giunta *Franciſc. Haræ. p. 1546.* ſed iſta excurrunt in ſeq. ann.

Africana hujus anni *P. M. ep. 649.*

Indica. *ep. 635.*

[Selymus Turc. Imp. canceroſo renis ulcere perit: ſuccedit fil. Solymannus. Moriuntur & Franciſcus Gonzaga, Marchio Mantuæ, & Laurentius Medices, Dux Urbini.]

Ann.

Ann. XX.

[Lutherus â Pontifice proſcriptus, ejusque libri â Lovanienſibus & Colonienſibus damnati.]

[Jus Pontificium Wittebergæ â Lüthero comburitur.]

Imperat. Carolus diſcedens Hiſpaniâ turbatâ præficit Cardinalem Hadrianum pro Rege. *Franciſc. Harœ. p.* 547.

Alberti Brandenburgici MagiſtriOrdinis Teutonici bellum cum Sigismundo Polon. Rege. deſcriptum *Chytræo lib.* 8. *p.* 211. *& ſeq.*

Compoſitio controverſiarum belli Mindenſis per tres Electores & alios; Zerveſtæ binis congreſſibus finita *Chytræ. lib. VIII. p.* 214. Ad Cæſarem res rejecta, ejusq; mandatum. *p.* 215. Controverſia magna de Cæſaris jurisdictione. *p.* 217.

Cæſaris in itinere congreſſus cum Rege Angliæ, Henrico VIII. *Franciſc. Haræus p.* 547. *Pont. Heuter. Auſtriac. lib. VIII. cap.* 5. *P. M. ep.* 669. *&* 673. 681.

Rebelliones Hiſpaniæ. Vid. *P. M. Ep. ann.*

ann. præced. ſignatas, & 671. 672. 674. 676. 677. 682. 683. 684. 685. 686. 688. 691. 693. 695. 697. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 709. *Pont. Heuter. Auſtriac. lib. VIII. cap. 9.*

Hac occaſione Galliæ Rex Navarræ Regnum invadit. *Ibid. cap.* 8. *Pont. Heuter. lib. VIII. cap.* 10.

Electoris Saxoniæ deliberatio cum Eraſmo & aliis de cauſa Lutheri. *Chytræ. lib.* 8. *p.* 216. Cætera ad hanc cauſam pertinentia habet, *Sleidanus lib.* 1.

Conventus Hanſeaticorum irritus *Sleidanus lib.* 1.

Mexicum occupatur pro Cæſare *Fr. Haræ p.* 548.

Comitia Wormatiam indicit Cæſar. in ſeq. ann.

Acta hujus biennii ſummatim repetit *Thuanus lib.* 1. *pag.* 14. & 15.

Steno Stur junior, regni Svecici adminiſtrator, in prælio occumbit.]

Ann. XXI.

Prima Caroli Imperatoris Comitia, Wormatiæ coacta, quorum acta bene complectitur *Chytræus lib. VIII. p.* 217.

p. 217. & 218. & NB. p. 222. & Goldaſt. Polit. Imp. part. 3. c. 3. p. 276.

Lutheri cauſa in his comitiis tractata. *Sleid. lib. 3.* Proſcriptio: & quid deſideratum ſit in decreto proſcriptionis *p.* 67. ſed non ſecuta eſt executio, quinimo ſequentibus decretis impedita Vid. *Jo. Strauchii Exercit. exot. VI. §. 17. & ſeq.*

[Lutherus in arcem Wartburg abducitur, ſcriptisque oppugnatur â Theologis Pariſienſibus, & Henrico IIX, Angliæ rege, qui propterea titulum defenſoris fidei meruit.]

Turbæ & rebelliones in Hiſpania vid. *ap. P. M. ep.* 710. *usque* 721.

Galli Pompelonem capiunt *P. M. ep.* 721. clade afficiuntur in Regno Navarræ *ep.* 726. recipiturque Navarræ Regnum *ep.* 727. & 729. *P. Heut. Auſtr.* 8. 10.

Italicæ turbæ *P. M. ep.* 722.

Mors Xeuris. *ibid.*

Nuptiæ Ferdinandi & Annæ Hungaricæ. *Fr. Haræ. p.* 553. *Pont. Heut. Auſtr. VIII.* 11.

Cæſaris ac Franciſci Gall. Regis bellum in Belgio. *Fr. Haræ p.* 553. *Pont. Heuter. Auſtr. VIII.* 12. *Chytræ VIII. p.* 223.

p. 223. & 224. Joh. Iſac. Pontan. Gelrica lib. XI.

n Italia Cæſar & Pontifex juncti Parma, Placentia & Mediolano ejiciunt Gallos. *Fr. Haræ, p. 554. Pont. Heut. Auſtr. VIII.* 11. *Petr. Mart. ep.* 747. & 760.

Tranſiſulanorum Belgarum diſſidia *Fr. Haræ, p.* 554.

Guſtavus, poſtea Rex, I. liberandæ Sveciæ adiicit animum. *Chytræ lib. IX. p. 235. & Svec.*

Belgradum â Turcis occupatur. *Dubræv. Hiſt. Boh. l. 33. p.* 841.]

Johannes, Epiſcopus Hildesheimenſis, proſcribitur, arcesque â Ducibus Brunsvic. & Lüneb. occupantur.]

Johannes II. Dux Clivenſis moritur, & Eduardus, Dux Buckingamiæ, in Anglia capitis ſupplicium luit.]

Ann. XXII.

elli Belgici continuatio *Fr. Haræ, p.* 554. *Pont. Heut. Auſtriac. VIII.* 13.

Mors Leonis X. (*vid. Zenocar. in vit. Car. p.* 40.) cui ſucceſſit Adrianus Prorex Hiſpan. *Har. p. 555. P. M. ep.* 749. 751. 759.

Cæſar in Hiſpaniam profecturus ad An-

Anglum trajicit, amicitiamque firmat. *Fr. Harae. p. 555. Pont. Heut. Auſtr. VIII. 13.* Effectus. *P. M. ep. 762.* Venit in Hiſpan. *P. M. ep. 764. & 766.*

Mors Regis Luſitaniæ Emanuelis, *P. M. ep. 752. & 753. Hieron. Oſorius in fin. lib. 12.* Ubi Elogium ſatis magnificum. Ei ſucceſſit filius Johannes.

Beovia oppugnatur & propugnatur à Gallis & Hiſpanis *P. M. ep. 763.*

Turcæ Rhodum petunt. *P. M. ep. 767. & 770.* de quo bello Jacobus Fontanus apud *Schardium T. II. pag. 961.*

Terræ motus Americæ & in Azoribus Inſulis. *P. M. ep. 769.*

Cæſaris in ſeditioſos Hiſpanos decreta. *P. M. ep. 771. Chytr. l. IX. p. 244.*

Hildeſienſis belli continuatio. *Chytr. l. VIII. p. 219. & 220.* pax fit *p. 220.*

Guſtavus Holmiam obſidet *Chytr. l. IX. p. 239.*

Comitia Noribergenſia *Chytr. lib. X. p. 248. &c. Sleid. l. 3.*

Duellum ſingulare, præſente Carolo Imp. in Hiſp. *P. Heut. l. VIII. c. 17.*

[Ericus, Dux Saxo-Lauenburg & Epiſcopus Monaſterienſ. ac Hildeſienſ

&

& Otto Comes Salmenſ. obeunt.]

Ann. XXIII.

In Svecia Guſtavus Rex creatur, coronâ tamen abſtinet usque in annum 1528. *Chytr. l. IX. p.* 242.
Fridericus Holſatiæ Dux in Chriſtiernum movet *pag.* 261. *&c.* Chriſtiernus in exilium abit. *ibid.* ſcriptum Ordinum Danicorum *p.* 262. *&c.*
Bellum Sickinganum *Chytr. l. X. pag.* 258. *& ſeq. Bartholomæus Latom. ap. Schard. T. II. p.* 1019. & judicium *Sleidani lib.* 3. *Chytr. p.* 260. Conferri etiam hic poterit *Brower. Annal. Trev. lib. XX. p.* 337. *ſqq.*
Cæſariani cum Anglis adverſus Gallos in Belgio belligerant. *Fr. Har. p.* 557. *P. M. ep.* 785.
Friſici & Gelrici belli acta. *p.* 558. *P. Heuterus, Pontani Gelr. l. XI.*
Hadriano VI. Pontifici mortuo ſuccedit Clemens VII. Julius Mediceus ante dictus *Har. p.* 559. *P. M. ep.* 788. *&* 792. *Chytr. p.* 268.
Tyrannis horrenda Wallachiæ Principis. *P. M. ep.* 780.

In Italia Cæſaris fœdus cum Papa & Venetis contra Gallos *Fr. Har. p.* 559. *P. M. ep.* 780. 784.

Angli apparatus in Gall. *P. M. ep.* 785. *Pont. Heut. VIII.* 18.

Defectio Borbonii à Rege Galliæ *ibid. P. M. ep.* 778. & 783. & 785. & 789. promiſſum præſtare nequit. *ep.* 801. Add. *Fr. Guicciard. Hiſt. Ital. lib. XV. p. m.* 534. & 540.

Rhodi deditio. *P. M. ep.* 778.

Mediolanum Gallis ereptum. Pontifex Cæſ. & Gall. reconciliare ſibi invicem nititur. *ibid.*

Fons Rabiæ fruſtra ab Hiſpanis obſeſſus *P. M. ep.* 778.

Conventus Norib. acta *Sleid. l.* 4. *p.* 88. & 91. 102. & 106. *P. M. ep.* 801. *Hortled. act. publ. tom.* 1. *l.* 1. *pr.*

Petri Martyris Decades Oceanicæ. ep. 782.

Cæſaris ſtrenuum conſilium de Gallia invadenda, *P. M. ep.* 789.

De religionis negotio in Germania & alibi *Sleidan. l.* 4. & *Chytr. l. X.*

[Bogislai X. Ducis Pomeraniæ mors.]

Ann. XXIV.

Cæſar ad Fontem Rabiam, non ſine in-

intermediis victoriis accedit *P. M. ep.* 791. capitur Fons Rabiæ *ep.* 793. *Har. p.* 559. *Pont. Heut. Auſtr.* VIII. 16. & IX. 1.

Gallorum in Italia molimina *P. M. ep.* 794. & 795. Ejectis Gallis Cæſar Helvetios per litteras de partibus Gallicis deſerendis appellat. *P. M. ep.* 796.

Hiſpani à Maſſiliæ obſidione deſiſtunt. *P. M. ep.* 803. 813.

Gotlandia maris Balthici inſula in Danorum poteſtatem redit. *Chytr. p.* 272. & *ſqq.*

Pomeranicæ turbæ. *Chytr. l. XI. p.* 276.

Livonicæ turbæ. *Id. p.* 277. & *ſeqq.*

Friſica & Gelrica. *Har. p.* 560. *Pont. Gelr. l. XI.*

Ludovicus Hung. rex opem German. contra Turcam flagitat.]

Chriſtianus III. rex Daniæ cum Lubecenſibus bellum gerit. *Chytr. Sax. l.* 14. *p.* 350. *ſq.*]

Ann. XXV.

Galli Mediolanum intrant, inde obſident Papiam *P. M. ep.* 805. 806. 807. 808. prœlium atrox ad Paviam.

viam. *ep.* 810. Gallus Rex capitur. *ep.* 812. captivus in Hiſpaniam abducitur. *Har. p.* 561. *P. Heut. Auſtr. IX. c.* 2. de eo quid faciendum deliberatur. *Fr. Gvicciard. Hiſt. Ital. lib. XVI p. m.* 577. *ſqq.*

Malmogienſis conventus inter Reges Dan. & Svec. *Chytr. l. XI. pr. Loccen.*

Pruſſica controverſia. *Id. p.* 281. *& ſeqq. usque ad* 284.

[Albertus ê familia Brandenburgica, Ordinis Teutonici magiſter, in clientelam Polonicam concedit, & à Sigismundo, Poloniæ rege, primus Dux Boruſſiæ inauguratur.]

Ruſtica bella *Para lip. Ursperg. p.* 352 *&c. Pont. Heut. Auſtr. l. IX. c.* 3. Thomæ Munceri ſeditio oppreſſa 1525. *Chytr. p.* 285. *& ſeqq. Sleid. lib.* 4. *p.* 112. *& lib.* 5. *pr. Petri Gnodalii Hiſtoria apud Schard. T. II. p.* 1031. Vid. & *Brow. Annal. Trev. lib. XX p.* 351. *ſqq.*

[Johannes El. Sax. ſeditioſos ruſticos ad Franckenhuſum uno prælio vincit ac diſſipat.]

Seditiones Belgicæ *Chytr. p.* 286. *& ſeq.*

Ulricus Dux Wirtemb. à fœdere Svevico expulſus fruſtra reditum ar-

mi-

mis tentavit. *Cruſ. in Annalibus Svevic.*

Miſſa cum omnibus ceremoniis Pontificiis abrogatur Tiguri. *Svizeri Chronol. Helvet. p.* 112.]

Obeunt Iſabella, Chriſtierni II. Daniæ regis uxor, Caroli V. Imp. ſoror: Fridericus III. cogn. Sapiens, El. Sax. cui ſuccedit frater Johannes: Franciſcus, Dux Lotharingiæ: Carolus Valeſius, Dux Alenconius, & Ferdinandus Davalus, Marchio Piſcarius, idemque præcipuus dux & auctor memorabilis illius ad Papiam de Gallis partæ victoriæ.]

Ann. XXVI.

Mira commutatio animorum & conſiliorum capto Franciſco I. Gall. R. de qua vid. *Thuan. l.* 1. *p.* 17. *Har. p.* 565. *P. Heut. Auſtr. l. IX. c.* 4. ut & liberatio Regis *ibid. Sleid. l.* 6. *p.* 146. *Fr. Guicciard. l.* 16. *tot. & ſeq.*

Q. de fide non ſervata *Sleid. VI p.* 152. literæ mutuæ. *Bodin. l. V.*

Fœdus liberati Regis novum cum Pontifice & Venetis Sfortiaq; con-

ſtra Cæſ. *Hara p. 567. Thuan. l. 1. P. Heut. Auſtr. l. IX. c. 5.* Cæſar tum per Borbonium arcem capit Mediolani, & cum Ferrariæ duce Fœdus facit. *Har. p. 567.* Pontificis autoritatem abrogat *Thuan. l. 1.*

[Georg. Fronsbergius, Germanicarum cohortium ductor, copias Gallicas profligat.]

Comitia Spiræ pacandæ Germaniæ & reprimendis Turcis habita. *Hara. ib. & Pont. Heut. XI. 6.* 𝔐. 𝔄. *Sleid. l. VI. p. 147. & ſqq.* Literæ Gall. R. & Cæſaris apud *Sleid. Seck. H. L l. II. p. 41. ſqq.*

Nuptiæ Cæſaris cum Iſabella Luſitana *P. Heut. Auſtr. l. IX. c. 6.*

[Badæ in Helvetiis de religione disputatio habetur.]

Initium Fœderis Evangelici *Sleid. p. 150.*

Conventus Eslingenſis *Sleid. l. VI. p. 156. Seckend. hiſt. Luth. l. II. p. 46.*

[Civitas Trevirenſis adverſus Ordinem Eccleſiaſticum inſurgit. *Brower. Ann. Trev. Tom. II. p. 356.*]

Boruſſica *Chytr. lib. XI.*

Svecica. *Ib.*

Ludovici II. Hung. & Boh. R. clades & mors *Har. p. 568.* Ferdinandi ſucceſſio. *Paraleip. Urſperg. p. 355.*

Cruſ.

Cruſ. p. 598. Step. Broderith. ap. Schard. Tom. 2. p. 1177.

[Ludovico cæſo Budam quidem capit & diripit Solymannus, ſed motibus in Natolia exortis iterum deſerit.]

[Morti ſuccubuerunt Adolphus, Princeps Anhaltinus, Epiſcopus Merſeburg: Guntherus, Comes Mansfeldius: Johannes, Comes Aldenburgenſis: Antonius, Comes Schavvenburgicus, Eberhardus, Comes Stolbergicus: Stephanus Slikius, Comes, primusque argenti fodinarum in Valle Joachimica inventor, & Johannes Medices, qui in obſidione Mediolanenſi, non vero an. 1516. occubuit, ut in Chytræi Saxon. *lib. XI. p.* 269. per errorem typograph. poſitum eſt.]

Ann. XXVII.

Roma occupata â Cæſareanis & direpta, ipſeque Pontifex captus. *Thuan. lib.* 1. *Pont. Heut. lib. IX. c.* 7. *Sleid. l.* 6. *p.* 159. *Zenocar. in vit. Carol. lib.* 1. *p.* 44. & 45. Add. *Fr. Gviceiard. Hiſt. Ital. lib. XVIII. p. m.* 662. *ſeqq.*

 [Ca-

[Carolus-Borbonius in expugnatione urbis Romæ occumbit. *Id.d.l.p. 663.& Grolier. in expugnat. urb.*]

Bella & fœdera varia in Ital. & Neap. *P. Heut. l. IX. c. 7. ſcript. ap. Schard. Tom. II. p. 1197.*

Ultrajectinæ & Tranſiſulanæ res*Pont. Heut. libr. IX. c. 8. Har. p. 571. Chytræ. XI. p. 706.*

Comitia Ratisbonæ pro reprimendis Turcis R. A. *Seckend. H. L. l. II. p. 80.*

Gallus Cæſari duellum offert *Sleidan. l. VI. p. 162.* reſponſio Cæſaris *p. 165.*

Ferdinandi cum Weiuoda bellum *Sleid. VI. p. 163. & Hung. Script. Chytr. l. XII. p. 340.*

Tumultus Packianus *Sleidan. l. VI. p. 164. Joh. Strauch. Exot. Exercitat. IX. Hortled. Tom. I. l. 2. Seckend. H. L. II. p. 94. ſqq.*

Marpurgenſis Academiæ initium. *Chytræ. lib. XII. p. 298.*

Ferdinandus Rex Bohemiæ coronatur *Chytr. lib. XII. p. 303.*

[Moriuntur Caſimirus, Marchio Brandenburg. Budæ in Hungaria & Chriſtophorus, Marchio Badenſ. & Gubernator Lutzelburgicus.]

Ann.

Ann. XXVIII.

Guſtavi I. Svec. R. coronatio & prima majeſtatis judicia *Chytr. lib. XII. p.* 308.

Hagæ direptio & direptionis ultio. *Chytr. l. XII. p.* 309. *&* 310. *P. Heuter. Auſtr. lib. IX. c.* 9. *&* 10. *Pontan. Gelr. lib. XI. p.* 743.

Welſerorum ſucceſſus Americani *Crus. Suevic. Annal. lib. XI. part.* 3. *p.* 603. *&* 608. add. *Jo. de Laet. Nov. Orb. lib. XVIII. c.* 8. *&* 9.

Conata Ulrici Wurtembergici irrita *p.* 604.

AnglusCæſari bellum denuntiat. *Sleidan. l. VI. p.* 162. *Heut. Auſtr. l. X. c.* 1.

Georg. à Fronſperg mors *Cruſ. p.* 605. [*Item Seckendorf. Hiſt. Luther. lib. II. ſect. XII.* §. 18. *p.* 79. *Conferatur & ibid. ſect. XI.* §. 17. *addit.* ubi de genere quoque ejus & geſtis agit, *p.* 68.]

Weivodæ querelæ de Ferdinando *Sleid. l. VI. p.* 163. *&c.*

Ultrajectinæ & connexæ turbæ *Hara.*

Bellum ex Packiano tumultu inſtructum componitur *Sleidan. VI. p.* 165.

Neapolis à Lautrecho fruſtra obſeſſa.

Sleidan. VI. p. 166. Pont. Heut. Auſtr. l. X. c. 2. Morbi Gallici initium *Haræ. p. 574. Guicciard.* ad an. 1459. refert. *lib. II. p. 87. Hiſt. Ital.*

In religione reformanda quid geſtum *Id. & Seckend. H. L. l. II. p. 120. ſq.*

Andreæ Auriæ mors. *Sleid. VI p. 174. Car. Sigon.* [qua & deceſſerunt Caſimirus, Dux Teſchinenſis Sileſiæq; Præfectus: Ezardus I. Comes Friſiæ: Ludovicus, Comes Vaudemontius: Odettus Foixius Lautrechus, qui duo poſteriores cum aliis illuſtribus viris in expeditione Neapolitana lue perierunt, de quibus vid. *Bellajus Com. 3.*]

Ann. XXIX.

Comitia Spirenſia ad pacandam Germaniam & arma in Turcam vertenda. *Sleid. l. VI. p. 166. Chytr. l. XIII. p. 314.* Proteſtantes. *Sleid. p. 171. & 176.* Legatio Proteſtantium ad Cæſarem *VII. pr. Seckend. H. L. l. II. p. 127.*

Solymannus à Tranſylvano accitur, Budam denuò occupat, & Viennam fruſtra obſidet *Chytr. ibid.* Hiſtoria obſidionis extat poſt *Pandectam Turcicum Leunclavii p. 243. &c. Sleid. VI. p. 174.*

p. 174. & 175. *Har. p.* 582. *Cruſ. p.* 607. & *ap. Schard. T. II. p.* 1207. & 1226.

Controverſia Marchionum Brandenb. & Ducum Pomeraniæ compoſita *Chytr. l. XII. p.* 314. & *ſeq.*

[Famis, peſtis, bellum Germaniam affligunt.]

Bellum inter Helvetios civile oritur & componitur *Sleid. VI. p.* 124.

Pax Cameracenſis. *Sleid. Ibid. Haræ. p.* 579. *Thuan. l.* 1. *p.* 18.

Sudor Anglicus. *Sleid. VI. p.* 175. *Har. p.* 581.

Smalcaldicus conventus *Sleid. l. VII. p.* 180.

[Moriuntur Georg. Com. Palat. Rheni, Epiſcop. Spirenſis ſudore Anglico, & Franciſcus, Dux Brunsvicenſ. & Epiſcopus Mindenſ.]

Ann. XXX.

Carolus in Italiam redux Bononiæ coronatur. *Sleid. VII. p.* 182. *Goldaſt. Pol. Imperial. part. IV. pag.* 327. & *c.*

[Fridericus Gonzaga, Marchio Mantuanus, â Carolo primus Dux Mantuæ creatur.]

Acta Comitiorum Auguſtanorum apud

apud *Chytræ. l. XIII p. 318. &c. usque ad 324. Sleid. l. VII. p. 202. usque 204.*
Reſciſſa acta inter Albertum Brandenburg. & Reg. Polon. de Pruſſia *Sleidan. l. VII. Pont. Heut. Auſtr. X. 5.*
Illuſtrium & Clarorum virorum mortes. *Thuan. lib. LXXIIX. & LXXIX.*

[Eodem anno inter Illuſtres mors etiam abripuit Philippum, Haſſiæ Landgravium, Johannem, Ducem Bragantinum Seniorem: Philippum, Lippienſem: Othonem, Stolbergenſem: Guntherum bellicoſum, Schvvarzburgicum: Guntherum Kefernburgenſem, familiæ ſuæ ultimum, Comites, & Baronem, Lazarum Schvvendium, heroëm rerum contra Turcas geſtarum gloriâ inclytum. Illuſtrium Anglorum obitus recenſet *Camd. Part. III. p.* 366. 367. 368. 370. *ſq.*] Ann.

Ann. LXXXIV.

Navarri legatio de pace religionis inter Proteſtantes ſancienda. *Thuan. lib. LXXIX. p. 667. &c. Chytræ. lib. XXVI. p. 728. ann. præced.*

Gebhardus armis ſuccumbit Erneſto victore *Thuan. lib. LXXIX. Chytræ. l. XXVI. p. 733. &c.*

Belgica *Thuan. lib. LXXIX. Har. tom. 3. p. 358. Strad. dec. 2. l. 5. & 6.*

Andini mors & Elogium *Thuan. lib. LXXIX. p. 679. & 680. Har. tom. 3. p. 362. Strad. dec. 2. lib. 5. p. 277.*

Cædes Arauſionenſis *Thuan. l. LXXIX. p. 682. Har. tom. 3. p. 363.* ſucceſſio Mauritii filii *Strad. dec. 2. p. 283. Chytr. lib. XXVI. p. 734. Meteran. l. XII.*

Conjuratio Anglicana adverſus Reginam Parrii. *Thuan. lib. LXXIX. p. 683. &c.*

Rege Galliæ ad otium prolapſo creſcit Guiſianorum factio *Thuan. lib. LXXX.* & hoc anno maxima capit incrementa.

Jo. Baſilidæ Moſchi mors *Thuan. lib. LXXX. Chytr. lib. XXVII. p. 752.*

Turco-Perſica *Thuan. lib. LXXX.*

Parmenſis progreſſus in Belgio *Thuan. lib. LXXX.*

Antverpiæ obſidionis initium *Thuan.l. LXXX. Strad. dec. 2. lib. 6. pr. Meteran. lib. XII.*

Diſputatio de Calendario Gregoriano & turbis Auguſtanis. *Chytr. lib. XXVI. p. 741, & 742. Thuan. l. LXXIX.*

Turbæ Argentoratenſes. *Chytræ. lib. XXVII. p. 745.*

Turbæ in Scotia, & varii tractatus cum Maria Scota *Camden. part. III. hoc ann.*

Mortes Illuſtrium & Clarorum virorum *Thuan. lib. LXXIX. & LXXX. fin.*

[De quorundam Anglorum Illuſtrium obitu vid. *Camden. Annal. Angl. h. an. fin.*]

Ann. LXXXV.

Fœderati Belgæ per legatos in tutelam Regis Galliæ ſe tradere conantur, fruſtra. *Har. tom. 3. p. 371. &c. Camd. part. 3. p. 408. Grot. Annal. lib. V. pr.*

Sylva Ducis fruſtra inſidiis tentata, *Har. p. 371. &c. Strad. dec. 2. l. 6. p. 318. Grot. Annal. V. p. 93. Thuan. lib. LXXXIII. princ.*

Pons

ons Scaldi impoſitus deſcrib. *Har.* *tom.3. p.273.* incendiariæ naves *pag.* *377.&c.* & pugnæ *p.378.&c.Strad.* *dec.2.lib.6.p.314.326.&c,342.&345.*

ruxella deditur Parmenſi *Har.tom.3.* *p. 382.&c. Strad. dec.2, lib.7.p.267.* *&c. Chytr.lib.XXVII.p.764.*

œderati Angliæ Reginæ ſe tradunt *Har.Tom.3.p.384.&c.* Comes Lyceſtrius Gubernator futurus ex Anglia appellit, *p.387.Camden.part.* *III.pag.409.&c. Strad. dec.2.lib.7.* *p.397.&c. 402.*

œdus Sanctum in Gallia *Har.Tom.3,* *pag.388.*

Vilhelmus Parrhius ſupplicio afficitur in Anglia *Camd.part. III. hoc ann.*

ſſociatio Anglicana *Camd. part. III.*

eges in Jeſuitas & Sacerdotes in Anglia *Ibid. Thuan. lib. LXXXIII.*

Northumbriæ Comitis mors. *Camden.* *part. III. p.398,&c.*

cotica & Hybernica hujus anni apud *Camd. Thuan. lib. LXXXIII.*

nglorum expeditiones Americanæ *Camd.part. III.p.413.ſq.*

Tabacca primum in Angliam affertur *p.416.*

Seditio Rigenſis in Livonia ob Ca-

lendarium Gregor. receptum, &
Jeſuitas Patres admiſſos. *Thuan. lib*
LXXXIII. Chytr. lib. XX*VII. p.* 756
&c. judicatur ann. ſeq. *p.* 773.

Comitia Warſoviæ *Chytr. l.* XX*VII. p.*
759. *&c. Thuan. LXXXIII.*

Induciæ inter Svecos & Moschos in
quatuor annos *Chytr. lib.* XX*VII. p.*
760. *Thuan. lib. LXXXIII.*

Belli inteſtini in Gallia acta *Thuan.*
*lib. LXX*XI. *& LXXXII.*

Japonica legatio Romæ *Thuan. lib*
*LXX*XI.

Mors Pontif. Gregor. XIII. & aliorum
Thuan. lib. LXXXI. *p.* 35. fit Pontifex
Sixtus V. *Thuan. lib.* LXXXII. *pr.*

Aliæ mortes. *Thuan. lib.* LXXXII. *in*
fin.

[Anglorum aliquot Illuſtrium *Camd.*
Part. III. hoc an. inprimis p. 418.]

[Præterea inter Illuſtres erepti Henricus, Dux Saxo-Lauenburgicus
Archiep. Bremenſ. Adminiſtrator
Osnabrug. & Paderbornenſis, ejusque ſucceſſor, Guilielmus Schenck
quinto poſt electionem die defunctus: Guntherus, Waldecciæ, &
Jo. Hoyerus Mansfeldiæ Comites,
nec non Fridericus, poſtremus
Die-

Diepholdiæ Comes: poſt cujus obitum Comitatus iſte ad Wilhelmum Juniorem, Ducem Brunsvic. & Lüneburgenſem jure beneficiario delatus eſt.]

Ann. LXXXVI.

elgica & Gallica hujus anni *Thuan. lib.* LXXXV. *&* LXXXVI.

iceſtrio plus concedunt Fœderati, quàm convenerat, Regina ægre ferente. *Har. tom.* 3. *p.* 389. *Camd. part.* *III. p.* 419. *&c.*

ravia dedita Parmenſi. *Har. tom.* 3. *p.* 390. & Venloa *p.* 391. Nuſſiam capit & alia loca *p.* 293. *Strad. dec.* 2. *l.* 7. *&* 8. *pr. Thuan.* LXXXV.

chenckianæ munitionis origo. *Har. tom.* 3. *p.* 390. *&* 391.

iceſtrius in Angliam redit. *Har. tom.* 3. *p.* 395. *&* 396. *Strada dec.* 2. *l.* 8. *p.* 455. *Camden. Part. III. p.* 424.

Conſpirati in Anglia plectuntur. *Har. tom.* 3. *p.* 396. *Camden. p.* 443. Scotiæ Regina fit rea, & judicio ſiſtitur. *Har. p.* 397. *Camden. p.* 443. *&c. Thuan. lib.* LXXXVI.

Regis Poloniæ Stephani mors *Har.* *tom.*

tom.3.p.397. Chytr, lib. XVIII.*p.*78
Thuan, lib. LXXXV.

Fœdus ſanctioris amicitiæ cum Scoto
Camd. part. III. p. 427.

Orientalia & Turcica. *Thuan. lib*
LXXXIV.

Mortes Illuſtrium & Clarorum Viro
rum *Thuan. lib.* LXXXIV. *in fin.*

[Prioribus addendi Fridericus, Du
Saxo-Lauenburgicus & Chorepiſc
Colon. Adolphus, Dux Holſatiæ
Friderici I. Daniæ regis filius: Ge
orgius, Dux Ligniceñſ. & Brigens
Joachimus Erneſtus, Princeps An
haltinus: Burchardus Barbejen
Jo. Albertus Mansfeldens. & Jo
Guntherus, Schvvarzburg. Comi
tes.]

Ann. LXXXVII.

Controverſia Liceſtrii cum Ordini
bus *Har. Tom. 3. p.* 400. Nova diſſi
dia *p.* 405. *Thuan.* LXXXVIII. Lice
ſtrius ex Anglia redit *Har. tom. 3*
*p.*402. revocatur in Angliam *p.* 40
Camd. p. 509. *Strad. dec. 2. l. 9. p.* 51
Thuan. ibid.

Sluſa tranſigit cum Parmenſe. *Har.*
tom

tom. 3. p. 404. *Strada dec. 2. l. 9. p.* 506. *Thuan. lib.* LXXXVIII.

Electio Regis Poloniæ diſcors, Sigismundus Sveciæ Rex contra Maximilianum Auſtr. ab altera parte electum, vincit *Har. tom. 3 p.* 411. *Chytr. l.* XXVIII. *p.* 782. *&c. Th. l.* LXXXVIII.

Mariæ Scotiæ, Reginæ mors. *Har. tom. 3. p.* 409. *&* 410. *Camden. An.* 1586. *&* 1587. *Strad. dec. 2. l. 8. p.* 466. *&c.*

Mors Ducum Mantuani & Florentini. *Har. tom. 3. p.* 411. *Chytr. lib.* XXVIII. *p.* 794. *Thuan. lib.* LXXXVIII.

[Stanlei & Vorci proditorum fata. *Camd. Part. III. p. 507. ſq.* Leiceſtrius à Fœderati Belgii Ordinibus accuſatur, & ê Belgio in Angliam revocatur. *Id. p. 509. ſq.*]

Pacificatio inter Philippum Regem Hiſpaniæ & Eliſabetham Angliæ Reginam *Strad. dec. 2. lib. 9. p.* 512. *Grot. Annal. lib. V. p.* 105.

Gallicum bellum inteſtinum. *Thuan. lib.* LXXXVII.

Mortes Illuſtrium & Clarorum Virorum *Thuan. l.* LXXXVII. LXXXVIII. *p.* 208.

[Angliæ Illuſtrium obitus *Camden. ſub fin. hujus anni.*]

[In-

[Inter Illuſtres, qui hoc an. fatis conceſſerunt, quoque memorandi Fridericus, hæres Norvvagiæ, Dux & Epiſcopus Slesvicenſ. Albertus Georgius, Comes Stolberg. & Joachimus, Comes Hohenzolleranus.]

Ann. LXXXVIII.

Prædictio Regiomontani in hunc annum *Har. tom. 3. p. 411. Camd. parte III. p. 514. Strad. dec. 2. lib. 9. p. 525. Thuan. lib. XC.* nec non Gaſparis Bruſchii & Jo. Stœfleri *Thuan. ibid.*

Tumultus in Belgio componitur ab Ordinibus *Har. tom. 3. p. 412. & 413.*

Apparatus in Hiſpania contra Angliam *Camd. d. l. p. 514.*

Claſſis Hiſpanicæ dictæ INVINCIBILIS adventus ad oſtium Canalis Anglici *Har. tom. 3. p. 414.* pugnæ & earum præludia *p. 415.* Clades *p. 416. & 417. Camd. p. 514. &c. inpr. p. 525. Strad. dec. 2. lib. 9. p. 542. usq. ad fin. lib. & lib. 10. usque ad p. 578. Thuan. lib. LXXXIX. p. 247. Meteran. lib. XV.* ſcriptis & armis certatum *Thuan. lib. XCI. & XCII. Camden. hoc ann.*

ann. numi in victoriæ memoriam cuſi, & ſupplicationes decretæ, *Camd. p.* 534. *ſq.*

e Promulgatione Concilii Tridentini. *Thuan. lib.* XCIII. *Grot. Hiſt. lib.* I. *pr.*

ontificis Sixti V. opera præclara *Har. tom.* 3. *p.* 420.

umultus Pariſienſis *Har. tom.* 3. *p.* 420. & factio Guiſianorum contra Regem. *Thuan. lib.* XC.

uiſii fratres duo Bleſis (Blois) occiduntur. *Har. Tom.* 3. *p.* 421. *Thuan. lib.* XCIII. quo nomine Rex anno ſeq. Romam citatur *p.* 428. *ſeq.* magni motus Clericis incitantibus *Thuan. lib.* XCIII. *&* XCIV. *&* XCV.

eiceſtrii obitus *Camd. Part. III. p.* 536. *ſq.*

ors Regis Daniæ. *Har. tom.* 3. *p.* 422. Legatio Anglica eò deſtinatur. *Camd. part. III. p.* 540. *Thuan. lib.* LXXXIX. *circa fin.*

Parmenſis Bergam ad Zomam fruſtrà obſidet. *Strad. dec.* 2. *lib.* 10. *p.* 582. *Camd. Part. III. p.* 537. *ſq.*]

ova inſtrumenta bellica. *Strad. dec.* 2. *lib.* 10. *p.* 583. 593. *&* 594.

ho. Candiſchius, nobilis Anglus, poſt Ma-

Magellanum tertius Orbem te
rarum circumnavigat. *Thuan. li*
LXXXIX *p.256. &c. Camden.p.50*
Tractatio ardua apud Polonos cu
Sigiſmundo Rege de Livonia. *Lo*
cen. lib. VII. p. 435. &c.
Periculoſiſſima irruptio Lotharingi
& Guiſiaca in Montbelgard.
Cruſ. p. 807. & 808.
Illuſtrium & Clarorum viroru
mortes. *Thuan. lib.* LXXXIX. *fin.*
XC.
[Inſuper ex illuſtribus ê vitâ migr
runt Georgius, Comes Seynenſis
Colonienſis olim Præpoſitus : Ph
lippus, Marchio Badenſis, in ip
nuptiarum cum Sibylla Juliacen
apparatu : Henricus, Dux Lign
cenſis : Joſias, Comes Waldecce
ſis, & Johannes, Comes Schvvar
burg.]

Ann. LXXXIX.

Catharinæ Mediceæ Galliæ Regin
mors. *Har. Tom. 3. p. 422. Thuan. li*
XCIV. *p. 387.*
Quies aliqua in Belgio. *Har. Tom. 3.*
422. Mox fervet bellum circ
Ge

Gertrudisbergam. *p.* 423. *&c.* & alibi *Thuan. lib.* XCVI. *Meteran. lib* XVI.
Reginæ Angliæ fœdus cum Turca. *Har. Tom.* 3. *p.* 427. *Strad. dec.* 2. *lib.* 9. *p.* 540.
Rex Galliæ Henricus III. Valeſius, ſuæ ſtirpis ultimus, interficitur. *Har. Tom.* 3. *p.* 429. *Camden. part. IV. p.* 556. *&c. Thuan. l.* XCVI. *p.* 453.
Controverſia de ſucceſſione *p. ead. & lib.* XCVII. *p.* 4. *ſqq. Camd. part. IV. p.* 556. Hiſpanus etiam regno Galliæ inhiat. *Camd. Part. IV. p.* 559.
Scoticæ turbæ. *Camd. part. IV. p.* 541. *&c.*
Judicium Majeſtatis in Anglia *Camd. part. IV. p.* 542. *&c.*
Expeditio Anglica in Hiſpanos. *Camd. part. IV. p.* 548. *&c. Thuan. l.* XCVI. *p.* 464. *&c. Grot. Hiſt. lib. II. p.* 136.
Hanſeaticæ naves interceptæ, qua de cauſa. *Camden. part. IV. p.* 552. *&c. Thuan. lib.* XCVI. *p.* 468. *&c.*
Tempeſtates à Magis excitatæ. *Camd. part. IV. p.* 560.
Tartari in Poloniam effuſi compeſcuntur. *Thuan. lib.* XCVI. *p.* 470. *&c.*
Polonica tranſactio cum Auſtriacis. *Chytræ. lib.* XXVIII. *p.* 800. *Thuan. l.* XCVI.

Joannis Regis Sveciæ iter in Livoniam. *Chytr. lib.* XXVIII. *p.* 801. *&c.* Tractatus de pace cum Moſchis. *p.* 809. *Loccen. l. VII. p.* 457.

Rigenſis ſeditio compoſita *Chytr. ibid. pag.* 802.

Bellum Moſchicum cum Svecis *Chytr. lib.* XXIX. *p.* 815. *&c.*

Germanica legatio in Belgium. *Grot. Hiſtor. lib. II. p.* 145. *& ſeqq.*

Mortes Illuſtrium & Clarorum virorum. *Thuan. lib.* XCVI. *fin.*

[Illis etiam addendi duo Comites Eberſteinii, Ludovicus & Philippus, quorum ille, Academiæ Francofordianæ ad Viadrum Rector, undis ſeſe audacius committens, fundum cum vitæ jacturâ petiit. Angliæ aliquot Illuſtrium hoc anno exceſſus & Laurentii Humfredi, celebris ibidem Theologi, recenſet *Camden. Part. IV. p.* 560. *ſq.*]

Ann. XC.

Partes Navarræi gliſcunt in Gallia. *Har. tom.* 3. *p.* 431. Reges creati *Thuan. lib.* XCVII. *tot.* Henricus IV. Rex Gall.

Bre-

Breda ſtrategemate occupatur à Mauritio. *Har. tom. 3. p. 432. Meteran. lib.* XVI. *Grot. Hiſtor. lib. III. p.* 139. *&c. Thuan. lib. C.*

Cardinalis Borbonius, à fœderis ſacri ſociis in Gallia Rex appellatus, moritur opportune. *Har. tom. 3. p.* 434. *Thuan. lib.* XCVIII.

Pariſienſis obſidio à Parmenſe ſolvitur. *Har. tom. 3. p.* 438. *Thuan. lib.* XCVIII. *&* XCIX. Interim in Belgio fœderati res ſuas promovent. *Har. d. l. p.* 439. *& ſeq. Thuan. lib. C.*

Sixto V. Pontifici ſuccedit Urbanus IIX. & huic Gregorius XIV. *Haræus tom. 3. p.* 441. *Thuan. lib. C. p.* 116. *Chytr. lib.* XXIX. *p.* 820.

Legationes & conſilia Reg. Angliæ magni momenti *Camden. part. IV. p.* 566. *&c. Thuan. lib. C. p.* 136.

Bellum Svecicum adverſus Moſchos, Svecis plerumq; ſuccumbentibus. *Loccen. lib. VII. p.* 437. *&c.*

Virorum Illuſtrium & clarorum mortes *Thuan. lib.* XCIX. *fin. & lib. C. fin. Chytr. lib.* XXIX. *p.* 821.

¶ Ex Illuſtribus porrò hoc an. deceſſerunt Jacobus, Marchio Badenſis; à Jo. Piſtorio Nidano, Med. & Polit.

ad religionem Pontificiam pellectus, de cujus vitâ ac morte præter Thuanum omninò vid. *Jo. Fechtius in hiſt. Colloquii Emmendingenſis* : Philippus, Hanoviæ Comes, & Albertus, L. B. Heideccius. Angliæ Illuſtrium mortes *Camden. Part. IV. p. 568. ſqq.*]

Ann. XCI.

Comitia Polonica *Chytr. lib.* XXIX. *p.* 822. *&c.*

Svecica in Livonia adverſus Moſchum militia *Chytr. lib.* XXIX. *p.* 825. *Loccen. lib. VII. p.* 439.

Exercitus Germanicus Henrico IV. Gall. Regi ſuppetiatum it. *Chytr. lib.* XXXIX. *p.* 834. Cætera belli Gallici geſta *p.* 835. *Thuan. lib. CI. & CII.* etiam aliunde juvatur Rex. *Har. tom.* 3. *p.* 441. Sed & altera pars externis auxiliis ſe munit *p.* 442. Regis geſta *p.* 453. *Thuan. d. l.*

In Belgio geſta. *Har. Tom.* 3. *p.* 443. *usque ad* 453. *Meteran. lib.* XVI.

Gregorio XIV. ſuccedit Innocentius IX. huic Clemens VIII. *Har. Tom.* 3. *pag.* 658. *Thuan. lib. CII. p.* 193.

Cæ-

Cæſarea Auguſta (Sarragoſſa) rebellat. *Har. tom. 3. p. 458. ad ann. ſeq. refert Thuan. lib. CIV.*

Briſſonius ſceleſte occiſus. *Thuan. lib. CII. p. 196.*

[Illuſtrium & Clarorum virorum obitus *Thuan. lib. C. & CII. Chytr. lib.* XXIX. *p. 836. ſq.* Illis addendi Georgius Johannes, Comes Palatinus Lützelſteinenſis: Chriſtophorus, Comes Mansfeldenſis, & Carolus, Comes Ortenburgicus.]

Ann. XCII.

Joannis III. Sveciæ Regis mors *Chytr. lib.* XXIX. *p. 853. Thuan. lib. CIV. p. 266. Loccen. lib. VII. p. 439. &c.*

Turcarum impreſſio in Croatiam. *Chytr. lib.* XXIX. *p. 853. &c. Thuan. lib. CIV.*

Bellum Gallicum *Chytr. p. 854. & 855. Har. tom. 3. p. 457. &c. Thuan. l. CIII.*

Parmenſis mors & Elogium *Grot. Hiſt. lib. II. p. 169. Har. tom. 3. p. 466. &c. Thuan. lib. CIV.* [Eo mortuo Petrus Erneſtus Mansfeldius Belgium usque ad Erneſti Auſtrii adventum adminiſtrat. *Thuan. lib. CV. p. 290.*

Brow. Annal. Trev. Tom. 2. lib. 22. p. 426. Vis tamen conſilii penes Fontanum & Ibarram. *Grot. hiſtor. lib.* III. *p.* 240.]

Stenvvicka tandem Hollandis deditur. *Har. tom.* 3. *p.* 463. alia quoque ſuccedunt *pag. ſeq. Thuan. lib. CIV.*

Clemens VIII. fit Pontifex. *Thuan. l.* CIII.

[Johannis Argentinenſis Epiſcopi e Manderſcheidiis, mors & elogium apud *Brovver. Annal. Trev. Tom.* 2. *lib.* 22. *p.* 426.]

Principum mortes & laudatione *Chytr. lib.* XXIX. *p.* 837. *ſq. it. p.* 845 *ſqq. Thuan. lib.* CIII *&* CIV. *p.* 261. *ſqq*

Clarorum virorum *Thuan. ibid.* [A priores quoque pertinent Jo. Georgius, Dux Lignicenſ. & Brigenſis & Wilhelmus, Comes Roſenbergicus, Conſiliarius Cæſareus.]

Ann. XCIII.

Rigenſis cauſa *Chytr. lib.* XXIX. *p.* 856

Bellum Argentinenſe *Chytr. l.* XXIX *p.* 863. *&c. Har. Tom.* 3. *p.* 468. *Thuan. lib. CIV.*

Gertrudisbergam capit Mauritius *Gro*

Grot. lib. III. *Hiſtor. p.* 250. vid. omnino *Har. Tom.* 3. *p.* 476. *Thuan. l. CV. Meteran. lib.* XVII.

In Gallia ſcriptis & armis res geritur. *Har. Tom.* 3. *p.* 469. *Thuan. lib. CV. & CVI. & CVII.*

Rex Galliæ fit Pontificius. *Har. Tom.* 3. *pag.* 481. *Thuan. lib.* CVI. *&* CVII. *Chytr. lib.* XXIX. *p.* 868. Inauguratur *Th. l.* CVIII *Camd. part. IV. p.* 610. *&c.*

Croaticæ turbæ ex Turcia *Har. tom.* 3. *p.* 482.

Erneſtus Auſtrius fit Gubernator Belgii *Har. Tom.* 3. *p.* 483. *Thuan. l.* CIX. *Meteran. lib.* XVII. *& Grot. hiſt. lib.* III. *p.* 256. refertur ad ann. ſeq.

Finis belli Argentinenſis compromiſſione in arbitros facta. *Thuan. lib. CV.*

Aurei dentis miraculum. T*huan. lib.* CIV. *p.* 284.

Leunclavii mors. T*huan. lib.* CIV. *fin.*

[Illuſtrium & clarorum virorum obitus *Chytr. lib.* XXIX. *p.* 862. 864. *& lib.* XXX *p.* 876. T*huan. lib. CV. p.* 288. Illis quoque adjur[illegible]dus Theodoricus, Comes Manderſcheid. & Wertheim.]

Ann. XCIV.

Rex Galliæ recipitur Pariſiis & alibi *Har. Tom. 3. pag.* 484. *Thuan. l.* CIX. *Chytr. lib.* XXX. *p.* 883. *ſqq.*

Belgica *Har. tom. 3. p.* 485. Groninga deditur *p.* 489. *&* 490. *Meteran. lib.* XVII.

RexHenricus vulneratur à percuſſore, & Jeſuitæ ejiciuntur. *Har. tom. 3. p.* 493. *Thuan. lib.* CX. *&* CXI.

[Erneſtus Fridericus, Marchio Badenſ. ſuperiorem Marchiam Badenſem occupat. *Thuan. lib.* CIX *p.* 452. *Chytr. lib.* XXX. *p.* 893. *ſq. Brovv. Annal. Trev. Tom.* 2. *lib.* 22. *p.* 427.]

[Comitia Ratisbonenſia. *Thuan. lib.* CIX *p.* 450. *ſq.*]

Javarinum Turcis deditur, & hac de cauſa Comes Hardeckius capite plexus. *Har. tom. 3. p.* 494. & alia belli Turcici geſta *Thuan. lib.* CX. *Chytr. lib.* XXX. *p.* 897. *ſqq.*

Sigismundus, Poloniæ Rex, fit Rex Sveciæ *Thuan. lib.* CIX. *Loccen. lib.* VII. *p.* 442. 443. *&c. Chytr. l.* XXX. *p.* 877.

Anglica ex Camdeno. Conſpirationes detectæ. [Il-

Illuſtrium & Clarorum virorum mortes. *Thuan. lib.* CIX. CX. CXI. *Chytræ. lib.* XXX. *p.* 894. Illis addendi duo Reinſteinenſ. & Blanckenburgici Comites, Botho & Erneſtus.]

Ann. XCV.

uniuntur conſpirationis in Regem Henricum participes. *Thuan. lib.* CXI. *p.* 520.

heologorum declarationes pro Rege *Thuan. d. l.* 521.

ex Hiſpaniæ hoſtis publice declaratur in Gallia *Thuan. l.* CXI. *p.* 522. *Har. Tom.* 3. *p.* 495. *Chytr. l.* XXX. *p.* 900.

allica cætera & Belgica hujus anni *Thuan. lib.* CXII. *&* CXIII. *Har. tom.* 3. *p.* 496. *&c.* in quibus & Grollæ obſidio *p.* 563.

mdenſis diſcordia *Thuan. lib.* CXIV. *Grot. lib.* IV. *Hiſtor. p.* 303. *ſqq.*

livenſis ſucceſſio *Thuan. l.* CXIV.

urcica parricidia. *Har. Tom.* 3. *p.* 511.

urcicum bellum *Har. ibid. Thuan. l.* CXIV. *&* CXV. *Chytr. lib.* XXX. *p.* 897. [Caroli Mansfeldii in Ungariam expeditio & glorioſa mors.

Chytr. d. l. Strigonium â Chriſtia
poſt 70. dierum oppugnatione
expugnatum. *Id. p.* 899.]

Sigismundi Regis Poloniæ cum C
rolo Patruo diſſidium in Svec
Thuan. lib. CXV.

NavigationesBelgicæ *Thuan. lib.* CX
Grot. lib. IV. *hiſtor. p.* 326.

Pax Sveco Moſchica poſt 37. ann
rum bellum, *Chytr. lib.* XXX. *p.* 8
&c. Loccen. l. VII *p.* 450. *&c. Thu*
lib. CXIV.

Anglicæ navigationes *Camden. p*
IV. *p* 644. *&c.* & expeditio con
Hiſpanos felix.

Reginæ Angliæ controverſia c
Belgis de pecunia mutua *Cam*
part. IV. *p.* 649. *&c.* alia controv
ſia cum Hanſeaticis. *Id. p.* 651.

[Illuſtr. & Claror. virorum mort
Thuan. lib. CXII. CXIII. CXIV.
illis *vid. & Chytr. lib.* XXX. *p.* 8
898. & addantur ſequentes
etiam anno defuncti : Jo. Fri
ricus II. JohannisFriderici El. fili
Dux Saxoniæ, captivus Stiriæ in
ſtriâ : Wolfgangus, Dux Brun
& Luneb. : Philippus, Naſſovi
Eberhardus, Solmenſis, &Henric
Caſtellanus, Comites. A

Ann. XCVI.

lbertus Auſtrius fitGubernatorBelgii *Har. tom. 3. p. 510. Grot. lib. V. Hiſt. p. 339. Meteran. lib.* XVII.
allica & Belgica auſpiciis Archiducis. T*huan. lib.* CXVI *&* CXVII *Har. tom. 3 pag. 517. &c. Chytr. lib.* XXX. *p. 908. Grot. lib. V. Hiſtor. p. 340. ſqq. Meteran. lib.* XVII. *&* XVIII.
avigationes Batavorum in longinquas terras Americanas T*huan. lib.* CXVII. Scorbuti morbi origo, cauſæ, remedia *Grot. lib. V. hiſtor. ſub fin.* T*huan. lib.* CXVII. *fin.*
urcica *Chytr. lib.* XXX. *p. 909. &c.*
vedica *Loccen. lib.* VII. *p.* 421.
nglicum fœdus cum Gallo *Camden. part.* IV. *p.* 677.
rundelius Comes Imperii creatus *Camden. part.* IV. *p.* 679.
Mortes Illuſtrium & Clarorum virorum. T*huan. lib.* CXV. *p. 629. 647. &* CXVII. *p.* 700. [Illis addendi Fridericus, Dux Lignicenſis in Sileſia poſtremus: Georgius, Landgravius Haſſiæ, & Bernhardus, Princeps Anhaltinus.]

Ann.

Ann. XCVII.

Celebris navigatio in novam Zen
blam *Thuan. lib.* CXVII. *in fin. Gro*
lib. VI. *hiſtor.*
Acta Belgica & Gallica. *Thuan. li*
CXVIII. *&* CXIX. *Har. Tom.* 3 *p.* 52
&c. Chytr. lib. XXX. *p.* 920.
De matrimonio Alberti cum Iſabell
Chytr. lib. XXX. *p.* 921. *Grot. lib.* V
hiſtor p. 431. præſertim *Meteran. li*
XVIII. *Thuan. lib.* CXIX.
Anglica & vicina. *Camd. part.* IV *p.* 68
Svecica acta *Chytr. l.* XXX. *p.* 913. *&*
& 918. *Loccen. lib.* VII. *p.* 459.
In Turcas bellatum *Thuan. l.* CXI
Har. tom. 3. *p.* 535. *Chytr. lib.* XX
p. 922. *&c.*
Illuſtrium & Clarorum viroru
mortes. *Thuan. lib.* CXIX. *p.* 771. *&*
[Illis addendi Alfonſus II. Dux Fe
rariæ ultimus, ſine liberis mortuus
unde de illius ſucceſſione inte
Cæſarem Ateſtinum & Pontificen
lis orta : Wolfgangus Iſenbergi
cus, & Georgius Caſtellanus, Co
mites. Angliæ Illuſtres hoc ann
defunctos vid. ap. *Camd. part.* IV *p.* 70
& 703.] Ann

Ann. XCVIII.

læna in Belgio capitur. *Grot. Hiſtor. lib.* VII.
ontroverſia Anglos inter Germanosque de mercimoniis *Grot. Hiſt. lib.* VII. *p.* 436. *ſqq. Chytr. p.* 928. *Meteran. lib.* XIX. *p.* 317. T*huan. l.* CXIX.
x Galli cum Hiſpano Vervinienſis. *Grot. hiſt. lib.* VII. *p.* 455. *Har. tom.* 3. *p.* 536. *&c.* T*huan. lib.* CXX. *Chytr. lib.* XXX. *p.* 936. conquerente Regina Angliæ. *Camden. part.* IV. *p.* 706. *Meteran. lib.* XIX. [Ad eam miſſus Andreas Huraltus Meſſius, ut pacis cum Hiſpano faciendæ rationes coram explicaret. T*huan. lib.* CXX. *p.* 781. *ſq.* Edictum Nannetenſe in gratiam Proteſtantium factum. T*huan. ibid. p.* 782.]
ovum fœdus inter Anglos & Belgas. *Grot. hiſt. lib.* VII. *p.* 458. *Camd. part.* IV. *p.* 722. *&c.*
ſtrumentum traditi Isabellæ Belgii. *Grot. l.* VII. *p.* 459. *&c. Har. Tom.* 3. *p.* 541. *&c. Meteran. lib.* XIX.
ercuſſor Mauritio immiſſus ſupplicio afficitur. *Grot. hiſt. lib.* VII. *p.* 465. T*hu-*

Thuan. lib. CXXI. *Meteran. lib.* XI
Mors Philippi II. Hiſpan. Regis *Gro lib.* VII. *p.* 470. *Meteran. lib.* XI *Thuan. lib.* CXX.
Matrimonia Philippi III. R. Hiſp. Alberti Auſtr. *Grot. lib.* VII. *p.* 47 *ſq. Har. tom. 3. p.* 546. & 551. *Thua lib.* CXXI. *init.* & CXXII. *Chytr. ſupplem. p.* 8.
In Friſia turbæ à Comite Ezardo *Gro lib.* VII. *p.* 476. *Thuan. lib.* CXX *Chytr. in ſuppl. anni* 1599. *p.* 12. &c.
Hiſpani & fœderati, pacem Germani violantes, deſiſtere ab injuriis ju bebantur *Grot. lib.* VII. *hiſtor. in fin.*
Comitia Ratisbonenſia. *Chytr. p.* 92 R. A.
Javarinum aſtu Adolphi Schvvarzer bergii Turcis eripitur. *Har. tom. p.* 552. *Thuan. lib.* CXXI. *Meteran. li* XIX. *Gaſp. Ens rer. Hung. hiſt. lib.* IIX *p.* 361.
In Svecia turbæ & prœlium Lincop pienſe *Thuan. lib.* CXXI. *Chytr. p* 930. & 937. dediti â Carolo ſuppli cio afficiuntur *Loccen. lib.* VII. *pag* 461. *Chytr. ſupplem. p.* 2.
Mortes Principum *Chytr. lib.* XXX. *p* 926. &c. [*Thuan. lib.* CXX. Claror

vi

virorum *Id. ibid.* Illuſtrium & eruditorum Angliæ obitus *Camd. part.* IV. *p.* 719. 720. *&* 732. *ſq.* Præterea ex illuſtribus eod. anno occubuerunt Aldobrandinus, Cardinalis: Henricus, Dux Brunſvicenſ. & Luneb. & Wolfgangus, Comes Kelſterbaccenſ. & Eiſenburgicus.]

Ann. XCIX.

ria inter Hiſpanos & Belgas geſta *Grot. hiſt. lib.* VIII. *Thuan. lib.* CXXII. *Meteran. lib.* XX.

liorceticæ artes *Grot. lib.* VIII. *p.* 521.

mmerciorum mutua vetatio *Grot. hiſt. l.* VIII. *p.* 530. *ſq. Meteran. lib.* XX.

tavi inſulas Hiſp. infeſtant. *Har. tom.* 3. *p.* 558.

ermani Hiſpanis eripiunt quædam *Har. tom.* 3. *p.* 561. *&c. Chytr. ſupplem. h. ann. Meteran. lib.* XX.

incipum Alberti & Iſabellæ inauguratio. *Har. tom* 3. *p* 368. *Meteran. l.* XXI.

e matrimonio Regis cum Margarita diſſolvendo agitur *Thuan. lib.* CXXIII. *Har. tom.* 3. *p.* 571. *&* 587.

alia Gallica *Thuan. lib.* CXXII.

urcica *Thuan. lib.* CXXII. *Chytr ſupplem. h. anni.*

h. anni, Gaſp. Ens rer. Hung. hiſt. lib IIX. *p. 381. ſqq.*

Mira dæmoniacæ, tum cornuti & je junantis exempla, *Thuan. l.* CXXIII *in pr.*

Ridicovii conjuratio adverſus Regem *Thuan. lib.* CXXIII, *p. 879.*

Hibernicæ turbæ *Camd. hoc & præced ann.* & Eſſeckii errata *Camd. p. 745*

Svedica hujus anni *Chytr. in ſupplem. Loccen. lib.* VII. *pag. 473.*

Illuſtrium & clarorum virorum mor tes *Thuan. lib.* CXXII. *p. 865. & fin. lib* CXXIII. [Prioribus quoque accen ſendi Antonius, Comes Schauen burg. & Epiſcop. Mindenſis: Wil helmus, Schvvarzburgicus: Ezar dus, Friſiæ Orientalis, & Ulricus Du nius, Falcoſtenius, Comites. De morte vero Johannis, Electoris & Archiepiſcopi Trevirenſ. præter Thuanum videri quoque poteſt *Chriſtoph. Brovver. Annal. Trev. Tom* II. *lib. 22. p. 430.*].

Atque hîc finit ſeculum XVI. inci pitque adeò novum, cum ipſo anno ſeculari ſacro inſigni.

JO. HENRICI BOECLERI

DE

REBUS SECULI

P. C. N.

XVI.

COMMENTARII.

DE REBUS SECULI XVI. A CHRISTO NATO,

nimirum ab Anno 1500. ad 1600.

MEmorabile eſt hoc Seculum multiplici rerum converſione atque mutatione in & extra Europam. 1. In Religione, quæ Reip. ſtatum trahit. 2. In Principatuum Regnorumq; profectu defectuque admirabili. 3. In Principum Magnorum ingenio fatoque: cui Populorum ſtatus etiam involvitur. 4. In contextu rerum Europæarum novo, unde Aſiatica, Africana, Americana pendere cœperunt. 5. In motibus inteſtinis, tumultibus, ſeditionibus, bellis civilibus externisque. 6. In Fœderibus variè conſultandis decernendisque. 7. In Litterarum ſtudiis inſtaurandis, nec uno habitu induendis. 8. In controverſiis illuſtribus agitandis, interdum diſceptationibus Juris, ſæpe armis. 9. In

caſibus magnis miriſque. Unde am
pla civilis diſciplinæ ſeges, præſertim
ad intellectum noſtri ſeculi, no
aliunde auſpicandum inſtruendumq;

Nihil omitti poterit, quod ad Hi
ſtoriam Καθολικὴν, ſive univerſa
lem, rationem, cognationem con
textumque habet : eo conſili
quod *Polybius* tantopere præ
fert tum alibi, tum *libro primo c.*
ἐκ μὲν τοί γε τῆς ἁπάντων πρὸς ἄλλη
λα συμπλοκῆς καὶ παραθέσεως, ἔτι
ὁμοιότητος καὶ διαφορᾶς, μόνως ἄν τ
ἐφίκοιτο καὶ δυνηθείη κατοπτεύσας, ἅμ
καὶ τὸ χρήσιμον καὶ τὸ τερπνὸν ἐκ τ
ἱστορίας λαβεῖν. *Ex ſola cunctarum in
ter ſe partium connexione & compara
tione, ſimilitudine item ac differentia, al
quis eo penetrare & inſpicere poſſit, ut
utilitatem & voluptatem veram ex H
ſtoria capiat.* Quæ eſt ſc. referend
ad τὴν ὅλων ἐμπειρίαν καὶ πίσ
*rerum ſummam, ſive univerſarum reru
notitiam & fidem.* Ita enim long
aliud judicium de ſingulis fertur
quam ſi ſeparatim tantum noſcantu
Petenda erunt omnia ex fide acto
rum publicorum, è Scriptoribus ma
xim

ime in hac aut illa parte occupatis:
non ſine comparatione aut exami-
ne: quod neceſſarium propter ſtu-
dia partium variis cauſis incitata.

Inprimis verum de Germanicis
ebus judicium, ejusque fontes nobis
uræ erunt.

Partes commentationis, pro nu-
nero & temporibus Imperatorum
uinque, diverſis nominibus factisq;
nagnorum: Maximiliani I. Caroli
. Ferdinandi I. Maximiliani II. Ru-
olphi II.

Latius dicenda, paginis memorialibus ſignabuntur.

PARS I.

De rebus ſub Imperatore Maximiliano I. geſtis.

HAnc Maximiliani I. regiminis pars major conſtituit usque ad annum
Maximil. I. Elogium. 1519. Cujus ab Elogio ſeu deſcriptione brevi ordiendum eſt. *Cuſpinianus*, cujus conſilio & opera diu Cæſar Maximilianus I. uſus eſt, vitam
Natales. ejus conſcripſit. Natus eſt ex Familia Auſtriaca, Cæſarum in hunc diem admodum ferace, Friderici III. Imp. & Leonoræ, Eduardi R. Luſitaniæ filiæ,
Coronatio. filius, anno 1459. d. 12. Martii; Rex Romanorum factus 1486. d. 16. Februarii Aquisgrani: coronatus ibidem à Colonienſi Archiepiſc. d. 23. Febr. Imperavit cum Patre an. 7. m. 6. d. 4. Solus poſt Patris obitum an.
Mors. 25. m. 4 d. 25. Obiit Welſæ 12. Januarii 1519. cum vixiſſet an. 59. m. 9. d. 21. Electionis & Coronationis deſcriptio extat in *Goldaſti Politicis Imperialibus part. 1. tit. 4.* & in *tomo 3. Freheri rerum Germanicarum p. 17. & ſeqq.* Infantia &

& pueritia neque ingenii neque fa- Pueritia.
cundiæ ſpem fecit usque ad annum
ætatis nonum. Utraque tamen lau-
de poſtea ad ſummum exſplenduit.
Quanquam præceptorem nactus es-
ſet imperitum, & ſolis argutiis Diale-
cticis innutritum, plagoſum præterea
& ſævum. Amavit tamen & fovit Studia.
ingenia litterasque, hiſtoriam præ-
ſertim & Genealogias, tum Mathema-
ticas diſciplinas: itaque quantum il-
li inſtauratio litterarum in Germania
debeat, ſuo loco noſcetur. Virtuti- Virtutes.
bus Principe Heroe dignis immenſum
eluxit: prudentia profunda, pietate,
magnitudine animi, diſciplina milita-
ri, eloquentia, gravitate, clementia,
humanitate. Fortunâ utrâque per
omnia vel ornatus vel exercitus, ut
prorſus à DEO ad ſeculi habitum ſta-
tumque deſtinatus profectusque vi-
deatur. Sed noſcentur illa ſuis locis
& in contextu rerum. Reprehen-
derunt in eo nimium venationis &
aucupii amorem; quibus tamen
corpus ad laborem induraſſe videtur.
Henricus Bebelius auſus eſt etiam in eo *In orat. ap.*
damnare nimiam & intempeſtivam *Schardium*
Reip. Clementiam. Qua de re quid *tom. 1. p.*
221. &c.

 ju-

judicandum ſit, res docebit poſtea

Uxores. Uxores duxit primò *Mariam*, Carol Burgundi filiam, cujus memoriam nunquam ſine morſu animi recoluit deinde *Anna*, Franciſci BritonumDucis filia, per Legatum ipſi deſponſata ſed à Carolo VIII. Gall. R. intercepta eſt: à nonnullis ſecunda memoratur, quæ tertium fœdus iniit, *Mari Blanca*, Galeacii Mediolani Ducis filia cum qua ſedecim annis jucundum, ſe ſterile matrimonium egit. Ex prim

Liberi. autem conjuge genuit *Philippum*, Caſtellæ, Legionis & Granatæ Reg. Caroli V. Patrem; *Margaritam*, Carolo IIX. Gall. Reg. primo, deinde Arragonum R. Johanni, poſtea PhilibertoSabaudiæ Duci improſperè deſponſatam: *Franciſcum* in infantia extinctum. [Genuit & extra conjugium *Georgium*, Epiſcop. ac *Fridericum Maximilianum*, vulgò *ab Amberg* dictum & quatuor filias.]

Quæ ad Rempublicam pertinent.

In iis, quæ ad Remp. Rom. Germ ſpectant, præmittemus Legislationes quæ in Imperium Maximiliani con

Legislatio Maximiliani.

gruunt

ruunt, & partim præcedentis ſeculi xtrema tempora ſpectant. Ex eo empore, quo ſolus imperavit Maxinil. primum cum Ordinibus *Imperii udicia* conſtituit, quæ ſub primis Impp. Germ. vel conſilio omnium Ordinum, vel ſolius arbitrio Principis, vel er legatos ejus & Comites agitabanur. Poſtea *Judicium Rotwilenſe* Imperatoris non Imperii, nec ad omnes ertinens, inſtitutum fuit. Et à longo tempore ſolenne fuit litigantibus, ulam Cæſaream ſequi, indeque juſtiiæ adminiſtrationem repetere. Quæ es multa incommoda traxit partim n litigantes, partim in Cæſarem judiem, & judicium, den Reichs Hoffraht. lli ſumtibus & moleſtiis gravabanur, Imperator per varia negotiorum & locorum diſtractus (quod præſerim noſtro Maximiliano accidit) non poterat ſemper cauſis reisque audiendis vacare. Hinc natum conſilium inſtituendi judicii nomine Cæſaris & Statuum exercendi: Quod lege publica conſtitutum, & *Judicium Camerale* nuncupatum eſt, deß Kayſers und deß Reichs Kammergericht anno 1495. d. 7. Aug. Wormatiæ. Tenor ejus

Camera Imperialis.

A.C. 1147.

V. Conring. de Judic. Germ. §. 92.

Aliter aſſignat tempus Gail. l. 2. de pace publ. c. 1. §. 28. &

conciliare nititur Limnæus tom. 1. Addit. ad c. 2. 4.

ejus habetur articulis 26. in Receſſibus Imperii. Locus autem ab initio certus non denominabatur (artic ſoll gehalten werden im Reich an einer füglichen Statt) Norimbergam translatum eſt judicium Camerale, in renovata ordinatione Camerali Auguſtæ A. 1500. d. 10. Septemb. quanquam autem ab initio ſtatim promiſerat Maximilianus certum locum hujus judicii, res tamen illa anno ſeculi, quod tractamus, triceſimo per ſucceſſorem Carolum V. demum exitum habuit, ut *Spira* nominaretur, tanquam perpetua ſedes, cum exceptione certorum caſuum. Suppleri & explicari cœpit formula hujus judicii in ſeqq. Comitiis anno 1507. & 1512. Nam de ulterioribus nunc non eſt agendum. Conſtitutum eſt hoc judicium Camerale à Cæſare & Ordinibus ; ita ut jurisdictionem ſuam acceperit non à ſolo Cæſare, ſed ſimul quoque à ceteris Imperii Statibus, non quidem ut ſingulis, ſed ut univerſis : adeoque non mandatam, ſed propriam, per repræſentationem Imperii : quod contra *Paurmeiſterum* oſtendit *Jo. Strauchius exercit. Exoteric.*

Illius ſedes.

Carpzov. *leg. Reg. 9, c. 12. &c.*

13. 5.

3. 5. Cujus declaratio etiam con-
ra *Lampadium* valere poteſt, ſtatuen-
em, *Cameram quoad ſubjectum, formam*
& modum expediendæ Juriſdictionis, com-
uni Statuum & Cæſaris authoritate in-
itutam, à ſolo Cæſare ipſam Juriſdictio-
em accepiſſe. de Conſtit. Reip. R. G. part.
. c. 16. à pr. & n. 8. add. *Conring. de*
udic. Germ. §. 99. Sed nondum in
xpedito eſt, quantum Imperator ad
anc conſtitutionem ſibi poteſtatis
indicarit circa judicia. Illud inte-
im certum eſt, ab hoc tempore no-
um Judiciorum ordinem procede-
e, & Maximiliani atque Imperii huic
onſtitutioni tribui juris dicundi
mendatiorem rationem, quæ antea
ltionis privatæ conſuetudine, dum
otentiores ſibi ipſis jus dicebant, au-
horitatem Cæſarum detrectabant, &
actionibus ſtudebant, turbabatur. *Jus*
Auſtregarum confirmatur hac legisla- art. 28.
ione: & quatenus nondum omni-
bus Principibus competebat, deſcribi-
ur: & quomodo ipſi conveniri pos-
ſint, vel coram ſuis conſiliariis, vel art. 28.
coram Camera, definitur: Eccleſia-
ſticis etiam, quod notandum, non
exceptis, ſed incluſis. Videtur quoq;
Ju-

Juris civilis ſtudium tum maxime uſi
tari cœptum, etiam illuſtribus perſo
nis, inter Judices Camerales ſc. ad
ſciſcendis, commendatum eſſe ha
legislatione: eo quidem eventu, u
Principes ipſi olim in ſimpliciore &
breviore juris dicendi ratione Ger
manis uſitata, ſatis exerciti, Juris ta
men Romani peritiam non adipiſc
curaverint, omniaque in miniſtro
rejecerint; Nobilium ſemper aliqu
in hunc diem ea præſtiterint: cum
præſertim in Aulis eadem conſuetu
do dicendi juris obtineret. Sed d
Camera quidem Scriptores Juris Pu
blici abundè, & qui veluti indice
ejus ſcripſere, *Wehnerus in obſerv. Pract*
Beſoldus in Theſaur. Pract. Speidelius i
Notabilibus voce Kammergericht.

Comitia WORMATIENSIA 1495. & 1496.

Lata autem eſt hæc lex in Comi
tiis, ut dictum eſt, Wormatienſibus
Facit enim ratio Reip. ut legislationis
univerſalis hiſtoria, cum Comitiorum
hiſtoria commiſcenda ſit. Redux ex
Belgio Maximilianus, Wormatiam in-
dixerat Comitia, quæ initio rara, poſt-
ea fuere frequentiſſima, affluentibus
eodem ex tota undique Germania
viris Principibus regnorumque vici-
no-

iorum & regionum legatis. Ita *Jo.* *lib. 11. pag. 605.*
ſacius Pontanus in hiſtoria Gelrica, qui
tiam oſtendit, in annum ſequentem
xtracta eſſe, digreſſis ſubinde & re-
erſis Principibus. *Chronicon Coloni-
nſe* lingua vernacula ſcriptum tem-
ore Maximiliani, ſub finem ſeculi
XV. ait, magnam conveniſſe multi-
udinem Principum Germanicorum
ecularium & Eccleſiaſticorum, pau-
os miſiſſe legatos: adfuiſſe etiam
egatos Regum Hiſpaniæ, Neapolita-
i, Ducis Mediolanenſis, Ducis Mont-
erratenſis, Venetorum; Regis etiam
Galliæ. Addit, tandem conventum
nter Cæſarem & Principes de ſum-
na pecuniæ in Imperio colligenda,
d ſubitum auxilium contra inimicos
& adverſarios Imperii quoſcunque:
ingulis Ordinibus ſuam portionem
tatim exſolvendam indictam: quam
& Civitates nonnullæ è veſtigio nu-
meraverint. Principes quoque in-
gentem vim pecuniarum ad magnã
aliquam expeditionem promiſiſſe.
Pontanus: ſeorſum, inquit, *cum Imperii
Principibus iisdem in Comitiis pactumCæ-
ſar iniit, de ingenti pecuniæ ſumma, per
Imperium univerſum conficienda, qua re-*

pri-

primi, cum opus eſſet, atque in ordine[m] *quam citiſſimè redigi poſſent, quicunqu[e]* *Cæſareæ ejus Majeſtati immorigeri habe[re]* *ac refractarii noſcerentur.* Inter re-fractarios illos *Carolus* Geldriæ Du[x] inprimis intelligitur, de cujus cauſa poſtea attingenda, etiam in illis Co-mitiis aliquid actum ſcribit. *Huldri-*

lib. 30. *cus Mutius* propter famam adventu[s] Turcici, & injurias Regis Gallorum i[n] Imp. armaque in Italiam verſa, und[e] invocabatur Imp. & Helvetiorum au-xilia Gallo ſubmiſſa, hæc Comitia co-acta eſſe refert: Et Imperatore[m] bellum adverſus illos decernendu[m] propoſuiſſe. *Sed in illis Comitiis*, inquit, *nihil ſolidum eſt decretum: alii enim bel-lum contra Turcam primum, alii primu[m] contra Gallum ſuſcipiendum volebant.*

lib. 7. p. 834. &c. Fere in eandem ſententiam *Georg. Fabric. in originibus Saxonicis: In i[is] Comitiis*, inquit, *deliberatur de Regis Co-ronatione* (Italica ſc.) *& de profection[e] ejus in Italiam, quam Gallus pene omne[m] occupaverat. --- --- Maximilianus inte[r] alia enumerat Ordinibus, quæ Pater, qua-que ipſe bella geſſerit, quos ſumtus fece-rint, quantum æris alieni contraxerint: petit ab ipſis, ut communibus opibus ſ[i]*

ſub-

blevent. Sed Principes, alia agentes,
hil certi reſpondent. Actum tamen
e expeditione ſuſcipienda, mox re-
rt, & rogatum ab Electoribus cete-
ſque Ordinibus *Albertum*, Saxoniæ
ucem, militari gloria imprimis flo-
ntem, ut patrocinio Imperii ſuſce-
o, contra hoſtes ejus ſummam re-
m ſibi decerni, ſeque ducem no-
ine publico deſignari pateretur:
uod ille onus recuſaverit, neque de-
turum ſe de cetero Reip. profeſſus
. Addit tandem: *nulla fuerunt Co-*
tia hominum memoria frequentiora &
gis celebria: ſed nihil inde operæ pre-
m aut ſalutare quicquam conſequeba-
r. Sunt autem poſt illud tempus Co-
tia ex Comitiis ſeminata, quæ non pa-
m debilitarunt & opes & potentiam
rmaniæ. Apud *Mutium* continuan- *German.*
r prioribus iſta: *Major Principum* *Chronic. l.*
rs cenſebat, pacem primò firmandam eſſe *30. p. 346.*
er Imperii membra, Civitates & Prin-
es, deinde deliberandum de bello in Tur-
m & alios Imperii hoſtes. itaque di-
ſum eſt, ut nihil effectui ſit datum.

Quod de pace domi ſtabilienda di- Landfrid.
t, id peperit nobiliſſimam Conſtitu-
onem *de pace profana*, ſeu de *pace pu-*
blica

blica armis non violanda, ſub pœn
proſcriptionis, quæ Eccleſiaſticc
etiam complectitur. his Comitiis c
7. Aug. Titulo der Königliche Lan
frid und Handhabung des Fridens
Rechtens und der Ordnung z
Grassaturæ. Wormbs. Conſtat inde, multa pe
vim eo tempore acta, & diſcordi
inteſtinas ſubinde armis diſceptata
incedente etiam more, ut equites p
ditesque milites vagarentur nulli
ſacramento auctorati; aut obſtric
quidem aliquibus, non tamen in ill
rum miniſterio conſtituti, aut ext
poteſtatem eorum, quorum diti
nem agnoverant, poſiti: Viel Rei
und Fusknecht/ deren eines theil ganz k
ne Herrſchafft haben / auch etlichen n
Dienſt verpflicht/ darin ſie ſich doch ni
weſentlich halten / oder die Herrſchaf
darauff ſie ſich verſprochen / ihr zu Re
und Billigkeit nicht mächtig ſeyn/ſonde
in Landen ihrem Vortheil und Rauber
nachreiten. Addidit Maximilian
explicationem hujus Pacis Publi
Auguſtæ 1500. ubi eam vocat, ſein
Königlichen Landfriden. Inter præ
dia Regni ſeu imperii meritò refer
debet hæc Conſtitutio, etiam Ca

ulationi Caroli V. ſub appellatione
eß Königlichen Landfridens/ & poſtea
mniũ ſeqq. Impp. Capitulationibus,
miſſô epithetô (variè enim ſuppleta
declarata eſt) vocabulo des Land-
ridens/ inſerta eſt, omneſque fere
mpp. in hac expolienda ſibi conni-
endum exiſtimarunt. De hac no-
ile opuſculum *Andreæ Gailli* publicè
paſſim plenam authoritatem obti-
et. Sumtum eſt exemplum à legis-
tionibus antiquis contra vim pu-
licam, & ſeditioſos. (judicium *Chro-
ici Colonienſis* de hac Conſtit. off er
halten ward/ iſt GOtt bekant.)

Et quia Paci huic publicæ adverſari idebatur conſuetudo *ſecreti judicii Veſtphalici ſeu Vemii*, igitur Maximi-anus iisdem in Comit. Wormat. 1495. . 10. Septembr. cum Ordinibus Im-perii illam conſuetudinem reforma-rit, & Paternam Conſtitutionem re-petiit: *Reformation.* König *Maximilian*, die Freyſchöpffen/ und das heimlich Ge-richt zu Weſtphalen betreffend zu Wormbs An. 1495. auffgerichtet. Dicitur inter alia in hac Conſtitutione, aut potius dici videtur, Carolum Magnum eſſe authorem ejuſmodi judicii, quod pri-

Reformation des Freygerichts.

mus omnium Æneas Sylvius (poſtea Pius II.) ex fama quadam vulgari affirmare non eſt veritus. Id verò non dicitur, ſi rectè ſpectes contextum verborum, ſicut jam monuit doctiſſimus *Gryphiander de Weichbildis Saxonicis:* quem de re tota vide à *cap.* 54. *usque ad* 61. Ita enim non deſiderabis, quæ alii prodiderunt.

Von dem Gemeinen Pfenning 1495. 7. Aug.

In his iisdem Comitiis facta eſt etiam conſtitutio *de communi denario*, Königliche Saʒung von dem Gemeinen Pfenning. atque hæc eſt illa in 4. annos indicta pecuniarum collectio, de qua ſupra, juxta modum facultatum. Quanquam autem Maximilianus promiſit, ſe non amplius id ſubſidii petiturum, modus tamen contribuendi, cenſus ſc. ſecundum communem denarium, der Anſchlag nach dem Gemeinen Pfenning / ſicut & antea in deliberationem venerat, annis 1471. 1474. 1486. 1489. ita poſtea annis 1500. 1512. 1576. 1608. & nuper commendari cœpit ab *Ampliſſimo Oelbaſio in templo pacis orat.* 5.

Königliche Saʒung von den Gottslåſterern.

In his iisdem Comitiis facta eſt pia & gravis conſtitutio adverſus blaſphemos, Königliche Saʒung von den Gottslåſtern.

läſtern. In qua præmiſſa querela de Juſtiniani legislatione oblivioni tradita, & pœnis ob blasphemiam divinitus immitti ſolitis, fame, terræ motu, peſte aliisque præſentibus calamitatibus, & novo tum morbo, genannt die böſe Blaſen/ ſancitur de puniendis quicunque dejerarunt, die Eitel und Läſterwort/ und Schwur bey GOtt/ ſeiner H. Marter/ Wunden oder Gliedern/ der Jungfrauen Maria/ und ſeinen Heiligen thäten: ita ut ex iræ fervore aut ebrietate deliquiſſe comperti multarentur marcâ ſive librâ auri puri, ein Marck löthigs Golds: aut qui non poſſent ſolvere, corpore luerent: ex propoſito autem dejerantes, nobiles quidem prima vice honorum & dignitatum incapaces redderentur, altera vice corporis pœnam ſentirent; ignobiles pro delicti ratione, corporali pœna afficerentur. Eædem pœnæ dictantur iis, qui non indicant audita compertaque, nec puniunt, ſi officium judicis gererent. Conſidera illius temporis ſeveritatem, & compara cum hodiernis moribus.

In Comitiis iisdem Wormatienſibus *Eberhardus* Barbatus, Comes Wirtem Eberhardus Com. Wirtemb.

&
Ludov. Sfortia Duces creantur.

tembergenſis, eſt à Maximiliano Dux creatus, præſentibus Principibus, adhibitis magnificis conſuetis ſolennitatibus & ceremoniis. Ita *Huldricus Mutius Chron. German. lib.* 30. & *Chronicon Colonienſe.* Indidem & *Nauclerus generat.* 50. [Diploma exhibet *Hortlederus de cauſ. belli German. Tom. I. l.* 3. & *Jo. Limnæus J. P. l.* 5. *c.* 16. *n.* 2. Ritum creationis deſcripſerunt *Jo. Lintarius*, ex eoque *Martin. Cruſius Annal. Svev. lib. IX. Part. III. c.* 6. *Mart. Zeillerus in Chron. ad an.* 1495.] Quomodo inveſtiti ſint Principes ab Imp. ut & ceteram Pompam des Einreiten/ Verſamlung / Lehenempfängnüs habemus ap. *Hertzog Alſ. Chronic. lib.* 2. *c.* 70. *p.* 145. *&c.* Eodem tempore etiam *Mariam Sfortiam* * fecit Maximilianus Ducem Mediolanenſem.

* Deceptus hîc videtur Auctor à Mutio: Non enim *Maria*, ſed *Ludovicus Sfortia* Ducatum Mediolanenſem à Maximiliano I. Imp. an. 1495. per diploma collatum confirmatumque accepit, & quidem pro ſuâ lineâ, præterito patruele, *Johanne Galeacio*, quod inde à *Philippi Mariæ* obitu Ducatus hic illegitimè eſſet poſſeſſus, quippe quem illius gener, *Franciſcus Sfortia*, ſine Cæſareo diplomate capesſiviſſet.

viſſet, ut *ipſe Bœcler. Comment. ad Grot. J. B. P. l. 2. c. 7.* §. *29.* recte innuit. Cum vero poſtea *Franciſcus Sfortia*, Mediolanenſium Ducum ultimus, an. 1535. ſine prole deceſſiſſet, ducatum iſtum tanquam beneficium imperii jure caduci ad ſe devolutum eſſe contendit Carolus V. Imp. *Vid. Fr. Gvicciard. hiſt. Ital. lib. 1. p. 16. ſqq. & l. IV. p. 127. edit. Baſil. fol.* Add. *Jo. Strauchius diſſertat. Juris Publ.* 1. §. 10. *p.* 10. *&* 11. Ubi tamen in adjectâ Genealogia perperam Ludovicus XII. R. Gall. Valentinæ filius dicitur, qui ipſius ex Carolo nepos fuit, ut ex Genealogiarum Scriptoribus patet.

Subinde alia Comitia Friburgi in Brisgovia celebrata ſunt 1497. & 1498. cujus m. Aug. d. 24. Conſtitutio memorabilis facta eſt de *vinis non corrumpendis*, daß die Wein mit unzimlichen böſen Gemächten nicht beläſtiget werden/ ubi multa memorabilia circa hoc argumentum occurrunt in Receſſibus Imperii. In his Comitiis etiam lis Archiepiſcopi Colonienſis & Civitatis agitata, & ad arbitros remiſſa eſt, quorum Judicio tamen & ſententia Archiepiſcopus ſtare noluit *Chron. Colon. in ann.* 1498. Indicta primum erant Comitia Lindaviam An. 1497. ſed non comparentibus ple-

Comitia Friburgenſia 1497. & Röm. Königl. Majeſt. Ordnung und Satzung über die Wein.

riſque 1498. Friburgum tranſlata ſunt. Hinc in Receſſu Comitiorum occurrit titulus: Die Artickel des Kammergerichts zu Lindau und Freyburg auffgericht werden hiemit ratificirt. *In his Comitiis variis de rebus tractatum eſt*, inquit *Fabricius, factaque Turcici, Italici, Helvetici, Geldrici, Phryſiaci bellorum mentio: conſilia bona non defuerunt, ſed nervus bellorum pecunia defuit.* Decretum autem eſt bellum in Carolum Ducem Geldriæ. Etiam de re monetaria, ſeu monetis aureis quædam decreta. V. Kammergerichtsordnung zu Augſpurg. 1500. *art.* 45.

Origin. Saxon. lib. 7. p. 836.

Comitia Auguſtana A. 1500.

Sequuntur Comitia Auguſtana. Geſſit ſe Maximilianus ita in Imperio, ut ſibi nequaquam uni ſummam omnium rerum poteſtatem arrogaret; ſed potius Ordinum poteſtati, in quantum cum ipſo communem habebant, libenter meritoque aſſurgeret. Unde etiam in Wormatienſibus Comitiis decretum erat, ut ſingulis annis comitia haberentur, ac quæ è Rep. eſſent ſtatuerentur. Verùm cùm illa res oneroſa videretur multis, neque tam late fuſum corpus membra ſua tam cito ac prompte mo-

moliretur, his Comitiis Auguſtanis Cæſari & Ordinibus placuit, ne quid ad ſubita deeſſet conſilii auxiliique, præter Imperatorem ejusve Legatum XX. perſonas ex Ordinibus eligi, qui eſſent loco Senatus Imperii, plenamque poteſtatem haberent, Jus ac Juſtitiam adminiſtrandi, ac de quibuscunque querelis ſubditorum cognoſcendi ac ſtatuendi, Pacem ac tranquillitatem publicam tuendi, bella contra Turcas & alios Imperii hoſtes ſuſcipiendi, denique univerſam poteſtatem, quæ toti Imperio in Comitiis competit, ſub titulo des Regiments / oder der Königlichen Majeſtät und des H. Reichs Regiments. Sicut docet Röm. Königl. Mayſt. und des H. Reichs Stând Ordnung des Regiments 2. Jul. 1500. Hæc Regimenti conſtitutio, etſi Caroli V. quoque tempore repetita, ac perſonis aliquot aucta fuit; tamen *poſtea in multis modificata, & tandem creſcente Caroli auctoritate ac potentia, plane in deſuetudinem abiit.* Sunt hæc verba *Tobiæ Paurmeiſteri de Jurisd. lib. 2. c. 2. §. 11.* quem deſcribunt ut primarium auctorem in hoc argumento, *Wehnerus voce* Regierung.

Regimenti Inſtitutio.

Limnæus ad Capitulat. Caroli V. art, 3. Schützius vol, 1. J. P. 10, 16, 6. Speidelius in Notabilib. voce Regiments Raht. Fuiſſe tamen non inutilis conſilii negotium, vel inde oſtenditur, quod *Deputationis Imperii* neceſſitas ſubinde introducta eſt.

Erklärung des Landfridens.

Declarata & ſuppleta etiam ſunt his Comitiis, quæ in Wormatienſibus decreta erant, *de Pace Publica & Ordinatione Cameræ* in *Receſſibus Imperii*, titulis Erklärung des Landfriedens zu Augſpurg An, 1500, auffgericht / Et; Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg An. 1500, auffgericht. Etiam de bello adverſus Turcas aliosque Imperii hoſtes actum eſſe intelligitur ex mandato pœnali Conſtitutionibus hisce in Receſſibus Imperii ſubjuncto.

Cammergerichts-Ordnung.

Comitia Noribergenſia 1502.

Anno 1502. *Magna Principum comitia Norībergæ præſente Maximiliano Imp. ſunt celebrata*, inquit, *Mutius*, *ſed memoria rei teſtatior non extat per decretum aliquod. Nicolaus Baſelius in additione ad Nauclerum : eodem anno fuit conventus Principum in oppido Regali Noriberg. mandatis Regis Maximiliani, qui quidem lente cœpit, ſed diutius duravit. In eo conventu poſt varios deſuper ha-*

abitos tractatus Raimundus Cardinalis tuli S. Mariæ novæ Gurcenſis ab Alex. I. legatus à latere in Germaniam & reliquas provincias cum gratia Jubilæi miſſus, conſenſu Principum Noribergam vocatus ad ſuæ legationis partes eſt admiſſus.

An. 1505. Comitiis Colonienſibus nterfuere cum Imp. Trevirenſis & Colonienſis Archiepiſcopus, ſeptem piſcopi, Principes ac Duces. 12. Comites & Barones amplius 18. Nobies 313. ut *Baſelius* numerat. Inter nultos diſcordantes pax compoſita, t *Mutius* refert. Ex his Comitiis d. 8. Jul. deſcendit Imp. adverſus Gelrum, & ad ea rediit. *Baſel.* Comitia Colonienſia 1505. *l. 30. Chron. Germ.*

An. 1507. Conſtantiæ frequentiſſina Comitia à d. 16. April. usque ad o. Auguſti durarunt. Actum ibiem de bello in Venetos Galloſque. Maximilianus etiam filii ſui Philippi . Caſtellæ & Legionis defuncti fueralia celebravit. Ita *Baſelius*. Adit *Mutius* de expeditione Romana, d quam pleroſque Cæſar promtos eperit: bellumque adeo conſenſu lecretum eſt. [Præter laudatos Scriptores conferri hic etiam meretur *ranc. Guicciard. Hiſt. Ital. Lib. VII. p. m.* Comitia Conſtantienſia 1507

 241.

243. *ſqq.* ubi, quid in iſtis Comiti
actum ſit, exponit, ac integram Ora
tionem â Maximiliano ad Imper
Principes tunc habitam refert.]

Cammerge-richts-Conſtantziſche Ordnung.

Regenſpurgiſche Ordnung.

In his Comitiis iterum Conſtanti renovata eſt Ordinatio Cameralis ſub titulo, Röm. Königl. Mayeſt. un des H. R. Ständ Ordnung des Cam mergerichts auff dem Reichstag zu Co ſtantz An. 1507. auffgericht. Elec etiam Aſſeſſores: Et tota ratio pro ceſſus deſcripta Ratisbonæ, wie für hin am Königlichen Cammergericht i Sachen ſolle procedirt werden: zu Re genſpurg An. 1507. auffgericht.

Comitia Wormatienſia 1509.

An. 1509. *Cæſar abſens in Italia, C mitia Wormatiam indixit, ſubſidium pec niarium petiit ab Ordinibus ad bellum V netum. Principes verò cum Civitatib regni, habitis inter ſe variis tractatib uno pariter ore miſſis Oratoribus reſpo dent, poſtulatum à Cæſare ſubſidium pr ſtare non poſſe, quod ære jam totiens ex hauſti propter Cæſaris negotia, non Regn vix ſuis ſubſidium ferre poſſent. Addu sunt præterea plures in medium cauſa quibus Imperatoriæ juſſioni obtempera non poſſe, vel ipſe Cæſar facile dijudica poſſet. Igitur vacui ad Cæſarem Orat re*

*s reverſi, quos in medium Regni Prin-
pes cum Civitatibus cauſas retuliſſent,
ignant. Verùm Imperator auditis pro-
ſitionibus Principum & Civitatum Re-
i, & quod ſubſidium ferre negaſſent, &
in plerisque taxaſſent, apologeticon in
i defenſionem in publicum emiſit, in quo
rincipum & Civitatum reſponſa vel in-
ilidare vel confutare tentavit. Cujus
idem apologetici publicatio facta eſt in
be Tridentina 26. d. Julii.* Hæc *Ba-
lius*, & ex eo *Mutius*. Ita & Con-
antiæ An. 1507. pecuniam fruſtra
etierat.

An. 1510. Auguſtæ Comitia à prin- Comitia Auguſtana 1510.
pio Januarii ad finem menſis Maji
lebrata ſunt, præſentibus Impera-
re, Principibus & Statibus, tum Le-
tis Regum Galliæ, Arragoniæ, Hun-
ariæ, Bohemiæ & Julii Pontificis. De-
etum ibi in Venetos denuo bellum.
ide *Baſelium* & *Mutium*. De his *Origin. Saxon. lib. 7. p. 847.*
omitiis *Fabricius* : *Sumtus in iis tan-
facti ſunt, quibus legiones aliquot alu-
ſent : nam 38. Principes Germani præ-
ntes fuerunt.* Addit de oratione *Extat in Hiſtor. Ven. Juſtiniani.*
Eliani (Helvinum *Baſelius* vocat)
ercellenſis Epiſcopi, & Nicolai Mer-
ii ſcripto contra Venetos, tum pu-
licatis.

Ita

Comitia Trevirenſia &Colonienſia 1512.

Ita devenitur ad Comitia Tre
renſia An. 1512. Coloniæ peracta
finita, poſt trimeſtre tempus ab
d. Aprilis. Aderant præter Impe
torem Electores, Principes Status
Legati Regum Galliæ, Angliæ, N
varræ, Poloniæ, Pontificis. *Eo in co*
ventu plurima tractata fuere de b
contra Venetos, de declinatione Pontif
ab Imperatore Advocato Eccleſiæ, & a
pene multis, inquit *Baſelius*. Qui *P*
ralipomena rerum memorabilium
UrſpergenſisChronicon adjecit, actum r
fert de præcavendo ſchiſmate, qu
metuebatur, & gravaminibus tolle
dis, de blasphemis puniendis, de ebr
oſis ex aula profligandis, ſevereq
multandis. Sed rectius ea petunt
ex ipſo Decreto, inter Receſſus In

Receſſ. Imperii 1512. 26. *Aug.*

perii relato. Röm. Königl. Majeſt. u
Gemeiner Stând deß Reichs Auffſatzu
und Ordnung auff dem Reichstag
Trier und Cölln. Initium ut in ſup
rioribus & ſeqq. ſæpius. Haben W
Uns mit des H. Reichs Ständen un
Sie mit Uns/ nachfolgende Articul un
Meinung/ als ein Chriſtlich Corpus un
Verſammlung/ gegen und miteinand
vereiniget/verpflicht und vertragen. Ad

fi

clauſulam. Præter metum Schiſ-
atis, de quo ſuo loco, apparet, vim
blicam & privatam, factiones, tu-
ultus, rebelliones & ſeditiones iis
nporibus invaluiſſe, de quibus in
creto paſſim. Inter alia: Daß im
Reich jetzo etwas hochbeſchwerliche/
hrliche und unerhörte That und Miß-
ndlung einbrechen/ alſo daß einer den
dern heimlich enthält/zu Zeiten andern
kaufft oder übergibt/ oder in andere
inde fahet/ etlich auch heimlich Mord-
nnen: und dergleichen Zuſchub mit
nlichem abſteigen Schlöſſer und Häu-
/ üben: etliche fürſetzlich/ bößlich und
er Recht todtſchlagen und ermorden:
ſonſt viel dergleichen Ubelthat began-
werden/ deren doch die Thäter/ wie-
hl offtmahls ein offentlich Gericht und
ſchrey darvon iſt erſchallet/mit bloſſem
neinen nicht geſtändig ſeyn wollen &c.
primis ſex circulis per Comitia Au-
ſtana 1500. conſtitutis (v. *Limn.*
P. lib. 1. c. 7. §. 2. & 22. &c.) additi
nt quatuor, atque ita perfecta cele-
s illa diſtinctio pene totius Imperii
decem circulos, qui in Receſſu hoc
ſcribuntur. *Goldaſtus* refert, de *de Regni Bo-*
decim circulis conſtituendis actum *hem. lib. 2. c.*
eſſe, *16. & 4. c. 8.*

eſſe, adjiciendisque Bohemico & B
ruſſico Circulis, ſed obſtitiſſe Boh
mos, Boruſſos, Livonos. (de uſu circ
lorum late *Limn. tomo I. Addition. Br*
viter ipſe Auctor Notit. Imp. Lib. III.c.
1. n. 11.) Præcipitur inſuper ad au
lia expedienda tributum ab omnib
Eccleſiaſticis & Secularibus ſolve
dum, & ratio exigendi præſcribitu
De Moneta, de Comitiis per ſingul
annos habendis, aliisque rebus (na
de blaſphemis & ebrioſis coercen
jam dictum eſt) alia conſtituuntu
Receſſus Imperii 1512. 26. Aug.
In altero decreto. (Röm. Königl. M
und Gemeiner Stånd des Reichs Abſch
auff dem Reichstag zu Trier und Cöl
26. Aug. 1512.) amplius conſtituit
de promiſſo ſubſidio pecuniario a
nuo per Senatum Francofurtenſe
& Auguſtanum colligendo, de Co
ſiliariis octo (quorum 4. Electores
Principes cæterique Ordines ded
runt) Cæſari adjunctis, qui adſint op
conſilio, ſi qui Ordines ab Imper
velint ſegregari, ſi ſubditi Ordinib
reſiſtere moliantur, ſi lites ad aula
Cæſaris deferantur, quo amicabili v
componantur, ſi cum Pontifice eju
que Fœderatis aut Galliæ Rege pa
ſcen

endi occaſio obtingat,ut id fieri cu-
ent ex commodo & decore Impe-
i & Imperatoris : de horum ſalario
jurejurando : Tum de aliis ante
ropoſitis, aut ad controverſias ſin-
ulorum Statuum pertinentibus. Vi-
quomodo *Goldaſtus* acta horum
omitiorum complectatur,ubi etiam
ictum de vitio ingluviei & ebrietatis
orſum exhibet Latine. Quæ de
nciliis acta ſunt, ſuo loco refer-
ntur.

Tom. 1. Conſtitutionum.

In iisdem Comitiis facta eſt Con-
tutio accurata de *Notariis*, quam
æter *Goldaſtum d. l.* ubi Latine, & in
o tomo Germanice habet, exhibent
eceſſus Imperii Röm. Königl. Mayſt.
rdnung zu underrichtung der offenen
otarien, wie die jhre Aembter üben
len : zu Cölln 1512. 8. Octobr. auff-
icht. videantur *Speidelii Notabilia vo-*
Notarii.

Ordnung der *Notarien.*

Anno 1517. *Imperator indicit Comitia*
guntiam, ad quæ miſit ſuos Conſiliarios :
e propter occupationes non acceſſit. Ita
orgius Fabricius : Habetur in Reces-
us Imperii Abſchied der Kayſerlichen
ommiſſarien und Churfürſtl. Räht /
zu Wormbs geweſen und eine Ordnung
des

Comitia Moguntina 1517.
Origin. Saxon. lib. 7. p. 857.

des Cammergerichts gemacht und auf[...]
gericht haben. 1517. 25. Januarii. A[...]
ex Comitiis Moguntinis illuc miſ[...]
ſint, aut ante ea Wormatiam profe[...]
cti, nondum reperi. Comitioru[...]
autem horum Moguntinenſiu[...]
mentio habetur in *Receſſu Comitioru[...]*
anni inſequentis pr. unde etiam intel[...]
ligitur de violatione pacis, concor[...]
diæ, juris actum, & rem ad ſeq. Co[...]
mitia transmiſſam eſſe.

Comitia Auguſtana 1518.

Sequuntur Comitia Auguſtana: i[...]
quibus actum eſt de auxilio adverſu[...]
Turcam expediendo, inſtigante Pon[...]
tifice, cui etiam anno præcedent[...]
Cæſar in hac cauſa reſponderat (a[...]
Goldaſtum tom. 3. Conſtit.) de Pace pu[...]
blica firmanda, de judicio Camerali[...]
de veſtium luxu, de propinationibu[...]
de nuptialibus conviviis, de exporta[...]
tis pecuniis Germaniâ, de monetis[...]
aliisque rebus, & Privatorum quoru[...]
dam controverſiis: Sed omnia i[...]
alia Comitia Wormatiæ celebrand[...]
rejecta ſunt. Hæc ex Receſſu, A[...]

Receſſus.

ſchied des Reichstags zu Augſpurg / wa[...]
nach endung deſſelbigen durch Käyſer[...]
Mayeſt. und die Stände des Reichs be[...]
ſchloſſen worden iſt. An. 1518. *Mutii*[...]

-e his ita : *Eo etiam anno Maximilia-* lib. 30. f.
-us Imp. conventum Principum celebra-
-it Auguſtæ, de Duce Wirtembergenſi quid
-ctum ſit, in recenti hominum memoria
-ſt. Egit etiam in eo Conventu de Nepo-
-tibus ſuis Carolo & Ferdinando, quos bo-
-us Imp. commendavit Imperii Principi-
-us & Civitatibus. Addit de Cardinali
Cajetano, Pontificio Legato contra
Lutherum, qui ſuperiore anno in-
dulgentias oppugnare cœperat, mi-
-as fruſtra jaciente. *Fabricius* Cæſa- Origin. Sax.
-em inducias cum Venetis feciſſe, Du- l. 7. p. 857.
-i Wirtembergiæ ignoviſſe, & aliis
-urbis modum quæſiviſſe refert, tum
-uptias Caſimiri Brandenburgici cum
-uſanna Bavarica ; Cardinalis digni-
-tatem Alberto Brandenburgico, Jo.
-lio delatam, & negotiationem in-
-er Imperatorem & Georgium Saxo-
-nem de ſumtibus Belgicis atq; Friſiis.

Non proprie nec accurate loqui-
-ur *Mutius*, cum ad Comitia videtur
-eferre congreſſum Regum Viennæ
-actum, his verbis : *Magna hoc anno*
1515.) Viennæ Principum Comitia ſunt
-elebrata, imperante Maximiliano. Illic
Maximilianus fœdus perpetuum cum Re-
-ibus Hungariæ, Bohemiæ & Poloniæ fe-

O *cit.*

cit. Spectavit ille congreſſus Regum Uladislai Hungariæ, Ludovici Bohemiæ, Sigismundi Poloniæ, cum Cæſare, domus Auſtriacæ incrementa per affinitates. Deſcripſit diarium totius conventus *αὐτόπτης Cuſpinianus* Pactio interceſſit Regibus de Succeſſione Auſtriacorum in regni Hung. Bohem. & Polon. Maximilianus Polono promiſit, ſe non defenſurum Albertum, Boruſſiæ Magiſtrum &c.

De Cæſaribus p. 616.

In parte legislationis Maximiliani referri debet etiam Conſtitutio de collegio Poëtarum Viennæ inſtituto apud *Goldaſtum tom.* 3. *ann.* 1501. *pridie Kal. Novembr.* Tum quædam ad Eccleſiaſticam rem pertinentia, de quibus ſuo loco.

Ἐπίχειρσις de Comitiis.

1. *De frequentia eorum* Grundfeſt *part.* 1. *c.* 3.
2. *De tempore durationis.*
3. *De exitu effectuque.*
4. *De Sumtibus & impenſis.*
5. *De Statuum æmulatu & diffid.*
6. *De temporum perturbatione.*

Em

Ἐπίκρισις de
Legibus.

1. *Honeſtæ erant.*
2. *Reip. formæ accommodatæ.*
3. *Tempori accommodatæ.*
4. *Difficultas executionis unde?*

Controverſa & mutata circa fines Imperii.

HElveticos, adhuc membra Imperii, quanquam magna in libertate, alienavit imprimis bellum iſtud à fœdere Suevico prope finem ſuperioris ſæculi geſtum. Poſitis enim armis non etiam ſtatim odia finita ſunt. Quod cum reputarent Baſileenſes, neutras partes in bello iſto Helvetico ſecuti, an. 1501. adjunxerunt ſe fœderi Helvetico vid. Wurſteiſen Baßler Chronick. *lib. 7. c.* 1. & *Stumpfii* Schweitzer Chronick. *lib.* 12. *c.* 34. & *lib.* 13. *c.* 30. ut & Scaphuſiani *Id. ibid.* & *lib.* 5. *c.* 17. & an. 1506. Mülhuſenſes Baſileenſium cives facti, anno autem 1515. cum omnibus XIII. pagis fœderati. *Stetler lib.* 7. an. 1511. Conſtantienſis Senatus idem tentaverat, ſed Cæſaris interventu, & piſcatoribus re- Helvetii.

O 2 ſiſten-

ſiſtentibus inhibitus eſt conatus. *Baſel.* an. 1509. Diffidentia prima & æmulatio ex ſuſpicione, quod Suevicum fœdus adverſus Helvetiorum libertatem eſſet comparatum. Initum eſt illud fœdus An. 1488, finitum 1534. [de quo *vid. Cruſ. Annal. Svev. lib. IX. P. III. p.* 482. *Jo Strauch. Diſſ. J. P. X. n. 3. p.* 261. ubi de origine, nomine, diviſione ſociisq; hujus fœderis agit.] Cauſa ferebatur Imperii & Germaniæ ſecuritas & tranquillitas: occaſione ſumta ex tot latrociniis, graſſaturis, & tumultibus. lege apud *Mutium lib.* 30. arcem nomine Hohenkrehen / in qua hoſpitio prædones & proſcripti excipiebantur, expugnatam per fœdus Suevicum. Sita erat in agro Hegou add. *Baſel.* Unde etiam ipſe Stumpfius utilitatem fœderis fatetur lib. 13. c. 21. f. Durch diſen Pund iſt auch im Reich auſſerthalb der Eydgnoſſchafft vil Rauberey abgeſtellt / und die Straſſen gar wohl geſaubert worden. Qui tamen poſtea c. 23. aſſerit in plurimis diætis Fœderatorum tanquam de ſolenni argumento actum eſſe de Helvetiis libertate exuendis, & ſub jugum mittendis. Potiſſima pars Imperii

perii continebatur hoc fœdere, omnibus fere formidabili: Vide diſpoſitionem ejus & vires apud *Wurſtiſium Chron. Baſil. lib. 6, c. 17.* Principum & Nobilium rationibus potiſſimum ſerviebat: neque negari poteſt, Helveticam libertatem, & cum Gallis fœdera ſuſpectari cœpiſſe. Unde etiam Maximilianus petiit ab iis, ut fœderi Suevico ſe adjungerent, adjectis, ni facerent, minis. Cum negarent Helvetii, auctis utrinque ſuſpicionibus, cum res ferocius ex more ſeculi agitaretur, & ipſi ſuas vires confirmarunt, adſcitis perpetuo fœdere Rhætis An. 1498. 13. Decembr. qui ſimili ſuſpicione anxii, &, ut putabant, irritati erant. Bellum poſtea Helvetiorum à Suevico fœdere, per nimiam fiduciam parum feliciter geſtum, auxit Helvetiis animos, ut magis magisq; à communione Imperii recederent. Neque vel Auſtriis deceſſiſſe antiqui Juris memoria, vel Helvetiis acceſſiſſe adverſus Auſtriacos fiducia videbatur. Vide quomodo ſe res Helvetiorum ab eo tempore ad nuperam pacem habuerint, apud *Conringium de finibus Imperii lib. II. c. 25. pag. 630.*

Comitiis Lindavienſibus.

De quo bello vid. Birckheimeri duo libri tom. 3. Script. German. Freheri. p. 41. ſqq. Vid. Naucler. 1499.

630. *edit. noviſſ. p.* 648. *& ſeqq.* [adde Limn. *J.P. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 35. Verùm Pace Osnabrug. art. VI. Helvetii planè liberi & ab Imperio exempti declarati ſunt.]

Pruſſia. Pruſſia quoque & in ea Magnus Magiſter Ordinis Teutonici, membrum erat Imperii Germanici, ſed jam pridem cœperant Reges Poloniæ ſibi eam vindicare. Igitur in Comitiis Auguſtanis 1500. decretum eſt, ut Rex Poloniæ eo nomine appellaretur, atque ad jus diſceptandum invitaretur. V. *Limn. J.P.* 1, 9, 23. An. 1507. in Comitiis Conſtantienſibus Fridericus Pruſſiæ magiſter per legatos expoſuit, quod provincia Imperii in periculo verſaretur. Iterum 1513. factum. vid. *Chytra.* (etiam in an. 1510. p. 169. It. 1511. & 1512. p. 173.) ſed non deſtitit. Quin inſequente tandem anno expeditionem adverſus Fridericum Sax. Ordinis Teutonici Magiſtrum ſuſcepit: cui tamen immortuus eſt. Poſtea Albertus Brandenburgicus 1525. cum fruſtra Imperii auxilium invocaſſet, ſe ſubmiſit Polonis, pactione; excuſatus hoc nomine à *Thuano lib.* 1, & 5. Et *Conringio de*

Finib.

Finib. Imper. Lib. 2. c. 29. pag. 825. & ſeqq.
dit. noviſſ. p. 823. ubi Quæſt. An re-
vera jus in Pruſſiam extinctum ſit? In
lla diſputatione quæri poteſt; An
i Pruſſis licuit Cruciferis ſe ſubtrahe-
re, etiam eadem opera licuerit Im-
perio ſe ſubtrahere? Contradictio
Imperii in R. A. zu Augſpurg an inva-
ida ſit? Vide etiam, quæ de con-
greſſu Regum 1515. dicta ſunt: &
adde *Chytr. p.* 185. *ſq.*

Præcipua controverſia cum Caro- **Geldria.**
o Geldrorum ultimo duce ſingulis
pene annis hujus ſæculi usque ad
obitum Maximiliani armis diſcepta-
ta, & ſæpe pactionibus ſuſpenſa; quas
ſemper rupit Carolus. Momentum
controverſiæ in eo: Arnoldus avus
Caroli Geldri Ducatum Geldriæ &
Comitatum Zutphaniæ, Carolo Au-
daci Burgundo vendiderat, exhereda-
to filio Adolpho, à quo per ſexen-
nium vel ſex menſes, uti Philip. Co-
minæus ſcribit, in carcere duriter ha- 1472.
bitus erat. Adjecit contractui teſta-
mentum, quo venditionem confir-
mavit. Anno inſeq. 1473. in Colle-
gio Equitum aurei velleris Valence-
nis m. Majo habito, lata eſt ſententia;

Venditionem & Teſtamentum Arnoldi valere: Audacem poſſeſſionem omni jure adire poſſe, Adolphum Geldrum propter impietatem in carcere vitam finire debere. Etiam Cæſaris Sigismundi diplomate confirmatum erat jus Arnoldi, Vid. *Pontus Heuterus Rerum Burgund. lib. 5. c. 7. Haræus in Carolo Audace An. 1472. & 1473. & in Philippo Auſtriaco* 1504. *add. Lud. Guicciard. deſcript. Belg. Part. III. p. 35. ſqq.* Hinc ergo ad ſe devolutum jus Maximilianus per ſe & Philippum filium & Albertum Saxonicum tuebatur. Et Philippo filio Geldriæ Ducatum & Zutphaniæ Comitatum tradiderat, quo nomine etiam is An. 1504. Patri ſacramentum dixerat: vid. *Mut. Iſaac. Pontan. per annos, quos dixi hujus ſeculi in hiſtoria Gelrica.* Hic *Pontanus lib. 9. An.* 1473. Judicium illud prius in dubium vocat, & Judices cauſæ omnes ab actore ſtetiſſe, eique ſacramento obnoxios fuiſſe. Et *lib.* 11. *p.* 795. ait, Carolum Reges & Imperatores maximos nihil non egiſſe, ut avitis ditionibus ac ſolio ipſum per fas nefasque ejicerent ac deturbarent. *H. Grotius lib. 16. Hiſtoriar. in An.* 1607.

ő7. fatetur, prætenſionem Imp. Ru- p. m. 751.
lphi, quod Belgica omnis feudum
porto Imperii eſſet, non de nihilo
ſſe, igitur nec litem illam agita-
n; Addit: *Certe Geldriam utcunque*
mondani invitis Impp. diu tenuere, ve-
es Principes in fide ac Clientela Impe- Add. Pontan. lib. 11. p. 629.
habuere, qui tutores primum, dein Co-
tes, inde Duces appellabantur. Traje-
nos quoque Pontifices, qui & Tranſiſa-
n rexerant, quibusque in profanæ ditio-
jura Carolus V. ſucceſſit, ſacramentum
ſaribus dixiſſe in confeſſo erat. Ad-
ntur hæc iis, quæ diſputat *Conrin-*
s de Finib. Imp. lib. II. cap. 28. Re-
ſta eſt controverſia ad arbitros
n. 1508, ſed fruſtra: vid. omnino
ntan. lib. 11. *p.* 638.

Friſiam Georgius Saxo conventio- Friſia.
tradidit Carolo, Hiſpanici, Bur-
ndici, Belgici Imperii heredi ac do-
ino 1515. *Iſaac. Pontan. Hiſtor. Geld.*
11. *p.* 661. *Ubbo Emmius rer. Friſ. Hiſt.*
. 37. *it. lib.* 48 Cæſar confirmavit.

Comitem Hoyenſem JodocumIm- C. Hoyens. clientelæ Gall. ſe dedit.
erio renuntiaſſe & Gallicæ cliente-
ſe dedidiſſe, *Pontanus* refert *lib.* 11.
653. ſed varias ſubinde mutatio-
es ſenſit, vide *Limn. addit. tom.* 1. *ad*

J. P. l. 4. c. 7. p. 548. Spener. Op. Heral. *l. 2. c. 9. n. 6. p. 400. ſq.*

De Bellis in Germani[a] & Tumultibus & Controverſiis.

DiſſidiaMarchionum Brandenb. & Norimberg.

INter Marchiones Brandenburgic[os] & Norimbergenſes diſſidia gliſcer[en]tia, dum componere ſtudet Frideric[us] Elector Saxoniæ, partibus Erfurdia[m] invitatis, interea cives Noriberg. 32[…] cum Præfecto Stromero, Patricio, i[n] inſidias pellecti interficiuntur à Ma[r]chionis Friderici filio Caſimiro 150[2.] *Chytræus Saxon. p. 128.*; & ex eo *Chr[o]nologia Eccleſiaſtico-polit. Huldricus M[…]tius* refert in annum 1505. quem v[i]de, ubi cruentam Caſimiri victoria[m] deſcribit. Adde *Baſel. in An.* 1506. a[d] eum enim refert cum plerisque alii[s].

Biſchoffsvverda diripitur.

5. Kal. Decembr.

Eodem anno 1502. Georgius Gu[t]tenſtein Bohemus, & Eberhard[us] Brandenſtein hoſtilem erga Geo[r]gium Saxoniæ Ducem animum pr[o]feſſi Biſchoffsvverdam aſtu capiun[t] diripiuntque: & 44. primarios cive[s] captivos in arce Guttenſtein deti[]nent, è quibus novem mortuis, cæ[-]

ter

i ſuo ære redimuntur. Itaq; Dux
eorgius ad aliquot menſes præſi-
um oppido, aliàs ad MiſnenſemPræ-
em ſpectanti, imponit. *Georg. Fabric. Origin. Saxon. 7. p. 844. & 845.*
Eodem anno ingens conſpiratio
ſticorum duobus authoribus, in
œceſi Spirenſi contra Principes &
erum cito ſuppliciis ſontium op-
eſſa eſt. Aſſumſerat ſibi nomen
famis grex, Bundſchuh. Leges con-
rationis 1. ut abjectâ omni ſubje-
one more Helvetiorum liberi age-
nt. 2. ut quisque aſſumtus, ſingulis
ebus quinquies orat. Dom. & Salut.
ngelic. in memoriam quinq; Vul-
rum Chriſti flexis genibus oraret,
ctoriæ impetrandæ. 3. Symbolum
beret Deiparam Virginem, & Jo-
nnem Evangeliſtam, ſigno agnitio-
s dato, ut interroganti alteri, Was
das nun für ein Weſen? alter re-
onderet: Wir mögen vor den Pfaffen
cht geneſen. 4. omnem Principatum
tinguere, omnesque reſiſtentes
ucidare. 5. Bruchſel oppidum pri-
um invadere, indeque in Marchio-
atum Badenſem procedere. 6. Bona
Ionaſteriorum, Eccleſiarum & Cle-
corum diripere, eorum numerum
im-

Seditio ruſticorum.

Sotularia Liga.

imminuere. 7. ne ultra 24. hor
cum exercitu ſubſiſterent, ſed ad n
vas ſemper victorias properarent,
putabant amore libertatis omnes
ves & ruſticos in partibus fore.
neque cenſus neque decimas cleri
aut nobilibus dare. 10. die S. Geor
oppidum Bruchſel armata manu i
vadere. 11. omne genus tributoru
& exactionum quarumcunque à
amoliri. 12. Venationum, piſcati
num, paſcuorum aliaque Nobiliu
Jura omnibus communicare. 13. Co
tra March. Bad. hinc Spirã, inde co
tra Monachos procedere, omnesq
contradicentes, ut Deo rebelles, d
lere. Ita *Baſelius in additione ad Na*
clerum. Ad 10. capita revocat ex *B*
ſelio auctor Paralipom. ad Chron. Urſper
de Liga Solutaria in agro Bruchſellenſi e
orta, vulgo im Brüreyn; Oppre
ſunt vigilantia Principum, & mand
to Maximiliani Imp. Neque ali
intelligit *Georg. Fabric. In Palatina*
valida conſpiratio plebis agreſtis fuer
contra Sacerdotes: quam in tempore p
tefactam Philippus Elector oppreſſit, &
vicinos Principes ea de re ſcripſit. No
negaverim, ſævitiam & avaritia
Cl

Hertzog. Elſaſſiſche *Chron. libr.* *2. cap. 73.*

Origin. Saxon. libr. 7. p. 844.

eri Nobiliumque, occaſionem præ-
iſſe. Hinc licentia plebis aliis etiam
uſis inſtincta, de quibus vide *Mu-
m*. τὸ θυμικὸν ſeculi.

An. 1509. Erfurdiæ ſeditio & diſ- Seditio Erfurtenſ.
rdia orta, dum plebs à Senatu ra-
ones ſibi acceptorum & expoſito-
nes ſibi reddi poſtulat: & illa pars Epi-
opum Moguntinum, hæc Electo-
m Saxoniæ patronos invocat. ita
ene ad juſtum bellum perventum.
ıld. Mutius. Traxit ſex annos iſta
ſcordia, interventu Imperatoris &
iſcopi Herbipolenſis potiſſimum
data *Trithem. Baſel. Chytr. l. VI. p.* 167.

An. 1513. Colonienſis ſeditio ci- Colonienſ.
um adverſus Senatum exarſit pro-
er exactiones & inopiam ærarii:
ıæ primum paulum repreſſa, mox
enatorum quorundam fuga, alio-
ım ſupplicio, & novo Senatu exple-
e conſtituto ſedata eſt. *Mutium* vide
ıe lib. 30. *Chytræ. Baſel.* Brunsvigæ
od: anno eadem de cauſa tumul-
ıatum, *Chytræ.* & Wormatiæ, *Baſel.*
ınno præcedente 1512. Spiræ idem
cciderat, referente *Baſelio.*

An. 1514 pauperis Conradi vulgò des Wirtemberg.
rmen Cunzen rebellio in Ducatu Wir-
tem-

tembergico ob inſolitas exactior
& pondera ac menſuras diminu
exorta. V. *Chytr. Sax. lib. 7. p.* 189.
Jo. Linturii appendicem ad Faſc. tem
rum tomo Piſtoriano II. ubi plures p
hos annos turbæ.

Addit *Baſelius* ad an. 1513. *Ea pe*
peſſimæ rebellionis civium adverſus Se
tum in aliis plerisque civitatibus perG
maniam irrepſit, videlicet in Spira, H
Sueviæ, Lübeck, Ratisbona, Suinfurt & N
riberg. De Graſſaturis ante dictu
eſt, & deteſtatur Nobilium hu
temporis malitiam latrocinia ſecta
tium *Trithemius in hiſtoria bell. Bava*
ci : quos Maximilianus ſolebat *Dun*
tinos equites appellare, die Heckenritt

Bellum Bavaricum. Inter Duces, Rupertum & Albertum.

An. 1504. Bellum Bavaricum exc
tum & per quinque menſes geſtu
eſt. Cum enim anno præceden
Georgius Dives Dux Bavariæ mortu
eſſet, hæredemq; Ducatus teſtame
to feciſſet *Rupertum*, filium Philip
Comitis & Electoris Palatini terti
genitum, filiæ ſuæ unicæ Eliſabeth
maritum ; *Albertus* Dux Bavariæ pro
ximior hæres contradixit, & rem a
Maximilianum Imperatorem detuli
affinem ſuum. Is multis conatus e

Ru

upertum ad pactiones adducere, ne
ſtamento inſiſteret, contra conſue-
dinem & Jura Feudorum facto.
ed *Rupertus* judicium Imperatoris
nquam adverſarii ſui adfinis ſpre-
t. Maximilianus ergo irritatus pro-
ripſit eum & omnes à partibus ejus
antes aut ſtaturos. Hoc quoque
ontemſit Rupertus, fretus primum
vitiis Soceri, deinde auxiliis Patris
lectoris, denique auxiliis Bohemicis.
a Cæſare vocante arma in Ruper-
m & Patrem ſumta, in quatuor Ex-
rcitus diſtributis viribus, quorum
num Maximilianus in Bavariam du-
t, Bohemosque & Rupertum prœlio
cit, plerisque occupatis, ſecundum
ux Ulricus Wirtembergicus, ter-
um Alexander Bipontinus Dux &
eldentiæ Comes, quartum Guiliel-
ius Haſſiæ Landgravius in Electo-
em Palatinum duxere. Cujus ter-
æ incendiis, direptionibus, excidiis
ppidorum pagorumque, aliisque fa-
inoribus miſere devaſtatæ ſunt.
Etiam in Alſatia Maximilianus Argen-
oratenſium ope Geroldseck / Offen-
urg / Ortenberg / Gengenbach ſine cæde
& ſanguine, ut & ultra Rhenum Ha-
ge-

genau, Lützelſtein, Weiſſenburg,
omnem regionem dictam die Lan
Provincialis Advocatia. vogtey ditioni ſuæ ſubjecit. Tu
Chriſtophorus Marchio Badenſis C
ſarem pro Philippo Electore depr
catus impetravit, ut omnes ab arm
diſcedere juberentur, & res tota C
mitiis inſequentis anni 1505. Col
nienſibus componeretur. In ip
hoc bello Rupertus, & paullo po
Uxor ejus obiit. Videatur *Mutius lib*
30. Baſel. in addit. ad Nauclerum. Bern
Hertzog. Elſaſſ. Chronick. *libr. 2. cap. 2*
Chytræ. Chron. Saxon. l. 5. p. 141. Dan. P
reus Hiſt. Pal. p. 246. Georgii Sabini pr
fatio in orationem Imperatoris apud Reu
nerum in Anti-Turc. volum. 1. p. 51. T
to opere *Ricardus Bartholinus Peru*
nus, cui titulus *Auſtria, libris XII.* E
tant in id *Jac. Spigelii Scholia in Tom*
p. 469. &c. *Script. Germ. Reuberi* : & præſerti
æqualis ejus temporis, totius negot
apprime gnarus *Joh. Trithemius Abb.*
Sponheimenſis, cujus extat belli huju
p. 97. &c. hiſtoria *tom. 3. Script. Germ. Freher*
Memorabilis in hoc bello. 1. ipſa d
ſputatio de jure. 2. Quod Epiſcopi
Civitates quædam vicinæ, tum Ma
chio Badenſis, & Joh. Dux Bavariæ,
Co

Comes in Sponheim, vel permiſſu vel conniventiâ Cæſaris hoc bello quievere. 3. Quod odia & lites viciuorum & accolarum aliorum pluriinum hoc bello graſſata ſunt. 4. ruſticorum & calonum facinora maxima. 5. incendiorum frequentia, præpoſitis qui dicebantur Brandmeiſter / in quos valde invehitur *Trithemius*. 6. Quod Rupertus inſtigatu aliorum ipſiusque Pontificis his ſe malis induit. 7. Quod Caſpar Wolffius S.P.Q. Argentinenſi cum 500. peditibus in Bavariam miſſus 4. vexilla quæ in ſummo templo ſuſpenſa, ex Bohemia, & hoc ipſo anno unà cum Phil. Rechberg equitis Aurati titulum & inſignia reportavit. *Wimpfel. Epitom. rer. Germ. c. 59. apud Schardium tom.* I. p. 196.

Hujus *Alberti* Ducis Bavariæ teſtamentum an. 1513. novas lites excitavit. Teſtamento enim conſtituerat, ut major natu filius *Guilielmus*, ſicut Ducatum, ita Ducis nomen & Principis ſolus ſortiretur, reliqui filii Comites tantum appellarentur. Mortuo igitur Alberto, *Guilielmus* juxta teſtamenti diſpoſitionem ſe gerere voluit, excluſo fratre juniore *Ludovico*: Novæ lites inter Duces Bavariæ, Guilielmum & Ludov.

P cu-

cujus partes cùm mater & cives tue-
rentur, res pene ad tumultum deve-
niſſet. Sed Cæſaris authoritate in-
terpoſitâ factum eſt, ut Ducatus in
duas partes divideretur, & *Guilielmus*
Monachium cum certis oppidis, ca-
ſtris, munitionibus, villis & agris;
Ludovicus Landshutam cum reliquis
oppidis &c. ſorte acciperet, Ducisque
titulo ambo gauderent. *Baſelius.*
[Addita etiam fuit conditio, ne uxo-
rem duceret Ludovicus; unde & an.
1545. cælebs deceſſit.]

Bellum inter Duces Megapol. & Lubecenſes.

Chytræus etiam bellum inter Mega-
politanos Duces & Lubecenſes anno
1506. memorat, quod etſi levi occa-
ſione excitatum fuit, tamen ingens
peperit incendium. *libr. VI. pr.*

Bellum Geldricum & Groningenſe.

Sed præcipua cum *Carolo* Geldriæ
Duce bella ſingulis pene annis geſta
à Joanne Clivenſi Duce, à Maximilia-
no Imperatore, à filio ejus Philippo
cauſis ſupra oſtenſis. Quibus inter-
venere bella *Georgii* Saxonici adver-
ſus Groningenſes, quos à Cæſare pro-
ſcriptos Comes Emdanus Edzardus,
denique Carolus Geldrus, defendit.
Quæ omnia propriè exequitur *Iſacius*
Pontanus hiſtoriæ Geldricæ l. XI. ab anno
1501.

501, &c. Addi poteſt *Reneri Snoi rerum Batav. libr.* 12. & 13. *Georg. Fabric. Origin. Saxon. libr.* 7. *Chytræ. lib. VI. p.* 147. Gelder adverſus tantas opes, poſtquam fruſtra in Germania Electores & Principes appellaverat, auxiliis Gallicis, & ſuo ingenio magnarum rerum capace nitebatur. Enituit in his bellis virtus Rudolphi Anhaltini Principis, quo Cæſar Duce utebatur. Et cum Georgio Saxoniæ Duce, Henricus Brunsvicenſis, Achilles Germanicus habitus, ſtabat: qui etiam in hoc bello occubuit, relicto filio cognomine, paternæ virtutis eadem apud arma hærede. *Legio nigra* Saxonicorum ob virtutem & fidem in bellis ſemper demonſtratam valde celebris fuit.

Waltherus à Plettenberg Magnus Magiſter Ordinis Teutonici per Livoniam, Moſcos memorabili virtute, parva manu devicit, eorumq; 80000. proſtravit an. 1502. M. Septembr. ſed proditione Lucæ Hammerſteteri victoriam proſequi non potuit. vid. *Baron. Herberſtein in commentar. rerum Moſcovit. p.* 85. & 86. [*Edit. Baſil. fol. p.* 415. & *eid. ſubjunctus de bell. Moſc. ad-*

Bellum inter Moſcos & Livonos.

verſus finit. comment. Jo. Leunclavii p. 206. ſqq. Chytr. Sax. l. 1. p. 24. Intereà tamen pacem petiit Magnus Dux Moſcoviæ & 50. annorum inducias impetravit â Livonis]

De bello Turcico deliberatio.

De bello Turcico ſæpius, ſed præſertim in Comitiis Auguſtanis 1518. expoſtulante Pontifice actum: ubi Cæſar ſuum in hanc rem ſtudium ampliſſime teſtatus eſt: nec alienos ſe ab eo negotio Ordines declararunt. Intervenit cœptis mors Cæſaris. Extat oratio ejus de hâc re habita in *Anti-Turcico Reuſneri*, cum præfatione *Georgii Sabini volum. 1. p. 49. & ſeqq.* quam & ſeorſum Helmſtadii excudi curavit *Chriſtoph. Schraderus*.

Bella externa, rebus ſingulorum populorum inſerentur.

Fœdera Germanica.

DE Fœdere Suevico, jam ante dictum eſt, & infra ſuo loco, ubi ad finem fœdus pervenit, dicetur.

p. 209. Fœdus trium Regum cum Cæſare an. 1515. etiam ſupra tetigimus.

Et Fœdera Cæſaris cum externis, rectius rebus externorum comprehendentur.

Non

Non omitti autem debent Fœdera Palatinorum Ducum cum Duce Wirtembergenſi, & hujus cum Marchione Badenſi, de quibus *Baſelius* an 1513. *Eodem anno Ludovicus Princeps Elector & Fridericus frater ejus Comites Palatini Rheni Bavariæque Duces cum Udalrico Wirtembergenſi fœdus perpetuum & hæreditarium ſub certis capitulis, pro ſe & cunctis eorum hæredibus & ſucceſſoribus contraxerunt. Quod quidem Maximilianus Cæſareo conſenſu confirmavit. Eſt autem hoc fœdus literis & ſigillis Principum ſupradictorum roboratum & munitum, atque in præſentia ſubjectorum per civitates, oppida, villas & agros promulgatum. Eodem anno Dux Wirtembergenſis Udalricus ſimile fœdus cum Philippo Marchione Badenſi, ut ſingulorum negotia ſingulos veluti propria tangerent, ſive hoſtilia ſive judiciaria vel qualia hæc cunque fuerint.*

Externa.

Italiam præcedentis ſeculi poſterioribus annis turbaverat cauſa Neapolitana, & expeditio Caroli VIII. regni ejus invadendi cauſſa ſuſcepta, quam deſcripſit *quinque libris Phil. Co-* **Italica.**

 mi-

minæus à *Sleidano* latine converſus, & *Alexander Benedictus libris duobus*. Subjungitur *Petro Juſtiniano* in editione Argentorat. Acceſſit Hiſpanus in ſocietatem primò, mox ex diſcordia profligatis Gallis ſolus occupaverat Neapolitanum regnum, quod accidit an. 1503. Deſignavit momenta fortunæ *Thuanus* principio ſui operis. Carolus Rex Galliæ in partibus habuerat Alex. VI. Pontificem & Ludovicum Mediolanenſium Ducem. Veneti Hiſpanas partes contra Carolum tuebantur, unde *Juſtinianus* jactat, Venetorum armis compulſum Carolum fugienti ſimilem in Galliam rediiſſe. Inde *Piſanum bellum* inter Venetos & Florentinos, pactione & ſententia arbitri compoſitum. Succeſſit fœdus Venetorum cum Ludovico XII. Gall. R. Caroli VIII ſucceſſore, ad eripiendum Sfortiæ Mediolanenſem Ducatum, & Galliæ vindicandum. Quare *Sfortia*, cum non poſſet placare Venetos, ad Imperatorem Maximilianum, & Bajazetem Turcarum reſpexit. Facile autem Galli & Veneti totum Sfortiæ Ducatum occuparunt, ipſeque Sfortia in Galliam abductus eſt.

Hiſtor. Ven. lib. 10. p. 203.

Ind. id.

Ind. p. 206.

Ind. p. 207.

eſt. Cæſar quoque *Valentinus Borgia*, 1500.
Alexandri Pontificis filius, relicto ſacerdotio, cum uxorem in Gallia nobiliſſimam duxiſſet, ambitioni ſuæ ſerviens, Flaminiæ viæ multa occupavit, Forlium (Furli.) Forum Cornelii (Imola) Faventiam (Faenza) alia. Sed mortuo Alexandro Pontifice Venetis ſe dediderunt, Ceſenates, Ariminenſes, Faventini, Forliviani; exutusque omni Principatu Borgia, ex inſidiis captus in Hiſpaniam miſſus, cum profugiſſet ex cuſtodia, exitium paulo poſt non effugit. Hos Borgiæ & Pontificis Alexandri conatus Rex Gallorum Ludovicus infelici ſucceſſu fovebat. A principio ſtatim ſeculi *V. Thuan. 1. p. 11.*
magna pars Italiæ, id eſt, regnum Neapolitanum, expulſo Friderico Rege, 1501. 1502.
primo quidem Gallis & Hiſpanis in id 1503.
fœderatis, deinde expulſis Gallis, Hiſpano ceſſit Conſalvi inprimis virtute & conſilio. *Thuan. libr. 1. pr. Mariana, Juſtinianus in rebus Venetis.* Julius Pontifex ſubinde cauſſam nactus repetendi, quæ Veneti deditione ex Borgiæ tyrannide receperant, ſtatim, 1504.
cum Veneti reddere nollent, quæ ſe optimo jure tenere dicebant, exter-

na auxilia reſpicere, & Maximilianum Imperatorem, Regemque Gall. Ludovicum adverſus Venetos concitare inſtituit, Venetis contra per Legatos amicitiam eorum retinere annitentibus. *Juſtinianus fin. libr. X.* adde *Bembi hiſtor. Venet. lib. 6. fin.* Secutum eſt fœdus Cameracenſe inter Cæſarem Maximilianum, Reges Galliæ & Hi-

1507. & 1508. ſpaniæ ac Pontificem Julium contra Venetos. Formulam fœderis habes

p. 217. apud *Juſtinianum* 11. De tempore diſputantem vid. *Iſacium Pontanum Hiſt.*

Hiſt. Ven. lib. 7. p. 290. ſq. *Gelr. libr. XI. p. 637.* Leges fœderis ita exhibet *Petrus Bembus* : *ut omnes uno tempore Reip. Venetæ bellum inferrent : quod ſi Veneti bello victi eſſent, quæ ab iis ultra Veronæ urbis fines ditione tenebantur, Gallorum Regi cederent : Verona, quæque ab eâ usque ad mare Adriaticum pertingunt, Maximiliano : Flaminiæ oppida, quæ Reip. Venetæ tunc eſſent, Julius ; Apuliæ, Ferdinandus obtineret.* Adde

p. 687. *Hieronym. Rubei Hiſtor. Ravennat. lib. 8.* Venetorum ad reconciliandos ſibi Fœderatos, conatus irritos diligenter *Bembus* memorat. Idem quoq; cum 4. Helvetiorum pagis fœdus contractum refert. Veneti anno ſequente

ad

Abduam flumen magnam à Gallis
cepere cladem, temeritate præſer-
n Liviani Ducis ſui, quam deſcribit p. 221.
mbus extremo libro ſeptimo, & *Juſti-*
anus libr. 11. variæ belli vices ; &
ut impares erant Veneti tot hoſti-
ıs, ita aſtu militari multa à Cæſare,
ontifice, Gallis & Hiſpanis interce-
a recuperarunt vid. *Bemb. lib* 8. & 9.
pud Veronam præſertim & Pata-
um circiter 40. dies graviſſima ob-
lione conflictatum, quam Cæſar
lvit, multa vi certatum eſt. Recre-
i ſunt Veneti paululum, cum Pon-
fex ſeorſum pactione quantumvis
gratiam eos recepiſſet. Idem Pon- 1510:
fex ſtuduit Venetos Cæſari reconci- *V. Bemb. l.* 9.
are, ut Gallicæ partes infirmarentur : *extr.*
cut & occultis literis Henricum Bri-
anniæ, & Ferdinandum Arragoniæ
eges in Gallos concitavit : à qui-
us etiam Alphonſum Ferrariæ Du- *Juſtinian.*
em alienare contendit. Sed Hel- *libr.* 11. *p.*
etios, quorum ope Pontifex potiſſi- 230.
num nitebatur, Carolus Amboſius
Gallicis armis præfectus, auro propi-
iavit, ut domum redirent. Cumq;
etitu Cæſaris Rex Hungariæ Dalma-
iam ingreſſus eſſet, non ſubmiſſis,

quæ convenerant, pecuniis, incept
deſtitit. AlphonſumFerrarienſem c
ſtudium Gallicarum partium Pont
fex bello aggreſſus auxit armoru
tumultus, quibus nulla Italiæ provi
cia intacta fuit. Ille junctus poſt
Gallis Ravennam oppugnabat, u
Galli cruentiſſimo & ſibi quoque c
lamitoſo prælio Pontificios Venetos
vicerunt. Deſcribit *Hieron. Rube*
hiſtor. Ravennat. lib. 8. in an. 1512. Ad
Juſtinian. lib. 11. *p.* 237. & *Bemb. lib.* 1
Hinc Pontificis ſtudio induciæ ſem
ſtres inter Cæſarem & Venetos, ac i
Gallos fœdus factum cum Hiſpani
R. Venetis, Helvetiis; & expulſi
fœderatis Italiâ Galli reliquias exerc
tus domum reportarunt, ereptaqu
Pontifici & Venetis reſtituta ſun
Maximilianus quoque Sfortia Medic
lanenſem Ducatum ejectis Gallis op
Helvetiorum recepit. Sed Pontife
à Venetis iterum alienatus in gratian
Cæſaris, cum quo & Ferdinando Hiſ
R. fœdus facit, ſacris iterum interdi
cit. Sed paulo poſt moritur. Suc
1513. ceſſit Leo X. in eadem conſilia, Vene
tisque cauſam dedit cum Gallo paci
ſcendi. Sed Gallis in Italiam effuſis
in

gens ab Helvetiis clades apud Nolariam illata eſt, & Venetis per Maximiliani & Ferdinandi Hiſpan. Dus ad Vincentiam, *Juſtin.lib.* 12. *p.*241. *ſeqq.* Egit quidem ſubinde Pontix de concordia inter Cæſarem Maximilianum & Venetos: qui deniq; eronam Cæſari tradere non recuoant: Sed Cæſar præterea Vincenım poſtulabat. Pro Venetis poſt udovici XII. mortem FranciſcusRex alliæ ingentem exercitum inItaliam eduxit, Helvetiosque pugna acerria ad Marignanum vicit: Maximianumque Sfortiam, cujus Ducatum Iediolanenſem recepit, in Galliam 1515. ptivum ablegavit. Subinde cum æſar acceptâ ingenti pecuniæ ſumâ pacem cum Venetis feciſſet, bello 1517. cto annorum finis eſt impoſitus. *uſtinian. libr.* 12. *Chytræ. lib.* 7. *Thuan.* 1. *Gvicciard. l.* 12. *fin.* & qui præſerm ſummam hujus belli Veneti dilienter contraxit *Hieron.Megiſer.annal. arinth. part.*3. *libr.* 11. *cap.* 9. Dimiſım à Venetis Hiſpanorum & Germanorum exercitum Franciſcus Maria Irbini Dux conduxit, Leoniq; Ponifici Ducatum, quo pulſus erat, eripit re-

retinetque. *Chytræ. lib. 7. p. 192. Thua*
libr. 1. pag. 13. & 14.

Gallica. In GALLIA *Ludovicus XII.* (Valeſi
Aureliorum Dux) regnum ſuſce
an. 1498. vitam cum regno depoſi
1514. *Tilius* 1515. Ita etiam *Harǽu*
Deſcripſit res ejus, ſed more paneg
riſtæ *Joannes Serranus.* Add. *Jo. Tilii*
Gallic. lib. 1. & præſertim *Arnoldi Fe*
roni librum tertium & quartum. Is
moderatione Gallis imperavit (verba ſu
Ferroni) *ut defunctus integri Princi*
patrisque patriæ nomen retulerit: Vive
non tam plebi gratus vel ob ſenectute
ingraveſcentem, vel ob parcitatem. I
ut proſpero fortunæ curſu aliquandiu uſu
ita ad extremum variis dolis impetitu
Suſurrones adulatoresque aula exeg
Juſtus idem, etiam privatus, integritat
& fidei multa teſtimonia dederat: regnu
adeptus habuit integritatem eandem
quam adoleſcens, at cautiorem & diliger
tiorem: cum in eo nullæ eſſent literæ pr
ter vulgares, hactenus tamen ſapiens e
habitus, ut & quod opus eſſet, ipſi venire
in mentem, & aliorum bene inventis o
temperaret. Infelicitatis maxima par
fuit, quod cum Gallia, Caroli VIII. in
felici Italica expeditione, multum pri
ſtina

næ ad exteros exiſtimationis per-
diſſet, magis magisque contemni
cœpit: Domi quoque à Confœdera-
Angliæ & Hiſpaniæ Regibus ac
peratore infeſtata, captis Taruen-
& Tornaco Belgicis urbibus. Cau-
infelicitatis *Thuanus* graviter re- *libr.1. p.11.*
tit ab infauſta cum Alexandro XII.
ntifice filioque Borgia conſcelera-
ſimo amicitia & affinitate, ab ini-
citia Julii Pontificis; à ſtudio gra-
candi Leoni Pontifici. Addi de-
t, quam *Thuanus* non eſt auſus ad-
re, cauſâ publicæ privatæque infe-
itatis, iniquum cum Joanna Vale-
optima conjuge divortium. Flo-
it quidem in Gallia hoc Rege, exi-
a ratio adminiſtrandæ Reipublicæ, *Ferron. lib. 2.*
que exactiones fuerunt intolera-
es, quod inter tot bella miraculo *Id. l. 3. pr.*
nile.
Ludovico XII. ſucceſſit *Franciſcus I.*
leſius anno 1515. qui obiit 1546.
c expeditione Italicâ reparavit ali-
o modo priorem gloriam, & poſ-
ſſionem Mediolani. Unde *Ferro-* *lib.5. p.115.*
s: Florebant eo tempore res Gallicæ:
l tamen perpetuo eventu plaudentis for-
næ, faſtu aula regia abundare cœpit.
Con-

Congreſſus Regis cum Pontifice L
one, Bononiæ, multum habuit ſecr
tæ & ſermonibus ac ſuſpicionibus o
Id. p. 151. noxiæ confœderationis. Sed
Franciſco deinde in rebus Caroli
Cæſaris erit amplius agendum.
quæ huc pertinent, compendio *Thua*
lib. I. p. 11. *&* 12.

Hiſpanica. In HISPANICIS rebus ad tempor
quæ tractamus, congruit pars ultin
1501. regiminis *Ferdinandi* Magni *Catholi*
Caſtellæ Regis : Qui mortuô fil
Joanne, generum *Philippum* Archid
cem Auſtriæ, Maximiliani Cæſaris
lium, cum uxore in Hiſpaniam evoc
1502. Illi itinere per Galliam facto Toleti
Ferdinando honorifice excepti, d
clarantur unà cum legitimis liberi
heredes Hiſpaniæ, Sacramentumqu
à Nobilibus, Urbiumque & Orc
num Legatis accipiunt. Quinque
nio poſt filii Joannis mortem *Eliſab*
tha Hiſpaniæ Regina obiit ; ad qua
1504. ſpectabant Caſtellæ Regna, Hiſpani
in Philipp. Auſtr. p. 511. rum maxima pars. *Quare cum Fe*
dinando Regi (verba ſunt *Haræi*) *in A*
ragoniam eâ mortuâ, jure eſſet migra
dum, ac relinquenda Principi Philippo A
ſtriaco ejusque Uxori Joannæ regnoru

C

ſtellæ gubernatio, Rex Ferdinandus ſe
poſuit, quod facto teſtamento Eliſabetha
i Caſtellæ gubernationem ad vitam le-
ſſet. Id cum jure fieri potuiſſe ne-
rent Proceres, Philippus inſtinctu
rum iter in Hiſpaniam cogitabat,
aſtellæ hæreditatem vi vel amicitiâ
liturus. Convenit tamen agenti-
us Proceribus: *Ut Philippus in Hi-*
nia nil ſine Ferdinandi ſoceri volunta-
& conſilio ageret, Hiſpaniæ regni titu-
m uterque haberet: regni vectigalia
uâ portione dividerentur, ut & nova-
m inſularum reditus. Donatio munio-
m D. Jacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ
ris Ferdinandi maneret: alter alteri
xilia, per bellum, recipiendis ſumtibus
bmitteret: Cæſar his pactis comprehen-
retur. Sed Philippus dilato itinere
uxellæ celebratis Eliſabethæ exe- 1505.
iis, unà cum conjuge, Reges Caſtel-
, Legionis, Toleti, Granadæ &c. ac-
amantur; uſusque eſt deinceps Phi-
pus in ſuis diplomatibus hoc titulo:
hilippus D. G. Rex Caſtellæ, Legionis &c.
rinceps Arragoniæ, Siciliæ &c. Archi-
ux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. Anno
nſequente Philippus in Hiſpaniam 1506.
um univerſa familia contendens,
tem-

tempeſtate in Angliam defertur,ibi
cum Rege Henrico VII. familiarit
pacis conditiones renovat, [eiq
poſtulanti Suffolciæ Comitem, que
in Namurii arce habebat, tradit,
quidem lege, ut ipſius vitæ parcer
Quare in carcere, dum Henricus v
xit, detentus, poſtea filii juſſu ſecu
percuſſus fuit. *Fr. Gvicciard. Hiſt. It.*
lib. 7. p. m. 231. Fr. Baco Verulamius
Hiſt. regni Henr. VII. p. m. 371. ſqq.]Ph
lippus deinde Hiſpaniam ingreſſ
novas cum Ferdinando Socero p
ctiones facit, quibus Ferdinand
omni adminiſtratione & jure Caſte
læ regnorum ceſſit; nunquam
regnandi cauſâ reverſurus: retinu
autem ſibi regnum Neapolitanu
cum Sicilia, ut & vectigalia IndiæOr
entalis; & donationem dignita
Equitum, de quibus ſupra. Profectu
ſtatim in Arragoniam, inde Neapo
lim Ferdinandus, morte generi Ph
lippi ad Caſtellæ gubernationem r
vocatur. *Fr. Guicciard. l. c.* Is pot
gelidæ ex luſu pilæ minoris morbu
contraxerat: qui eum peremit ann
1506. ætatis 28. ſeptimo Kal. Octobri
Hæc ex *Haræi Annalibus.* [Multi qu
der

em ipſum veneno obiiſſe ſuſpica-
antur, ſed hujus tamen ſceleris in-
miam amolitur *Mariana lib.* 28. *c.*
t. Errat etiam *Strada*, qui 7. & alii
oud *Gans*, qui 17. ac *Schmidius*, qui
8. Septembr. nec non *Gebwilerus*
m Edero, qui eundem an. 1507.
iortuum eſſe volunt.] Laudes Phi-
ppi hujus executus eſt memorabili
anegyrico, *Eraſmus Roterodamus*. Sub-
de Maximilianus Cæſar, qui Belgii
ibernationem petentibus Belgis ſu-
eperat (*ap. Heuter. rer. Auſtriac. lib.*7.
2.) cum Rege Ferdinando ob Ca-
ellæ gubernationem ita convenit, ut
erdinandus Rex Caſtellam regeret,
onec communis nepos Princeps Ca-
olus annum ætatis 25. attingeret:
arolus Regis in Hiſpania titulo, vi-
ente matre, abſtineret; Ferdinan-
us Cæſari 50000. ducatorum nume-
aret, & in recuperandis in Italia re-
ionibus juvaret, Carolo quotannis
00000. penderet. An. 1512. Ferdi-
andus cum Rege Angliæ, Navarræ
egnum occupavit. Anno 1516. 12.
anuarii moritur Ferdinandus anno
etatis 65. hærede in ſolidum inſtitu-
o Carolo, nepote ex filia. Sub eo

quinque res memorabiles ab *Harai*
*& Ponto Heutero rer. Auſtriac. lib*r.7.c
11. notantur. 1. Ejus & uxoris Iſabella
auſpiciis detectus novus orbis 1492
2. Judæi omnes Hiſpania expulſi. 3
Regnum Granadæ expulſis Saraceni
receptum. 4. Regnum Neapolita-
num operâ Conſalui partum. 5. Na-
varræ regnum per Ducem Albanum
1507. occupatum. Poteſt his adjici Orani
in Africa Mauris erepta ap. *Joan. Leo-*
1518. *nem Africanum libr.* 4. Succeſſit Fer-
dinando *Carolus* nepos, ſolenni cære-
monia Vallidoleti, de quo deinde di-
cendum erit.

Anglica. In ANGLIA Rex *Henricus VII.* (Sa-
lomon Anglorum à nonnullis dictus
A. 1509. 22. Aprilis fato functus eſt
cum regnaſſet 23. annos & 8. men-
ſes. Conſiliis pleraque molitus eſt
fama magis armorum, quàm tracta-
tu armorum. Vitam ejus memora-
bili opere percoluit *Franciſcus Baco-*
nus de Verulamio. add. *Chytræi libr. 6. p*
157. *&c.* Succeſſit ei filius *Henricu*
VIII. in quo neque ad laudem neque
ad vituperium modica eſt materies
A Julio Pontifice incitatus Norman-
niæ & Britanniæ litora magno inco-
la

arum terrore infeſtabat: & junctis
um Ferdinando Hiſpaniar. Rege
opiis, Bajonæ oppugnandæ claſſem
n Aquitaniam miſit: quæ tamen
erdinando ad occupandum Navar-
æ regnum diſtracto, re infectâ do- 1512.
um rediit. Quare Ducum ſuorum
egnitiem, ut putabat, correcturus, ipſe
nno inſequente in Galliam trajecit, 1513.
& Caleto movens Tarovvanam Mo-
inorum urbem cepit mœnibusque
udavit; eodem ſucceſſu Tornacum
epit, quo Maximilianus Cæſar cum
epote Carolo acceſſerunt *Chytr. libr.*
.p. 177. Monitus poſtea à Leone
. & induciis à Ferdinando Rege ſe
nconſcio factis motus, & ipſe cum
ege Galliæ pactus eſt, traditâ ei in 1514.
matrimonium ſua ſorore Maria, & Auguſt.
edditis urbibus prædictis: Franco
olvente 400000. aureorum liliorum.
Haræus in Carol. Auſtr. Chytr. lib. 7. *p.*
184. Cætera hujus Regis ſuo loco.

In Scotia *Jacobus IV.* ſeptennis A. Scotia.
1489. regnare cœperat. * Is, cum Hen-
ricus Anglus in Galliam expeditio-
nem, quam diximus, ſuſcepiſſet, à Gal-
lo incitatus, bellum denuntiavit Hen-
rico, & cum exercitu, poſtquam Hen-

ricus minas ſpreviſſet, Angliam ingreſſus eſt, quo Henricus 6000. militum remiſerat. Prœlium poſtulantibus Anglis, cùm Duglaſſius & alii diſſuaderent, Jacobus ne loco quidem tutiore capto in pugnam ruere cœ-
1513. pit, ubi cum fratre Alexandro S. Andreæ Archiepiſcopo cæſus eſt. Parentat Alexandro diſcipulo ſuo *Eraſmus* in proverbii enarratione, *ſpartam nactus es, hanc orna.* Unde quædam excerpit, & *ἁμάρτημα μνημονικὸν Eraſmi*
libr. 11. *p.* 648. oſtendit *Iſaacius Pontanus Hiſt. Gelr.* Add. *Chytræ. libr.* 6. *p.* 177. Succeſſit Patri Jacobus V. bimulus, prorege
1514. conſtituto Joanne Stuarto Duce Albinio patruele, qui regnare cœpit adhuc impubes 1524. deceſſit 1542. [*Georg. Buchan. Hiſt. Scot. lib.* 13. & 14.]

* Secutus hic auctor *Chytræum in Saxon. lib.* 21. *p.* 572. ubi in ſubjuncta Genealogia Scotiæ regum de *Jacobo IV.* hoc tradit. Alii tamen & quidem Scriptor domeſticus, *Georgius Buchananus*, rectius *Jacobum III.* ſeptennem ad regnum perveniſſe, *Jacobum IV.* verò anno 1473. natum, anno ætatis 15. adminiſtrationem regni ſuſcepiſſe, illudque 25. annos tenuiſſe, ac anno 1513. mortuum eſſe ſcribunt.

In

In LUSITANIA ſive PORTUGALLIA A. 1495. *Joanni II.* ſucceſſerat *Emanuel*, Eduardi Regis nepos ex filio Ferdinando. Hujus Regis elogium diligens habes à *Nonio* conſcriptum. Hic magnam ſpem regnorum etiam Hiſpaniæ conceperat, Eliſabetha juniore & Michaele filio extinctis ad Auſtrios translatam, *Chytr. libr. 3. p. 91.* Religio ejus, navigationes longinquæ, adjecta regna, notabilia ſunt; quæ *Hieronymus Oſorius* 12. *libris* executus eſt. Obiit 1521. 13. Decembris. Luſitanica. *in Chronico Chronicor.*

DANORUM & SUECORUM res his temporibus permixtæ erant. *Chriſtierno* enim I. mortuo, *Joanni I.* ejus filio, biennio poſt Comitiis Calmarienſibus, trium regnorum borealium imperium decretum eſt, ut in leges Unionis, quam vocant, juraret: quibus clauſula commiſſoria adjecta erat, ſed inauguratio Joannis, operâ *Stenonis Sturii Senioris*, adminiſtratoris Regni, cauſſis variis dilata, & poſt 14. annorum moram (variis interim concertationibus) à præſule Ubſalienſi Jacobo peracta eſt. Subinde etiam filio ejus *Chriſtierno* juratum eſt, fide literis publicis firmata, *ut ſi quis adverſus* Danica & Svecica. 1481. 1497. 1499.

Regem Joannem aut filium ejus revellis eſſet, exiſtimatione, favore regio, immunitatibus fortunisque privaretur. Redu-
1501. cem in Sueciam Joannem, querelæ Senatus excipiunt de rupta Calmarienſi pactione, dum arcibus & Provinciis Dani aut Germani eſſent impoſiti, quorum injuriæ enumerabantur: dum opes regni exportatæ eſſent, dum Ruſſis in Suecos concitatis quædam alienata eſſent: quod Gothlandia non reſtituta, nec patris debita expuncta eſſent, Rex Joannes in Daniam regreſſus Reginam gravidam in arce Holmienſi cum idoneo præſidio
Chytræ. lib. 2. pr. relinquit: Steno Sturius iterum adminiſtrator regni arces quasdam capit, urbeque Holmia recepta, Reginam in arce graviſſima obſidione premit: quæ poſt biennii fere obſidionem fame adacta ſe dedidit. Poſt triduum adventat tandem claſſis Regia, & cum non admitterentur Hol-
1502. miam nuntii ejus, in Daniam regreditur: & ad conventum Vandalicarum civitatum, Lubecam, mittit, petitum, ne Suecis rebellibus arma, commeatum, aliaque bello neceſſaria ſubminiſtrent, ni pro hoſtibus haberi ve-

elint. Lubecenſes libertatem com-
nerciorum jure gentium & vetuſtis
rivilegiis nixam cauſlati, & neutra-
um partium ſtudium de cætero pro-
eſſi, re infectâ dimittunt Legatos.
Eadem per Legatos Jacobus IV. Sco-
æ Rex pro Joanne petierat. Hinc
trinque claſſes expediri, bona &
nerces detineri cœperunt. Aliqua
amen pactio facta eſt auctore atque
gente Legato Pontif. Alexandri VI.
Raimundo Cardinale. Cum in Sue-
ia Sturio Seniori ſucceſſiſſet *Suanto*
Sturius, comitia trium regnorum Cal- 1503.
nariam indicta, exitum non habuere,
uedis non comparentibus. Hinc 1505.
oannis edictô typis vulgatô rebelles
eclarati, & diplomate Maximiliani
mperatoris ad Vandalicas civitates
niſſo ex Imperio proſcripti, vitio 1506.
itrumque factum oſtendunt. Con-
ummatur ſubinde pax Lubecenſis, 1507.
ed non ſervatur à Lubecenſibus, Sue-
cos ſubinde adjutantibus. Quinimo,
cum inter Suecos & Danos fruſtra
tentata transactione, bellum recru-
deſceret, Lubeca & reliquæ civitates
Vandalicæ occulte cum Suecis fœdus 1509.
fecerunt: quorum res, hoc ſubſidio,

ut & induciis Ruſſicis, plurimum re
ſectæ ſunt, receptâ ex manu Dano
1510. rum Calmariâ. Fecerunt tamen Lu
becenſes & Socii pacem cum Danis
præteritis Suecis. Suecia poſt Suan-
tonis Sturii mortem gubernatorem
habuit hujus filium, *Stenonem Sturium*
1512. *Juniorem*. Subinde Regi Johanni de-
1513. in Febr. functo, Chriſtiernus II, filius ſucceſſit,
qui cum Arcemboldo Legato Ponti-
ficio in Sueciam eunti mandaſſet ne-
gotium componendæ litis, illius im-
pudentia novis turbis originem dedit,
1515. *Guſtavus* enim *Trollius* Archiepiſcopus,
Chriſtierni partes fovens, à Stenone
1517. obſidetur: qui & claſſem Danicam
ſubſidio venientem repulit. Tum
Archiepiſcopus deditionem facere
coactus, à Senatu condemnatur, arx
Stekenſis ſolo æquatur, ipſe exutus
officio in cœnobium Aroſienſe able-
1518. gatur. Chriſtiernus Pontificis edicto
amplius inſtigatus, qui Suecos diris
devoverat, cum claſſe in Sueciam
venit, Holmiam obſedit, & cum fru-
ſtra vi ſe niti intelligeret, ad dolos
converſus, ſimulatione colloquii ob-
ſides nobiliſſimos ſex ſibi datos (in
quibus fuit *Guſtavus* Erici, poſtea rex
&

vindex Sueciæ) in Daniam abdu-
t. Anno inſequente Oelandia & 1519.
almaria fruſtra tentatæ; prœlioq;
avali inter Suecos Danosque certa-
m ad Revaliam. Sed ad ſummam
i nihil profectum eſt. Donec ſub-
de majoribus copiis reverſus Chri- 1520.
ernus, Stenone Sturio ictu tormen-
ſublato diſſipatis Suecorum copiis,
gnum recipit certis legibus. Hæc
Chytræo, *Loccenio*, *Meurſio*, *Erpoldo*
ndenbruchio in hiſtoria Regum Daniæ,
anne Suaningio in Chriſtierno II. Cu-
s facta ſequentibus temporibus
unt amplius memoranda.

In POLONIA *Caſimiro* ſucceſſerat fi- Polonica
us *Joannes Albertus*, Jagellonis nepos
no 1492, qui per novem annos
miniſtrationi Reipublicæ præfuit,
d infeliciter; ſiquidem Tartari &
urcæ Ruſſiam, Podoliam aliasque
gni Poloniæ provincias miſerè
nc vaſtarunt. Ita *Schützenius*. Hic
no 1501, in expeditione Boruſſica,
am adverſus Fridericum Saxoniæ
ucem Teutonici Ordinis Magiſtrum
ſceperat, apoplexia interiit. Suc-
ſſit ei *Alexander* frater, hactenus
ux Lithuaniæ, ab expeditione Mo- VI. Junii

ſcovitica ad Coronam Poloniæ ſuſc
piendam revocatus, *Chytræ, lib. 5. p.12*
1502. Interim Joannes Dux Moſchus Livo
niæ devaſtatæ, virtute Waltheri m
tus pacem dedit. Alexandro, po
reportatam ductu Michaelis Glynsk
inſignem adverſus Tartaros Lithu
niæ ingruentes victoriam, defunct
1503. ſucceſſit *Sigismundus* frater, Caſimi
filiorum natu minimus, qui 41 an
nos imperavit. Anno 1509. Sigi
mundus re adverſus Bogdanum W
lachiæ ſuperioris Principem, Leop
lin usque infeſta arma proferenten
ductu Nicolai Camienecii bene g
ſtâ, pacem, interventu Vladislai Un
gariæ regis, fecit. *Chytr. lib. 6. p. 16*
Matrimonium vero regis Sigismun
cum Barbara, Stephani, Comitis Sce
puſienſis ac Tranſilvaniæ Palatini, f
lia, cujus frater Joannes de Zapoli
regnum Hungariæ petitâ Vladisla
filiâ ambiebat, Imperatorem Maxi
milianum nonnihil offendit, atqu
1512. ut de jungenda cum Moſco amiciti
contra Polonum cogitaret, admonuit
Ipſe autem Sigismundus R. Polon
Tartaros Præcopitas, quos infeſto
quotannis habebat, quamvis victor

an

nuâ penſione ſibi adverſus Moſcos
unxit. Quos an. 1514. memora-
1 ad Boryſthenem pugna devicit.
ytraus lib.6 p.175.

In Moscovia ſive Ruſſia *Joanni* Moſcovi-
gno, Moſcoviæ Duci, ſucceſſit *Baſi-* tica.
r, qui rem patri, ceteroquin non 1505.
elici bellatori, ſæpe fruſtra tenta-
n perfecit, ut jugum Tartarorum,
uibus trecentis ferè annis oppres-
fuerat, Ruſſia excuteret: Pleſco-
m cum arbiter eſſet captus litium 1509.
er Senatum & plebem, in ſervitu-
n redegit. Ad hunc Imp. Maxi-
lianus bis legatum miſit Sigismun-
m Baronem Herberſtenium: pri- 1512.
de amicitia contra Polonum;
inde de pace cum Polonis ineun-
poſt Colloquium Viennenſe 1515.
nde nata Herberſtenio occaſio hæc
rerum Moſcoviticarum commentarios
ibendi. In quibus etiam de titulo
oſchi curioſe. Idem Baſilius Smo- p. 12. &c.
nſem arcem ductu Michaelis Glyns- 1515.
ſubegit, cum in Lithuanorum po-
tate centum annos fuiſſet: fir-
am poſtea ſedem dominationis
oſchicæ illis locis (v. *Chytræ. p. 185.*)
ura tamen quam par eſt de ipſius
feli-

felicitate, etiam in magnis cladib
domeſtici memorant. Vid. *Baro*
berſtein Comment. rer. Moſcovit. p.
edit. Baſil. fol.

Bohemica & Hungarica. BOHEMIÆ & HUNGARIÆ res in
dem concurrunt; & in colloq
Viennenſi familiæ Auſtriacæ iter
vindicantur. *Mathiæ Hunniadi* in H
1490. garia ſucceſſit *Ladiſlaus II.* Caſir
Poloniæ Regis filius, Johannis Alb
ti, Alexandri & Sigismundi, reg
Poloniæ, frater, Bohemiæ Rex, a
bus Beatricis, viduæ Mathiæ. *Dub*
hiſt. Bohem. lib. 31. *p. m.* 806. Bella
ximiliani in eum. Sub hoc etiam
cidit illa immanis & ſcelerata re
1514. lio ruſticorum ab Archiepiſcopo S
gonienſi ad Cruciatam coactoru
qua in nobiles præſertim ſævitu
Zeckel Jörg *Jovius libr.* 13. Duce Georgio Cæclo. Deſcript
vide hiſtoriam à *Jo. Dubrauio hi*
Bohem. lib. 32. *p. m.* 827. qui & cæt
hujus Regis exequutus, & ſequen
Ludovici, Ladislai filii, immaturo p
tu editi 1506. qui patri 1516. mor
ſucceſſit; à Turcis poſtea cæſus,
ſuo tempore dicetur. Adde *P. R*
zani Epitomen Rerum Hungaricarum
dice 37. & 38.

T

URCARUM Imperator erat *Bajaze-* Turcica.
II. cum quo Veneti, tentatâ fru-
ilenâ, pacem faciunt 1501. Multa
it numero potius & agminibus
arum, quàm virtute. Conflicta-
inteſtinis diſcordiis, invitus tan-
Selimo tradit imperium: à quo
occiditur, poſtquam 31. annos
eraſſet. *Selimus* autem 8. per an- 1512.
imperii bello clarus invictusque,
tia, vigilantia, celeritate admira-
, ceterum ſævitia & tyrannide
anisſimus fuit. *Ismaelem Sophum*
arum Regem, Scytharū victorem
it: ut & *Aladolum* Regem Tauri
tis. Mox *Camſonem Gaurium*, Ægy-
Sultanum, & *Tomumbejum*, quem
nalucci in locum Camſonis ſur- 1516.
averant; atque ita exſcindit re- 1517.
m Mamaluccorum, quod 300. cir- Vid. *Leun-*
r annis in Ægypto ſteterat. Hinc *clavii Pan-*
iſtianis minitabatur, unde con- *dect. Turc. p.*
ationes de bello Turcico in Co- 215.
iis. 1518. ſed mors intercepit eum
o 1520. vid. *Annal. Turc. Leunclav.*
sd. Muſelmanniſche Hiſtori. *Loniceri*
or. Turc. Tom. 1. *lib.* 1. *p.* 45. *ſqq. Cuſpin.* *Petri Bizar-*
ajazethe II. & Selymo, Paul. Jov. Hi- *ri Hiſt. Perſ.*
ſui temporis lib. 17. & 18. *libr.* 10.

Ju-

Judicium de his, &

Comparatio.

Europæ nova facies.

EUropæ ſtatus novam faciem i
duit. Gallorum enim opibus
famâ, Carolo & Ludovico Italia e
pulſo, ſeneſcentibus, nomen Hiſp
nicum antea obſcurum & vicinis p
nè nationibus incognitum, primù
emerſit,& ſubinde ad tantam magr
tudinem profecit, ut orbi terribi
videretur, accedentibus præſerti
per affinitatem tot regnorum hær
ditatibus,tandem in Ferdinando Ar
gonio & Iſabella Caſtellenſi confuſi
& Philippi Auſtriaci totius Belgii h
redis hinc ex Germania inde exGa
lia conjunctis opibus : quæ à trun
naturali quaſi reciſæ, Hiſpaniæ vel
alienæ arbori inſertæ ſunt : ut rec
Thuanus. In qua rerum commut

libr. 1.

tione Regum Hiſpaniæ vetuſtâ ſtir
Gothicâ in Ferdinando Catholi
extinctâ, Auſtriæ Archiducum fam
liam à Rudolpho Comite Habſpu
genſi ortam, ad Imperium Hiſpani
DEUS evexit. Atque dum æmula
Gallorum Hiſpanorumque, impa
qu

uidem certamine contenditur,vici-
ia pro arena eſt & theatro tumul-
ıum. Italia præſertim, quo diver-
s Principatibus diſtractior, eò de ali-
no contendentibus opportunior.
Iam Anglia parcius ſe & cautius in
udia & partes diſpenſavit; majori-
us momentis in fortunæ mutabilis
: mutantis omnia argumentum de-
ide ventura.
Germania Hiſpanicæ potentiæ per
uſtriacam domum latius innexa,li-
ertatis domeſticæ curam fatali di-
ordandi libidine, & luxu deformat:
eritura ſuis moribus, niſi habuiſſet
æſarem auctoritate, fortitudine, &
agnitudine animi præſtantem. Cu-
s rei exemplum Bohemia & Hun-
ria dedit, Principum ſegnitie non
arum calamitoſa. Quanquam au-
em magnis Principibus pleraque
nperia non deſtituerentur, (nam de
laximiliano dictum eſt; neq; Gal-
a, Britannia, Luſitania, inprimis ve-
) Hiſpania quantos habuerit Reges
ı obſcuro eſt) ferocis tamen ſeculi
enius, & conſilia ambitioſa in labo-
bus & conatibus DEO parum pla-
turis, ad ſua amplificanda, & aliena
oc-

occupanda, omnem vim nationu
gentiumque conſumſerunt. Hi
fœdera, prout cupido dominandi ſu
ſiſtet, inita & reſciſſa: fides utilita
& eventu terminata: aut ſuis auct
ribus noxia. Hinc perturbatio u
litatum apud univerſos & ſingulo
& auctoritas apud barbaros dimin
ta. Hæc inquam κακοπολιτεία in E
ropæo orbe potentiam Turcorun
Tartarorum, Moſchorum auxit, Chr
ſtianosque Principes ipſis fecit co
temtibiles. Optima offerebatur o
caſio, ſub Bajazethe II. homine ſegr
Turcicas vires deſtruendi: fruſt
aliò converſis fœderibus & amicit
& viribus: unde inanes gemitus *C*
ſpiniani & vota, quando Regum
Principum Cameraci confœderat
rum opes in Turcas verti, omen
ruinæ terræ motu anno 1519. Co
ſtantinopolitanis pene exitiab
Cuſpin. in Bajazeth. II. oſtenſum, non ſecure tranſmitti e
optavit. Sed diſcordioſis & perver
Chriſtianorum moribus Selimus i
valuit, de quo ante: DEO flagit
ſeculi ulciſcente. Graviter, de qu
d. l. fin. cœpi dicere, *Cuſpinianus*, Turcoru
ruinam ominatus eſt, *Si modo* (ita l
quitu

uitur) *Chriſtiani Principes paulo dili-
ntius id animo revolverent, & ſe cogi-
rent non natos ad gulam, ad corporis
plendas voluptates, ſed ad labores, ad
tandam fidem CHRISTI & propagan-
m. Id quod ſæpiſſime divus Maximi-
inus noſter Cæſar & publice & priva-
m illis dixit: hosque cohortatus, dili-
ntisſime me horum admonuit, ſed ſur-
s fabulam concinnit, cum pientisſimus
e Imperator nihil duceret animo ſuo
licius, quàm cum hoſtibus CHRISTI ſua
tima ætate depugnare, & vires ſuas ex-
riri, ſed inanis fuit omnis ejus conatus,
rincipibus vel illum contemnentibus, vel
EO ſic volente, cæcutientibus & bellis
vilibus intentis.* Abreptus eſt & ipſe
æſar interdum, & implicitus con-
liis, Domui potius, quàm Reipubli-
æ Chriſtianæ deſtinatis: Sed verè
oreptus & tractus, importunitate
ſidiantium. Illud non dubitave-
m, Maximilianum ut cæteris virtu-
bus, ita præſertim fide & candore
pietate inter tot magnos Princi-
es neminem habuiſſe parem illa
tate. Quantum eum à gravioribus
ad rem Chriſtianam ſpectantibus
onſiliis, vel unus Carolus Gelder, ſed

R opi-

Cuſpin. in Maxim. opibus Gallicis nixus, abſtraxit? *P. cata tandem univerſa Germania, Fra cia, Italia, Hungaria, & pene toto or Chriſtiano*, à majoribus operibus mo eum ſubtraxit. Brevis illa & qua ad recipiendum ſpiritum quies: S culo novas rerum commutation & horribiles parturiente. Etiam i ultimo Septentrione: Ubi trium B realium regnorum nova periodus i ſtabat: ut ſequentia docebunt.

fin. Henr. VII. *V. Paul. Jov. libr. 11. pr.* Henricum VII. Angliæ, Ferdina dum Hiſpaniæ Reges Ludovico X qui priore ſeculo regnavit in Galli comparat, & quosdam inter princ pes Magos ponit *Baconus Verul mius*. Henrici artes profundas, ſole tiæ plurimum, minus forte perfidi quàm Ferdinandi habuiſſe dixeri niſi Ferdinandus in ampliore mat ria & theatro laborans magis det ctus eſt. Miſeram Principum co ditionem! quibus per mores ſec jam tum non ſatis licebat eſſe ca didis; Pontificibus præſertim Rom nis ſignum undiq; ad infidam fide & artes cavillandi divina humana jura ſuſtollentibus. Hinc jam etia hiſtoria Hiſpanica, & Gallica partiu

ſt

udio imbuitur: utraque natione
loribus ſubinde rerum ſuarum fa-
em pingente [Extat quoq; elegans
omparatio Ludovici XII. regis Galliæ
m Carolo IIX. illius in regno ante-
ſſore, apud *Franc. Guicciard. hiſt. Ital.*
. IV. p. 140. *edit. Baſil.* 1566. & Iſma-
s Sophi, regis Perſarum, cum Sely-
o, Turcarum imperatore, in *Petri*
zarri hiſt. Perſica lib. 10. *p. m.* 281.]
Judicium de ſtatu civili per orbem
eunte ſeculo XV. & ineunte XVI.
emorabile præmiſit ſuæ hiſtoriæ
ulus Jovius lib. 1. *pr.* [Cui ad-
ndi *Dav. Chytræus*, *J. Aug. Thua-*
s & Jo. Strauchius, quorum ille
præfat. Saxoniæ, iſte *lib.* 1. *hiſt.* hic
ſertat. Jurispubl. 1. univerſæ Europæ
tum ſeculi hujus XVI. exhibuit.]

Eccleſiaſtica.

A*Lexander VI.* ante *Rodericus Borgia* natione Hiſpanus anno 1492. Pontifices. Alexander VI.
ontifex ambitu & largitione factus
503. 15. Kal. Sept. ex veneno, quod
iis paraverat, ſed pocillator per er-
orem ipſi porrexerat, obiit. Ita *Onu-*
hrius Panvinius, Jovius, Guicciardinus,

 alii,

alii, fruſtra negante *Bzovio*. Hom
avariſſimus fuit, & qui, ut *Cæſari Bor*
giæ ſpurio ſuo potentiam & imperiun
pararet, per fas & nefas omnia auſu
& executus eſt. [*Vid. Petrus Marty*
epiſt. 117. & *Franc. Guicciard. Hiſt. Ita*
lib. 1. *p.* 3. & *lib. VI. p.* 202. *edit. Baſi*
qui illius ingenium moresque gra
phicè deſcripſerunt. Idem primùn
indulgentias in Germania venun
expoſuit, & Hieron. Savonarolam Sa
cerdotum curiæque Romanæ mo
res taxantem comburi juſſit. *Fr. Guic*
clard. Hiſt. Ital. lib. 3. *fin. Paul. Joviu*
hiſtor. libr. 5. *pr.*] Elogium hujus Pon
tificis funebre habes ab Italo ſcripto
re ap. *Chytræum.* Nota ſunt etian *in anno 1503. p. 132.*
Poëtarum Italorum de eo epigram
mata: *Joviani Pontani*:

Vendit Alexander Sacramenta, altari
CHRISTUM,
Emerat ille prius, vendere jure poteſ

Et *Sannazarii*:

Hoc jacet in tumulo Lucretia nomine, ſed r
Thais, Alexandri filia, ſponſa, nuru

Et *ejusdem* aliud:

Ergo te ſemper cupiet Lucretia Sextus
O fatum diri nominis! hic pater eſ

Han

Hanc Hiſpano cuidam nuptam, oſt Pontificatum adeptum, abdu-am marito, *Joanni Sfortiæ* Piſaurenſi rincipi primum, deinde abdicatam *loiſio Aragonio*, Alfonſi R. notho; o interfecto, *Alfonſo Eſtenſi* Ferrariæ uci collocavit. Ex quatuor quos abuit filiis, Cæſarem ſupra vidimus; quo interfectus eſt maximus natu ranciſcus Dux Gandiæ in Hiſpania, in Tiberim projectus. Unde item *Sannazarii* verſiculi:

Piſcatorem hominum ne te non, Sexte, putemus,
Piſcaris natum retibus ecce tuum.

laterranum & ſupra nominatos vide. Quibus adde *Ant. Mariam Gratianum caſibus viror. illuſtr. p. 3 ſqq.* ubi de oderico & Cæſare Borgiis prolixius git.]

Alexandro huic ſucceſſit *Franciſcus* Pius III. *iccolomineus*, natione Hetruſcus, pa-iâ Senenſis, Æneæ Sylvii fratris fi-us, unde *Pii III.* nomen aſſumſit, ctus Pontifex 16. Kal. Octobr. 1503. poſt diem 26. obiit. Vid. *Franc. uicciard. hiſt. Ital. lib. 6. p. m. 204. ſq.*

Igitur eodem anno 4. Id. Novemb. Julius II. 503. factus eſt Pontifex *Julianus Ro-*

vereus (de Ruvere) Ligur,& navicul
rii filius, qui ſe *Julium II.* dixit : te
nuit Pontificatum annos 9. 3. m. d.1
teſte *Onuphrio.* Hic bellator, perj
rus, Sodomita, gladio militari accin
ctus ad expeditionem in Gallos itu
rus, claves Petri projecit in Tiberin
cum dicto:

ex Gilberti Ducherii Epigrammate.

Quum Petri nihil efficiant ad præli claves,
Auxilio Pauli forſitan enſis erit.

add. Arnold. Ferron. in Ludov. XII. p. 310.

Ebrioſus etiam teſte *Gvicciardino*, l
deliciis voluptatibusque innutritus
orbem Chriſtianum bellis perturba
vit. Deſcripſit graphice hanc be
luam *Budæus de Aſſe.* Unde plura de
ſcripſit *Hottingerus.* [Idem Pontife
dominandi avidus Jo. Bentivolun
Bononiâ pepulit, Ariminum, Favent
am & Ravennam expugnavit, Parm
Placentiã aliaq; loca dominio ſuo ac
jecit, Venetos fulmine feriit, contrac
ipſos cum Cæſare fœdus junxit. *Jovi*
hiſt. lib. 9. & 10. Bembus hiſt. Vene
lib. 12. Fr. Gvicciard. hiſt. Ital. lib. 10.

lib. 5.

Hiſtor. Eccl. Sæc. XVI. Sect. 3. p. 141. & ſeqq.

Succeſſit Julio *Johannes Mediceu*
Florentinus 5. Id. Martii 1513. qui ſ
Leonem X. nominavit, infandæ Ve
neris maſculæ labe infamis: cui Re

Leo X.

li

gio ludus, Evangelium fabula fuit. *hiſt. Concil. Trid. l. 1. pr.*
nde *Paulus Venetus*, magnum futu-
im fuiſſe Pontificem, ait, *ſi vel me-*
iocrem ſacrorum religionisque cognitio-
em, nec non ad pietatis ſtudium majo-
m paulo propenſionem, quorum utriusq;
imiam præ ſe ferebat incuriam, addi-
iſſet. Jovius etiam excuſando non
ltra proficit, quàm ut ſuperioribus
ontificibus comparatum (Sixto IV.
nnocentio VIII. Alexandro Sexto)
udare audeat. Literarum amore
z patrocinio multa texit: ut & pa-
is ſtudio, quod oſtentabat. Tenuit
ontificatum annos 8. m. 8. d. 21. ad
umque annum agens ætatis 37. per-
enit. Obiit an. ætatis 47. Cardinalis
actus eſt an. æt. 14.

His moribus Pontificum, etiam Vitia Curiæ Rom. & Cleri.
Curia Romana non potuit non eſſe
corruptiſſima: & mores Cleri jam
ad omnia flagitia ac dedecora proni,
religione quoque omnibus modis
contaminatâ & depravatâ.

Auſus eſt, ſive potius ex officio in-
ſtituit Pontificem & Clerum in ordi-
nem redigere Maximilianus Impera-
tor A. 1510. quando centum adver-
ſus Curiam Romanam gravamina

colligi curavit, ſicut conſtat ex Ordi
num Proteſtantium reſcripto de re
cuſatione Concilii Tridentini. Und
etiam duo capita ſcimus; de idolo
latrico baptiſmo campanarum, de ex
piatione peccatorum pecuniaria, qua
Goldaſtus Conſtitutionibus inſeruit; do
lenda cæterorum capitum jactura.

Tom. V. Conſt. Imp. p. 421. 422. & Polit. Imp. P. XXVII. 1. 2.

Reformatio Eccleſiaſtica Concilio Piſano tentata.

Apud eundem *Goldaſtum* extant E
dicta Maximiliani Imperatoris & Lu
dovici XII. Gall. R. anno 1511. facta,
de *convocando & celebrando Concilio Pi-
ſano pro neceſſitate & utilitate Reipubl.
Chriſtianæ, contra Julium II. Papam.* Ubi
in edicto Imperatoris mandatur Le-
gatis, ut Papam appellent, de Conci-
lio univerſali convocando; tum ſi
Papa cunctetur, ut Cardinales appel-
lent; ſi illi quoque detrectent, ut
ipſi indicant. Si acceſſus ad Pontifi-
cem & Cardinales non contingat tu-
tus, per edictum & affixionem fa-
ciant, quod in mandatis habent. In
Regis Gallici edicto laudatur Con-
ſtantienſis Concilii conſtitutio, de
convocandis ſingulis 10. annis con-
cilio univerſali, Pontificis negligen-
tia incuſatur cum perjurio conjun-
cta, (juraverat enim biennio poſt in-
augu-

gurationem ſuam ſe Concilium ce-
ɔraturum) deinde oſtenditur, quod
eum juxta ſanctiones Germani-
s & Baſileenſis Concilii decreta
n pertineat convocatio Concilii,
opter crimina ejus notoria & to-
n Eccleſiam ſcandalizantia, de qui-
s agendum ſit (è quibus poſtea
am referuntur, quod Cardinales
nfratres ſuos carceribus mancipa-
Oratores Principum Chriſtiano-
n vi capere, & funis ictibus tor-
ere, carceribus aliisque tormentis
cerare non erubeſcat) fit quoque
ntio Cardinalium diſſidentium,
tera ut in Maximil. Itaque ha-
â cum Cardinalibus in Inſubria
ngregatis deliberatione, cùm apud
ntificem agendi nulla relicta eſſet
ultas, convocatio facta eſt duplex,
mine Imperatoris & Regis Galliæ,
n nomine Cardinalium, ut Piſana in
vitate conveniretur Cal. Septembr.
1. Quam ratam habuerunt Prin-
es. Hæc apud *Goldaſtum*. Pontifex
eram dedit, ut Maximilianum in
c cauſſa à Gallo abſtraheret, ſibique
conciliaret. Effecit hoc, odio Cæ-
is in Venetos ardente: quorum
R 5 ami-

amicitiam Pontifex deſeruit,& Max
miliani complexus eſt. cauſſam i
Anno. 1511. perfidiam Gallorum *Baſelius* conjici
& 1512. Pleraque habes ap. *Juſtinianum lib.*
11. *non procul à fine.* Imperator erg
delinitus, ex Comitiis Colonienſibu
an. 1512. Kal. Septembr. miſit Leg
tum ſuum Epiſcopum Gurcenſe
Matthæum ad Concilium Lateraner
ſe, quod Pontifex contra Piſanu
(ſubinde Mediolanum, poſtea Turc
nem translatum) indixerat, mand
tis ad revocanda priora, & irrita f
cienda Turonenſis Concilii acta d
tis, quæ habentur apud *Goldaſtum*
Conſtitutionibus Tom. III Bembus de fo
dere hoc Pontificis & Maximilia
p. 514. *libro XII. Maximilianus & HiſpaniæRe*
abolere Piſanum concilium omnemq
ſuam auctoritatem & opes Julio trade
ad Ferrariam capiendam tenebantur.qu
duæ quidem cauſſæ animum vehement
exagitabant : nam & concilii contra
initi mirum in modum timore commov
batur : & cupiditate ut Ferrariam i
poteſtatem ſuam redigeret, nihil culpæ,n
hil flagitii prætermittebat. Maximilia
nus non eſt laudandus, quod in pro
poſito emendandæ Eccleſiæ non pe
ſtiti

tit. Pontifex adverſus Concilii Pi-
ni auctores fulminibus brutis ſæviit,
egemque Galliæ, Ludovicum XII.
iam excommunicavit, ſ. diris devo-
t. Sed ille *contraria obnunciatione*
ras revicit, cuſo etiam nummo aureo,
ii titulos Regis Franciæ regnique Neapo-
ani cum effigie ſua ex una parte, & in-
ne Franc. ex altera referebat, cum hoc
ogio : PERDAM BABYLONIS NOMEN.
uales adhuc hodie multi reperiuntur,
nquit *Thuanus*. Vidi & ipſe non ſe- *libr. 1. p. 11.*
nel. [eosque adduxit quoque *Jo. Wol-*
us Tom. 1. Mem. p. 801. & *J. H. Hottin-*
erus Myſter. Babyl. T. II. p. 818.] Ponti-
ex pacem cum Gallo ſe cupere ſimu- *Bemb. Hiſt.*
ns, bellum interea adornabat, do- *Ven. lib. 12.*
ec Rex Galliæ poſt Julii mortem *p. 510.*
ſſiduis multorum hominum atque uxoris
nprimis imperioſæ fœminæ querelis vi-
tus Piſano Concilio renunciavit, & ut
Leoni X. gratificaretur, Lateranenſi vix
andem & conditionibus appoſitis ſubſcri-
ſit : Conſultius multorum judicio factu-
us, ſi in laudabili corrigendæ Eccleſiaſti-
æ diſciplinæ propoſito perſeveraſſet. Gra-
ve judicium hoc eſt *Thuani.*

Interim matureſcebat neceſſitas *Initia Refor-*
reformandæ Eccleſiæ, impudentia *mationis.*

præ-

præſertim *Joannis Tezelii* Dominica
ad Indulgentias prædicandas à Leor
miſſi, cui *Martinus Lutherus* Auguſt
nianus oppoſuit quasdam theſes, qu
habentur Tom. I. Operum Latino
Jenenſ. Lutheri, pridie Kal. Novemb
f. 1. 1517. easque ad Albertum Mogunt
num Archiepiſcopum eundemqu
Magdeburgenſem Antiſtitem, cuju
Sleidanus auctoritatem etiam Tezelius præfer
libr. 1. Com- bat, miſit: ſed ab illo quidem nih
ment. de ſta- reſponſi tulit: à Tezelio autem ha
tu Relig. reſis poſtulatus, & contrario ſcript
irritatus eſt Lutherus, & ad defenſic
nem ſuæ ſententiæ ampliorem pe
tractus. Judicium *Alberti Krantzii* ha
p. 196. bes apud *Chytræum libr. 7.* Facunde, u
ſolet omnia, deſcribit, & providenti
Divinæ curam demonſtrat in ha
commemoratione *Joachimus Camera*
p. 28. & ſeq. *rius in vita Melanchtonis.* Quomod
autem Lutherus nunquam eò pro
greſſurus, quò poſtea proceſſit (ſi hu
mana conſilia ſpectemus) adverſa
riorum ſcriptorum Eccii, Sylveſtr
Prieratis, Jacobi Hogoſtrati impu
dentiâ, ad inquirendam diligentiu
& defendendam animoſius verita
lib. 1. tem iucitatus ſit, *Sleidanus* optime ex
po

onit: ut & de Comitiis Auguſtanis Vid. de his
., 1518 unde Maximilianus Impera- Paralipome-
or graviſſimas literas dedit ad Leo- na Urſperg.
em Pontificem, de cauſa Lutheri: p. 342.
um de literis Pontificis, quibus Lu-
herum Romam citavit, de Witteber-
enſis Academiæ teſtimonio & de-
recatione pro Luthero, de hujus
um Cajetano actis, & modeſtia, imo
lentio promiſſo, ſi adverſariis quoq;
ræciperetur; de abitu ex Comitiis,
: relicta appellatione à Pontifice
om. minus edocto, ad Pontificem
ectius edocendum. Sequuntur apud
leidanum Cajetani literæ ad Frideri-
um Saxoniæ Electorem: hujusque
d illas reſponſio, tum Lutheri, &
cademiæ Witteberg. pro illo ad Fri-
ericum epiſtolæ, Lutherique appel-
atio à Pontifice ad Concilium, & li-
eræ ad Pontificem Leonem, qui Mil-
itium hujus rei cauſſa ad Fridericum
lectorem miſerat.

Chronicon Carionis notat tempus lib. 5. fini
xpletorum tyrannidis Pontificiæ in
Eccleſia 500. annorum, & 100. an-
orum ab exitu Conſtantienſis Sy-
odi ac vaticinio Huſſi.

Profuit bonæ cauſſæ importunitas
ad-

adverſariorum, negligentia Pontific
orum ſive perſuaſio de infirmitat
Lutheri, & ſuis opibus, Imperator
alienus à violentia animus, Frideri
Electoris Saxonici gravitas, fides, pru
dentia: Philippi Melanchtonis eru
ditio in ſubſidium Luthero divinitu
miſſa.

Pontificii Scriptores atro hunc an
nũ notant calculo, & partim ignoran
tiâ, partim pravitate, ea mala Luther
tribuunt, quæ is vel maxime oppu
gnavit. Notavit ſimplicẽ *Wilhelmi Hed*
in *Epiſcopis Ultrajectenſibus*, ignorantian
Arnoldus Buchelius, JCtus Batavus i
notis adjectis; verba Hedæ ſunt
Cœpta etiam pullulari nefandiſſima perf
dia Lutheranorum, quæ fere totum orbem
brevi tempore contaminavit, omni hære
perniciosior, diſſolvens Sacra Evangelia
S Scripturam, Sacras Leges, ſuſtollens re
ligionem & omnem obedientiam, cum ta
men ſua prætextu Evangeliorum tuta
velint, pejora quam Gothi, Turci aut Tar
tari in Rom. Imperii extinctionem & re
gnorum ſubverſionem excogitarunt &
ubi rebelliones ruſticorum & Ana
baptiſticos furores deinde conſecu
tos Luthero per calumniam, Pontifi

in Philippo Epiſcopo p. 327.

cii

is in hunc diem uſitatam, tribuit,
æcus de coloribus Judex. *Hierony-* *Hiſtor.Ravenn.libr.9. p. 686.*
i Rubei itidem importuna eſt crimi-
atio: *Hoc anno apud Germanos Mar-*
nus Lutherus Saxo, flagitioſus, ſeditio-
ſque apoſtata, odium DEI & hominum,
m novos religionis falſæ ritus adducit,
ſamque ſacroſanctam Rom. Pontificis
ctoritatem convellere nititur, ingentium
alorum cauſſam præbuit, quibus & pau-
poſt Germania & nuper Gallia omnis
iſerabili cæde cruentata eſt, innumerique
ortales in ejus hæreſin adducti, ſempiter-
s ſe inferorum flammis manciparunt.
on multo mitiora *Paulus Jovius* ha- *libr.13.Hiſt. ſui Temporis.*
et: *Nec multo poſt exarſit in Germa-*
a authore Luthero dira hæreſis, quæ po-
lis, ut in Perſide acciderat, ad inſaniam
rſis, Chriſtiani dogmatis placita & ve-
res Sacrorum ritus vehementiſſime con-
rbavit. Ita ut facile crediderim, ab
culta cœli poteſtate malignoque ſiderum
ncurſu proveniſſe, ut religiones toto ter-
rum orbe enatis factionibus uno tempo-
ſcinderentur: quando non Mahome-
ni modo Chriſtianique, ſed & remotiſ-
mæ gentes idololatræ aut ſidera, aut por-
nta pro Diis venerantes cum in India,
uæ ad Orientem vergit, tum in novo or-
be

be ad occiduam plagam reperto novas
lib. 2. p. 178. &c. *crorum opiniones induerunt*. Quin
hoc ſæculo *Bartholomæus Gramon*
cum in mentionem Reformatio
incidiſſet, primo Satyricum agit i
dendo oloris nomen Luthero acco
modatum ex vaticinio Huſſi, dein
Theologi larvam ſibi aptat, repet
Indulgentiarum apologia. Quib
majorum virorum graviora judi
lib. 13. p. m. 489. opponenda ſunt: *Gvicciardini*, *Bu*
in libro *de tranſitu Helleniſmi ad Ch*
libr. 1. p. 13. *ſtianiſmum*; & *Thuani*, qui cordate
fert: *Peccatum tunc in ſacris Ordi*
bus diſpenſandis admiſſum Leo mox lo
graviore cumulavit. Nam cum alio
ad omnem licentiam ſponte ſua profer
tur, Laurentii Puccii Cardinalis, hom
turbidi, cui nimium tribuebat, impu
ut pecuniam ad immenſos ſumtus und
corraderet, miſſis per omnia Chriſtiani
bis regna diplomatis omnium delictor
expiationem & vitam æternam pollici
eſt, conſtituto pretio, quod quisque pro p
cati gravitate penderet: in eamq
rem per provincias quæſtores & æra
ordinavit, additique præcones, qui ta
beneficii magnitudinem apud popul
commendarent, & orationibus artifici
co

Adde Eraſmū in Epiſt. & Laur. Sur. infeſtiſſimū quidem Luthero, ſed vi veritatis ad Confeſſ. adactum.

mpoſitis propoſitisque palam libellis rei
ſicaciam immoderate extollerent, quod
centioſe nimis à Pontificiis miniſtris paſ-
n atque in Germania præcipue fiebat, ubi
ti redimendam pecuniam Romæ à Pon-
fice conduxerant, per luſtra & popinas
ttidie ſine pudore in alea luſum uſusque
rpiſſimos poteſtatem extrahendi animas
nctorum ex igne expiatorio profunde-
nt. Tunc exortus Martinus Lutherus
uguſtinianus Wittebergæ in Saxonia
heologiam profeſſus, qui refutatis pri-
um, mox damnatis præconum concioni-
s, eò poſtremò devenit, ut ipſam Pontifi-
s poteſtatem, quam ſibi per illa diploma-
arrogabat, in dubium revocaret, ac
ndem ad doctrinæ examen, quam ſuc-
ſſu temporis labefactatam dicebat, cre-
entibus per contentionem animis deſcen-
ret. Et ſubinde : *Interea creſcebat*
Germania Lutheri nomen, cujus cauſa
erique magni Viri ac Principes contra
ontificem jam manifeſto favebant, cui
alo cùm minas & diras tantum Leo op-
neret, nec, ut de corrigenda quæſtorum
udacia & impudentia cogitaret, adduci
oſſet, irritatum potius, quàm ſanatum
ulnus eſt, majorisque, ut ſibi videbatur,
ericuli, quod à Turcis imminebat, metu

S *ani-*

animum à rerum Germanicarum cogita
tione revocavit : cum præſertim Le
abrogatis Conſtantienſis & Baſileen
ſis Concilii ſanctionibus, Lateranen
Concilio Pontificis auctoritatem ex
tuliſſet ſupra Concilium, tyranni
demque in Eccleſia confirmaſſet. Vi
Acta Concilii, quod finem habuit m
Mart. 1517. eodem anno ſcilicet, qu
ſub initium Novembris Lutherus
quæ diximus, aggreſſus eſt. Contro
verſia de conceptione Virginis De
paræ, quas tragœdias Bernæ excit
verit, plerique annotant. *Baſelius*
Anno 1509. quatuor illos Dominic
nos, Priorem, Lectorem, Subpriore
& Cuſtodem combuſtos memora
Huldric. Mut. Sed inprimis tota r
ſeries deſcripta eſt, monument
quod exhibet, & ἐπικρίσει rem tota
proſequitur *Hottingerus p.* 334. *in H*
ſtor. Eccl. Sæc. XVI. Idem qui Mon
ſteriorum vitia & Monachorum,
& Theologiæ corruptelas exemp
nobilibus ob oculos ponit. [Conf
ratur & *Seckendorfius in Commentar.*
reformatione relig. lib. 1. *pr.* ubi de co
rupto Eccleſiæ ſtatu multorum qu
relas affert.]

L

De Orientali Eccleſia hujus Sæcu-
ſequenti periodo aliquid dici po-
rit.

Studia, Literæ, Eruditi.

Uibus vitiis laboraverit res lite- raria per omne ſtudiorum ge- nus prima hujus Seculi periodo, cere eſt ex *Ludovici Vivis* operibus, *cauſſis corruptarum artium & de tra- ndis diſciplinis* (unde etiam plurima nſcripſit *Hottingerus Sæc. XVI. Sect.* .) tum ex *Eraſmi Moria* A. 1508. blicata. Inſtauratio tamen litera- m religionis inſtaurationem par- n præcedente Seculo anteceſſit, rtim hoc ſeculo comitata eſt, duci- s facti *Budæo*, *Eraſmo*, *Philippo Me- lanchthone*, qui ſuo loco memorabun- r. Hiſtoria Literaria. *Chytræus lib. 6. p. 156.*

Inprimis ipſius Maximiliani ſtudi- n literarum plurimum Seculo pro- t. Hic primis Comitiis Worma- nſibus 1495. cohortatus eſt, ut Se- emviri in ſuis quisque terris Aca- miam conderent: hic Hiſtoria- m ſtudia excitavit: *hujus ductu* (in-

quit *Cuſpinianus*) *literæ Hebraicæ, Græ*
ac Latinæ, elegantiores quoque diſciplin
quaſi in Germania ortæ primum ſunt
paulatim ſuccreverunt, & tandem vi
impetu quodam eruperunt. Ubi plu
de amore & liberalitate in erudito
Scripſit etiam poëticum opus patr
linguâ, quo ſua pericula exponit, v
cabulo, Teurdanck / *Auguſtæ* impre
ſum 1529. [Licet id alii *Melchio*
Pfinzingio, Patritio Norimbergenſi
ad D. Sebaldi Præpoſito tribuan
quos inter eſt *Vinc. Placcius de ſcrip*
& ſcriptor. anon. & pſeudon. c. 2. p. 9
92. & Mart. Zeillerus hiſt. Chronol. Pa
2. p. 209. Add. *Mich. Hertzii Biblio*
Germ. ſub Maximiliano I.]

Academiæ. Witteberg. genſ. Hujus hortatu erecta eſt *Academ*
Wittebergenſis An. 1502. d. 18. Oct
bris à Friderico Electore Saxoni
Qua de re *Chytræus libr. V. p.* 128. q
in re adjutore & Conſiliario uſus
Elector fratre Erneſto Magdebu
genſi antiſtite, quem Raymundus L
gatus Cardinalis & Epiſcopus Gu
cenſis extimulabat. Vid. *Georg. Fab*
cius Orig. Saxon. libr. 7. *p.* 797. [& q
illius originem, progreſſum ac ſtatu
ex inſtituto deſcripſerunt, *Gottfri*
Sc

vevus, & *Andreas Sennertus*, ille in *Aca-
mia*, hîc in *Athenis Wittebergenſibus*.]

Ab eadem origine eſt *Academia* Francofurdienſ.
rancofurdiæ ad Viadrum, in Marchia
randenburgenſi A. 1506. d. 27. A-
ril. inſtituta à Joachimo I. Ele-
tore Brandenburg. *Chytr. Chron. libr.*
p. 148. [Add. *Inauguratio & Urbis
rancofurtanæ Gymnaſiique Literarii
troductionis deſcriptio ibid.* 1507.
pis excuſa, & *Jo. Chriſtoph. Bec-
anni memoranda Francofurt.*] *Fuit
tem* (ſunt verba *Baſelii*) *hic Princeps
bilis, prudens, doctus, ac inter omnes
ermaniæ totius Principes illa tempeſtate
icus facile Mæcenas doctiorum omnium:
ippe qui eruditos quosque fovit, dile-
t &c.*

Vratislavienſes etiam inſtituerunt Schola Vratislav.
cholam A. 1505. ſed ut Academicis
rivilegiis ornaretur, obnitente Cra-
ovienſi Academia, impetrari non
otuit. Ex *Middendorpio*.

In regno Caſtellæ *Complutenſis* Acad. Complutenſ.
cademia à Franciſco Ximenio
Card. & Archiep. Toletano magni-
cè inſtituta eſt A. 1515. ex *Middendorp.*
Ximenii vitâ: unde & magnifica
ibliorum editio ejusdem Ximenii

ſumptibus prodiit. [Inclaruit & h
Academia curſu Philoſophico; ſ
nomine Collegii Complutenſis il
dem emiſſo.]

Legenda eſt inſignis annotatio
orientibus in Germania literis, *C*
træi libr. 3. *p.* 80. & 81.

Viri literati. Virorum de literis bene merit
rum memoriam conſignabimus p
annos mortis, non unas ob cauſ

A. 1501. obiit Lutetiæ ROBERT
GAGUINUS libris XI. de geſtis Fran
rum aliisque operibus clarus: v
Paul. Jov. Elog. Gerh. Joh. Voſſ. lib. 3.
ſtor. Latin. cap. 11. *Aubert. Miræi E*
Belg. [ex iisque *Mart. Zeillerus in*
hiſtor. Chronol. & Geogr. celebr. Part.
p. 57.]

A. 1503. 27. Julii obiit JOH. D
BURGIUS, Epiſcopus Wormatienſis,
braice, græce, latine doctiſſimus, R
dolphi Agricolæ Friſii diſcipulus.
Mæcenas (inquit *Baſelius*) *hic erat, ho*
& patronus omnium bonorum & doc
rum virorum noſtræ tempeſtatis unic
inter doctiores doctiſſimus, inter eloqu
tes facundiſſimus, inter Philoſophos Pla
inter Muſicos Timotheus, inter Orato
Demoſthenes, inter Aſtronomos Firmic

inter Poetas Virgilius, inter Coſmographos Strabo, inter Pontifices Auguſtinus, inter cultores pietatis Numa Pompilius. Bibliotheca ejus celebris. Adde *Paralipom. Urſperg.*

A. 1504. obiit PHILIPPUS BEROALDUS, Bononiæ ſepultus, ubi natus erat 1453. Id. Novembr. qui etſi inter eruditiſſimos ſui ævi fuit habitus; tamen in rebus judicio, in ſtylo κακοζηλίᾳ interdum labitur: literas humaniores Lutetiæ, Parmæ, Bononiæ profeſſus erat. V. *Floridi Sabini lect. ſubciſiv. l. 2. c. 9. usque ad* 19. & *Gerh. Joh. Voſſ. Hiſt. Latin. libr. 3. c. 11.* [Ubi tamen per errorem ponit annum nativitatis 1450. ſicut obitum ejus in an. 1510. rejicit *Trithemius*. Scripſit autem Beroaldus *annotationes* & *Commentaria* in diverſos auctores, nempe *Plautum, Livium, J. Cæſarem, Svetonium, Curtium, Ciceronem, Plinium, Quintilianum, Gellium, Catullum, Propertium, Juvenalem, Lucanum, Perſium, Auſonium, Pandectas, Orationes & alia.* Vita ejus per *Barthol. Blanchinum* compoſita, & ipſius Svetonio præmiſſa eſt.] Philippus filius Poëta patre melior fuit.

Hoc anno Græca primum in Germania cœpiſſe excudi, notat Cruſius Annal. Suev.

A. 1505. obiit JOANNES JOVIANU
PONTANUS, Umber, anno ætatis 78. Vi
citra controverſiam doctiſſimus, &
inter Ciceronianos habitus, Vid. *Era*
ſmus in Ciceroniano : cui reſponde
pro Pontano *Floridus Sabinus. lect. ſub*
ſiciv. l. 3. c. 6. Adde *Gerh. Joh. Voſſ. d*
Hiſtor. Lat. lib. 3. c. 8. Epitaphium ib
leges : *Ego ſum Joannes Jovinianu*
Pontanus, quem amaverunt bonæ Muſa
ſuſpexerunt viri probi, honeſtaverunt Re
ges, Domini. Scis jam, qui ſim, aut qu
potius fuerim. Ego vero te, hoſpes, noſce
re in tenebris nequeo : ſed te ipſum u
noſcas, rogo. Vale. [Extat & elegan
ejus Epitaphium in *Jo. Pierii Valerian*
Poëmat. lib. 1. & *Ecloga*, quæ inſcribi
tur *Meliſeus*, in ejus funere compoſit
â *Baſil. Zanchio Poëmat. lib. 5.* Pleniu
vero fata ac vitam ipſius recenſe
Paulus Jovius in Elogiis, ut alia Italo
rum elogia & judicia taceam. Li
bere de eo judicat *J. C. Scaliger in Hy*
percritico. Scripſit autem Pontanu
Poëmata, Dialogos, hiſtorias & alia
diligenter recenſita *Auctori notarum*
ad Sannazarii Eleg. lib. 1. Eleg. IX. p. 174
Opera ejus conjunctim edidit *Petru*
Summontius.]

Eo

Eodem anno obiit JOANNES CA-
)LUS,Florentinus. Ord. Præd. qui il-
ſtrium aliquot ſui ordinis virorum
tas deſcripſit. *Voſſ. Hiſtor. Latin.* 3, 11.

A. 1506. obiit Florentiæ in patria
LEXANDRA, Bartholomæi Scalæ, Se-
·etarii Florentini, filia, Michaëlis Ma-
ılli uxor, græcis latinisque literis
·uditiſſima. *Politianus* poetriæ titu-
m ei tribuit, in *epigrammate græco*,
13. *ſcripto*, quo eam laudat. *Voſſ. Hiſt.*
at. 3. 8.

Eodem anno mortuus eſt M. AN- *Alii ponunt A. 1507.*
ONIUS SABELLICUS *Enneadum XI.* au-
or, quibus hiſtoriam ab orbe con-
ito usque ad annum 1504. comple-
us eſt. *libros X. exemplorum, III. de Situ*
enetiarum, unum de Magiſtratibus Ve-
etis ſcripſit &c. Vitam ejus ſcripſit
etrus Georgius Chalcedonius. V. Ger.
oan. Voſſ. Hiſtor. Lat. l. 3. c. 12. [Elogia
abet *Caſp. Sagittarius in Introduct. ad*
iſt. Eccleſ. p. 93. Opera Lugduni in
Galliis an. 1535. & Baſil. 1560. excuſa
unt.]

A. 1508. 4. Febr. mortuus eſt CON-
RADUS CELTES, primus in Germania,
Friderico III. Imperatore ſuaſu Fri-
derici Saxon. in arce Norimbergenſi

an. 1487. laureâ poëticâ decorat
[Fallitur ergo *Pantaleon Part. II. illu*
Germ. Scriptor. p. 470. ubi id ab ipſ
filio Maximiliano an. 1494. factu
narrat. Contrarium enim oſten
Lambecius in Biblioth. Vindob. lib. 1
32. & ipſius Celtis Proſeutice pro la
rea ad Fridericum Imp. ſcripta.] N
tus erat Svvinfurti 1459. Kal. Fel
Vid. *Chytræus Chron. libr. 6. p.* 156. &
Ger. Jo. Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 3. c. 10. u
vitium typothetæ in anno mor
Melch. Adami in vit. Philos.

De JACOBO REIMOLANO, qui eod
anno Romæ obiit, vid. eundem *Voſſi*
libro & cap. iisdem.

[Eodemque etiam anno dece
Hercules Strozza, Ferrarienſis, nobi
Poëta, de quo vid. judicium *Olai B*
richii in Diſſert. Acad. de Poëtis p. 10

A. 1509. denata eſt MARGARITA R
gis Henr. VIII. Angl. avia paterna, q
duo magnifica Collegia Cantabrig
extruxit A. 1506. & reditibus ann
dotavit, in quibus tenuioris fortu
Scholaſtici Angli alerentur. Chri
& S. Joannis vocabulo appellant
Camden. in Britannia in Icenis ſive *Ca*
bridgethire Chytr. libr. 6. p. 163.

E

Eodem anno 16. Kal. Nov. obiit PHILIPPUS COMINÆUS ſeu COMINIUS, cujus Elogium habes apud *Scævol. Samarthanum lib.* 1. apud *Miræum Elog. Belg.* & *Ger. Jo. Voſſ. de Hiſtor. Lat. lib.* 3. *c.* 10. [Add. *Zeillerus in de hiſtoricis Part.* 1. *p.* 29. & *Sleidani Dedicatio ad Philippum Haſſiæ Landgravium Cominæi hiſtoriæ præfixa pr.*] A Carolo Burgundo ad Ludovicum XI. Gall. R. traductus erat; Vid. *Pont. Heuter. rer. Burgund. libr.* 5. *c.* 4. & *Sleidan.* qui & latine convertit, ut & poſtea *Barthius.*

Eodem anno 10. Martii JOANNES GEILER KEISERSPERGIUS, Theologus Argentinenſis, Imperatori Maximiliano I. percarus, obiit, ætatis 65. qui primus officium prædicaturæ in ſummo templo, accurante Petro Schotto Conſule A. 1478. ſuſceperat, & ſuperſtitiones in Eccleſia inveteratas taxaverat, vita probatus. Opera ejus extant. Vid. *Mel. Adami vit. Theol. Pantaleon de illuſtr. Germ. Script. Part. II. p.* 474.

Anno 1511. deceſſit Harlemi NICOLAUS SIMONIS, Carmelita, de cujus ſcriptis vid. *Ger. Jo. Voſſ. Hiſt. Lat. libr.* 3. *c.* 10.

Eo-

Eodem anno CUNRADUS SUMMER-HARD, Theol. D. & Academiæ Tubingenſis condendæ auctor ſuaſorqu[e] præcipuus, apud *Melch. Adam. Vit. Theo.* *Pantaleon. de illuſtr. Germaniæ Script.* *Part. III. p. 28.*

[Eod. an. MICHAEL MARULLUS Tarchaniota, Byzantinus, Eques & Poët[a] Clarus, Alexandræ Scalæ paullò ant[e] laudatæ maritus, in Hetruriæ amne Cæcinâ, ſubmerſus periit. Cujus extant Latina *Epigrammata, hymni* & *Poemation de Principum Inſtitutione*, mir[o] vel favore ſeculi, vel judiciô ac cenſurâ doctorum excepta. Vid. *J. C. Scalig. Hyperc. c. 4. p. 769. Fr. Flor. Sabinus in apolog. in Lat. Lingv. calumniatores p.* 47. 48. & 53. *Voſſ. de hiſt. Lat. lib. 3. c. 8* & *de Poëtis Latin. p.* 81. Add. *auctor notar. in Act. Sannazarii Eleg.* & *Bailletus de Poëtis Tom. 4. Part. 3. art.* 1244.]

De ROBERTI FABIANI Londinenſis ſcriptis & morte in annum 1512. relata. Vide *Voſſ. libr. 3. c. 13.*

Ad annum 1513. refertur in *Chronico Chronicorum* mors COSMI PACTII 9. April. Florentiæ in patria, qui *Maximum Tyrium*, Philoſophum Platonicum, latine interpretatus eſt, non ad-

mo-

odum feliciter. Vid. *Henr. Stephani* nſuram in præfatione editionis ſuæ 1557. factæ.

Eodem anno JOANNES MURMELIUS, ıremondanus, Erasmi olim Conſcipulus & Monaſterienſ. Gynaſii Rector, qui latinæ linguæ & ɔlitiorum literarum inſtaurationem imie juvit, obiit. *Chytræ. libr. VII. p.* ɔ6. *Melch. Adam. Vit. Phil. Pantaleon de uſtr. Germaniæ Script. Part. III. p.* 33.

Eodem anno 27. Decembr. deceſſit IARTINUS POLICHIUS MELLERSTADIUS, ꝁcellentis ingenii & eruditionis faâ celebris, & lux mundi nominas, trium facultatum, ut vocant, Door; Maximiliani Imp. medicus & rimns Academiæ Wittebergenſis ector. *Chytræ. lib.* 5. *p.* 128. *&c.* Add. *Ielch. Adam. in Med. Germ. Pantaleon de luſtr. Germ. Script. Part. III. p.* 29.

Eodem anno HENRICI BRADSHAUS, Angli, mortem & ſcripta refert *Voſſ. Hiſtor. Lat. libr.* 3. *c.* 13.

A. 1514. d. S. Stephani Heidelbergæ mortuus eſt JOANNES LAUDEBACHUS, qui primus typographiam Romæ intulerat. Epitaphium ejus legitur in aditu auditorii Theologici Heidelberg. deſcriptum etiam *Limnæo* *ſ. P. VIII.* 10, 5.

A.

A. 1516. obiit Ravennæ CODRUS FOROLIVIENSIS, qui Codri nomen in Academia Romana ob divitiarum contemtum ſibi accomodaverat, cùm antea Jo. Franciſcus vocaretur, legatus bis in Galliam, ſæpius in Germaniam miſſus, à Maximiliano Cæſare Comes Palatinus, Poëta & Eques factus eſt. Quæ cum cæteris, ex Antonii Monuetuli Viri diſertiſſimi laudatione funebri, qua memoriam Codri ornavit, excerpſit *Hieron. Rubeus Hiſtor. Ravennat. libr. 9. p.* 684.

Diverſus hic eſt ab ANTONIO CODRO URCEO, qui anno ætatis 64. Boniæ mortuus eſt 1501. in erudienda juventute per omnem vitam occupatus. cujus vitam *Bartholomæus Blanchinus* ſcripſit eleganter, editam cum *Operibus Codri Bononiæ* 1502.

A. 1516. mortuus eſt etiam BAPTISTA SPANGNOLUS Mantuanus, de cujus ætate & operibus vid. *G. J. Voſſ. Hiſtor. Latin.* 3. 11. Poëta parum felix.

Eodem anno FRANCISCUS XIMENIUS, Cardinalis & Archiepiſc. Toletanus, pæne 80. annos natus obiit 6. Id. Novembr. [qui ab infima ſorte ad tantum dignitatis faſtigium evectus, &

â rege Ferdinando Hiſpaniæ gu-
rnandæ præfectus, eandem longo
norum decurſu pro libidine rexit.]
An. 1517. 7. Decembr. deceſſit
.BERTUS KRANTZIUS, auctor Metro-
lis Saxonicæ, Hiſtoriæ Saxonicæ
r. XIII. Hiſtoriæ Vandalicæ libr.
V. Daniæ IIX. Sueciæ VI. Norve-
e VI. *Pantaleon part. 2. illuſtr. Germ.*
ript. p. 476. Gerh. Jo. Voſſius libr. 3. de
tor. Lat. c. 10. Melch. Adam. Vit. Philoſ.
dd. *Jo. Molleri Iſag. ad hiſt. Cherſoneſ.*
nbr. Part. I. p. 94. usque 116. ubi
ulta de ejus vita, officio & ſcriptis
emoratu digna habentur.]
Anno 1519. deceſſit PHILIPPUS
IELANUS, & ARNOLDUS BOSTIUS, de
ibus vid. *Gerh. Jo. Voſſ. de Hiſtor. Lat.*
. 3. c. 10.
Eodem anno obiit RUDOLPHUS
ANGIUS, de cujus meritis literariis
d. *Melch. Adam. in Philoſ. Chytræ. Saxon.*
75. 80. 81.
[Eodem anno defunctus JASON
IATNUS, JC. & Orator inſignis, qui
iſæ Ticinique docuit, & varia in Jure
ripſit. Vid. *Jovius in Elog.* Vitam ejus
eculiari oratione expoſuit quidam
ienuenſis.]

[Eo-

[Eodem anno deceſſit Jo Col
tus, Anglus, Theol. & Jur. D & D
canus S. Pauli apud Londinum, c
libellum de copia verborum ac r
rum inſcripſit *Eraſmus*, ejusque o
tum graviter tulit *Epiſtolar. lib.* 13. *ep*
4. & vitam eleganter deſcripſit *lib.*
epiſt. 14.]

Videri poſſunt plures ad Maxin
liani tempora relati à *Voſſio libro* & *c*
pitibus laudatis, quorum dies emo
tuales non annotati reperiuntur.
quibus eſt Jo. Nauclerus, Præpoſit
Tubingenſis, primusque illius Acad
miæ Rector, cujus vitam vid. ap. *Mel*
Adam. in Philoſ. Ejus *Chronicon*, [quo
totius Orbis ab illius primordio u
ad an. 1500. complectitur, â *Mel*
chthone retextum, â *Nic. Baſelio* verò
annorum appendice, & â *Laur. Su*
paralipomenis usque ad ann. 15
auctum, Tubingæ, Coloniæ & al
prodiit. *Vid. Caſp. Sagittarii. Introd*
hiſt. Eccleſ. cap. 11. *p.* 91. *ſq.*]

In eundem annum 1519. refe
Voſſius exceſſum Jo. Trithemii, A
batis Sponheimenſis, poſt Herbip
lenſis, de quo præter *Voſſium de hiſt. L.*
l. 3. *c.* 10. *Mart. Zeillerum de hiſt. & Ch*
n

l. Part. I, p. 146. & *Pantaleonem de*
luſtr. Germ. Script. Part. 2. *p.* 470. con-
erri meretur *Chriſtoph. Browerus An-*
l. Trevir. Tom. II. p. 315. 321. 331. in-
rimis *p.* 555. ubi *Jac. Maſenius in not.*
addit, calumniam de illius magia
iabolicâ prolixe diluit, omniumque
us ſcriptorum catalogum ſubnectit,
ui & ab ipſo Trithemio in calce *Chron.*
irſaug. p 692. adjectus eſt. Add. &
nring. in Biblioth. Aug. p. m. 88. *ſq.*]

Memorabilia alia.

Nter maxime memorabilia repu- **Navigationes in Indiam.**
tari meritô debent navigationes
ræcedentis quidem ſæculi poſtrema
arte cœptæ (an. ſc. 1492.) per *Chri-*
phorum Columbum, Genuenſem, au-
iciis Ferdinandi Caſtellæ R. & ini- 1501. &c.
o hujus ſeculi continuatæ in Ame-
canum Orbem, ab *Americo Veſputio*
lorentino ſic dictum, qui 1497. re-
ererat, & quatuor navigationibus,
uarum duæ Hiſpanicis, alteræ duæ
uſitanicis auſpiciis ſuſceptæ ſunt, in-
laruerat. Illæ navigationes ſingulis
ene annis, quos hactenus tracta-
nus, continuatæ ſunt, ſicut compen-
io eſt videre in *Jo. Baptiſtæ Riccioli*

Geographia & Hydrographia Reforma
libr. 3. c. 22. & latius in *Novo Orbe J.*
annis de Laet, & adhuc latius in *R.*
muſii Voluminibus, & ſingularibus, ſiv
ſeorſum editis deſcriptionibus. Mu
tum hinc Hiſpanicæ & Luſitanicæ pc
tentiæ roboris: minus Gallis. Na
Angli & Belgæ ſecuti ſunt deinc
exemplum, ut ſuo loco patebit. Adc
Chytræ. lib. VII. pag. 197. *ſq.*

Fuggeri. De Fuggeris, quos Maximil. Cæſ
anno 1504. Barones fecerat, & priv
legio cudendi monetam donavera
& Comitatum Kirchbergenſem
tradiderat, *Cruſius in Annalibus Sue*
cis ex *Gaſſero* annotat, quod an. ſe
1505. ipſi & alii quidam mercator
Auguſtani contulerint 31. ducat
rum millia, & tres naves Luſitanic
claſſi advexerint in Indiam, quæ r
verſæ cum Regi quartam merciu
partem de more reliquiſſent, Ar
vverpiæ tamen diſtractis cæte
mercibus 1509. lucrum tulerint
100. ducatis 175. ducatos.

Thaleri Joachimici primi. Anno 1516. Vallis Joachimicæ m
talla ſtudioſius inquiri, & vallis ip
ædificiis excoli & frequentari cœp
Deinde an. 1519. Numi Argentei u
ci

ales, quos à Valle Joachimica, Jo-
chimicos, Germani Jochims Thaler/
ominarunt, in valle Joachimica pri-
um cuſi ſunt, ac primis Taleris una
facie S. Joachimi effigies; altera
ephani Slikii & inſignia, deinde Re-
s Boh. Ludovici nomen impreſſum
it *Chytræ. Chron. libr. 7. p. 192. & lib.*
p. 211. [Antiquiores tamen pro-
cunt *Paulus Hachenbergius* in *Germ.*
d. diſſert. 10. §. 21. & *Sam. Reyherus*
ſſert. de tribus antiquiſſ. numis uncia-
argenteis, inprimis cap. V. p. 34. ſqq.]
[Eodem anno mirabilis ad pul-
ram Mariam peregrinatio Ratis-
nam inſtituta, & Judæi Civitate
cti. *Jo. Lud. Gottfr. Chron. p. 703.*]
[An. 1518. Ferdinandus Magella-
s, Nobilis Luſitanus, auſpiciis Ca-
i V. invenit nominatum ab ipſo
tum Magellanicum, eaque occaſione
mum totus Orbis circumnaviga-
s fuit. *Chytr. Sax. lib. 7. p. 198.*]
Anno 1513. graſſaturæ ſingularis
empli in urbe Ravenna memo-
tur ab *Hieronymo Rubeo lib. 9. Hiſtor.*
venn.
In Marchia anno 1510. ad 42. Ju-
i ob flagitia & homicidia ſupremo

Peregrinatio ad Mariam pulchr.

Fretum Magellanicum detectum.

Graſſaturæ Ravenn.

Judæorum homicidia & pœnæ.

ſupplicio affecti, ceterique March
expulſi ſunt, referente amplius *Baſeli*
Contra eosdem, quod baptiſmo ſ
ſcepto Chriſtianiſmum falſo ſimula
ſent, ortus Vlyſſipone tumultus 150
abſumſit intra paucos dies 1930.
urbe & vicinis locis. Sed rex reve
ſus 3. monachos inſtinctores ig
cremavit, ceterosque ſeditionis d
ces capitali ſupplicio & aliis pœn
affecit. *Baſel.*

Mortarii inventio. Böler.

An. 1506. inventa militaris m
china mortarii nomine dicta à Ge
manis. *Paralip. Urſperg.* 1508. in o
ſidione Puderoiæ Rudolphus Anh
tinus bello contra Geldrum dux l
ctus eâ machinâ uſus eſt, ſive aliqu
mortariis, quibus pilæ ponderoſaq
ſaxa in altum ejecta, adeo certo
deſtinato loco recidebant, ut pauc
intra dies arcis tecta fere omnia
bulataque iis perfracta corruerent
memorante *Jſ. Pontano Hiſtor. Gelr.*
11. *p.* 637.

Nic. Copernici hypotheſis.

[An. 1507. *Nicol. Copernicus* nova
ſuam hypotheſin, qua Sol immobi
lis mundi Centrum conſtituitur pr
pugnare cœpit, cujus Canonibus m
tuum quos vocat, ſuperſtructæ ſu
Tabulæ Prutenicæ.]

In Gallia Pſeudo Mercurius, homo talus 1501. homines dementavit, & andem, incertum quo caſu, periit. *Baſel.* Pſeudo-Mercurii præſtigiæ

Anno 1505. magna fames Germaniam afflixit, præſertim illas partes, quæ ab Norinberga usque ad Alpes ertinent. *Subvenerunt vero* (inquit *Huldr. Mutius*) *Argentinenſes omnibus illis fame laborantibus regionibus, nec aliter atque olim ille Pharao Ægyptius Rex, cut eſt in libris Moſis ſcriptum. Nec ſolum Argentina civitas eo tantùm tempore frumento juvit vicinas regiones, ſed ſæpe antè & pòſt, nuperque cum in Italiam frequentibus bellis exhauſtam erat plurimum frumenti transvectum, incideretque abundans illa humiditas pluvioſiſſimi anni, quo admodum male reſponderunt cereales fruges, unde ſecuta eſt major caritas non ſolum in Germania, ſed ferè per totam Europam, quàm multis annis retro audita ſit. Argentoratenſes vero juverunt plurimos frumento. Conſervatio igitur talis frugum laudi & gloriæ eſt Civitati, quæ non ut majoris vendat coëmendo, aliis præripit, ſed emit, ut conſervet ad neceſſitatem, ſi vel bellum, vel intemperies aëris, aliave caritatis cauſſa incidat.* Ingens in Germ. fames. lib. 30.

Prodigia. De prodigiis, magno conſenſu tr
dunt, prioribus hujus ſeculi annis cr
ces paſſim ex aëre decidiſſe, & in v
ſtimentis hominum ac alibi appar
iſſe. *Huldr. Mutius libr.* 30.

Ploratus infant. in utero. Ploratum infantis in utero refe
1506. *Jſ. Pontanus Hiſt. Gelr. lib.* II. *p.* 63
Habuit fidem ei, quem refutat *Ba*
landus in Chronic. Ducum Brabant. c. 16
fin. Ego fabuloſum eſſe exiſtimo, quod q
dam ſcripſit, per idem tempus accid
apud Hollandos in puero, qui materno a
huc concluſus utero dies plus duodec
fleverit. Quo prodigio demonſtrata ſ
mala, quibus Hollandiam poſtea Gelr
afflixit.

p. m. 207.

Harderuici conflagratio. Idem *Barlandus cap. praeced.* mi
rabilem Harderuici conflagratione
3. horis factam deſcribit 1503. [& ſ
quente anno mulierem quanda
Daventriæ enixam eſſe filias du
ventre uno & corporis medio â p
ctore conjunctas, refert *loc. cit.*]

Cometæ, terræ motus, monſt
Conradus Lycoſthenes collegit annis q
huc pertinent.

PAR

Pars II.

In tempora Caroli V. Imperatoris congruens.

Caroli V. Natales.

Arolus, poſtea Imperator V. natus eſt Gandavi 1500. d. 24. Febr. Parentibus Philippo Hiſpan. Principe, de quo ſupra, & Joanna Ferdinandi Catholici Hiſpan. R. filia. Die nativitatis 3. munera infanti in baptiſmo oblata ſunt non obſcure ominoſa. à Philippo patre quidem dynaſtia Lucemburgenſis, unde Cæſares Sigismundus, Carolus & Wenceslaus prodierunt; à Carolo à Croja Symaico, argentea galea, aureo phœnice inſignita; à Bergenſi Dynaſta aureus gladius; à Margareta Britannica poculum grande aureum pretioſis gemmis plenum; à Margareta Auſtriaca patera margaritis & unionibus referta; à Gandauenſi urbe, navis argentea; ab Archimandritis Vetus Novumque Teſtamentum, cum inſcriptione: *Scrutamini Scripturas.* Facili

p. 238. ſqq.

cili ad ea, quæ conſecuta ſunt, ſingu lorum ominum explicatione. Cor pus curioſè, ut cætera, deſcribit, *Wil helmus Zenocarus à Schauwenburgo*, Hi ſtoricus quodammodoMetaphyſicus

Ingenium. Ingenio præditus fuit Carolus ma gno rectoque, omniumque magna rum rerum capace.

In Anglia Henricus IIX. exemplum præbuit Principis magnis non minus vitiis, quàm virtutibus famoſi. Nam etſi is per viginti priores regiminis ſui annos rebus domi prudenter, foris feliciter geſtis tantum ſibi auctoritatis apud vicinos reges conciliaverat, ut inter ipſos pacis bellique velut arbiter haberetur: dehinc tamen ſubitò mutatus, ſuperiorum temporum laudes luxuriæ ſævitiæque maculis haud leviter contaminavit. Initiò à parte Cæſaris contra Franciſcum ſtetit; poſteà verò ab eo alienior factus, hu-

hujus amplexus partes, Carolo bellum denunciavit, & contra ipſum Proteſtantibus Germaniæ operam ſuam addixit; quanquam in religione anceps, domi in hos æque ac Pontificios ſæviebat. Cujus regiminis ſtatum Auctor Annalium rerum Anglicarum ſignanter his deſcripſit verbis; *Morte ſic regnum finiit Henricus IIX, propter prima adminiſtrationis tempora illuſtre, propter victorias crebras & res in bello feliciter geſtas glorioſum, propter magnas ſub eo mutationes factas memorabile, propter Eccleſiæ ſub eo cœptam reformationem laudabile, propter uxoriam rem infeliciſſimum, propter tot capite plexos (eosque magna ex parte primarios viros) cruentum, denique propter crebra tributa & Eccleſiaſticarum opum direptionem reipublicæ damnoſum, civibusque grave ac oneroſum.* Multò tamen infelicius fuit filii Eduardi VI. pueri regimen, quippe Procerum ambitione factionibusque miſerè diſtractum, ac tot firmiſſimis propugnaculis in Scotia & Gallia amiſſis debilitatum *Camd. Appar. Annal. Angl.* Sed omnium infeliciſſimum erat regimen Mariæ, ob jacturam Caleti, mœrore extinctæ. *lib.1.fin.* *p.91*

Daniæ ſtatus hoc tempore turbatus

tus valde atque afflictus erat, cujus calamitatis cauſam etſi plerique in Chriſtierni II. nimiam crudelitatem rejiciunt; tamen *Hub. Thom. Leodius in vita Friderici II. Palatini* tribuit tyrannidi Danicorum Nobilium, ex rege mancipium facere, eumque nil regia poteſtate, ſed omnia ex ipſorum arbitrio adminiſtrare volentium. Cùmque id rex recuſaſſet, tantam ſibi conflâſſe invidiam, ut nobiles, factâ cum Eccleſiaſticis conſpiratione, contra eum inſurrexerint, illoque auxilii ab affine Imp. Carolo petendi cauſa in Hollandiam & Brabantiam cum conjuge liberisque profecto, Patruum ejus Fridericum ſibi elegerint regem, affirmantes, regnum eſſe electitium, & in ſua poteſtate ſitum, regem amovere, & alium ſubſtituere, quandocunque uſus veniret. Fridericus igitur, licet eum pariter ac Nobilitatem perfidiæ accuſet idem Leodius: tamen partim odio nepotis, partim metu conſiliorum familiæ exitialium, Daniæ regnum ſibi â quodam Reſſenclovio quondam prædictum, ſuſcepit, illudque potentiâ & concordiâ Ordinum munitum retinuit: Chriſtiernus au-

lib. XI. p.m. 210.

autem illo exutus inque vinculis habitus, regis crudelis & infelicis exemplum præbuit, Cæſare & Palatino pro eo reſtituendo fruſtrà annitentibus.

Suecia, regum ex ſtirpe Oldenburgica oriundorum dominatum, & inprimis Chriſtierni II. tyrannidem exoſa, auctore Guſtavo I. in priſtinam libertatem ſe aſſeruit, & ſeparatas â Daniâ rationes habere cœpit, inſuperque ex regno electitio fecit hæreditarium: quanquam ab eo tempore ob utriusque regni fines maximæ inter Danos Svedosque æmulationes, quæ ipſos ſæpe bello invicem commiſerunt, ſunt exortæ.

Poloniæ regnum Sigismundus, Princeps Magnanimus, Sapiens & Victorioſus in pace, quam felicibus armis fœderibusque peperit, prudenter adminiſtravit. Scythas enim liberalitate, Walachos deditione, Moſcovitas victoriâ, Germanos affinitate ſibi ſuisque obligavit. Unde Paulus Jovius ipſum duobus illis ſui temporis heroibus, Carolo V. Imp. & Franciſco I. Galliæ regi meritò annumeravit, putavitque, horum trium, niſi ſimul imperaſſent, ſingulos dignos fuiſſe.

fuiſſe, qui toti orbi imperarent. Poſ eum regno Poloniæ non minus fortiter, quàm prudenter præfuit filius Sigismundus Auguſtus, in quo defecit propago Jagellonidum, ex rectâ virili ſerie deſcendentium. Eum tamen valde metuebant Poloni, veriti ne ad pleniorem potentiam viam ſibi ſtrueret.

In Moſcoviâ Baſilius Magnus amplum â patre ſibi relictum regnum conſervavit, multisque provinciis magis induſtriâ auxit, quàm bello, in quo erat infelicior, cujus etiam cauſas contra Sigismundum, regem Poloniæ & Magnum Ducem Lithuaniæ non tam habuit, quàm quæſivit, urbeque Smolensko non virtute bellica, ſed proditione ac largitionibus eſt potitus. Nec remiſſior Patre fuit filius, Johannes Baſilides, Princeps fortis & magnanimus, ſed unà crudelis, eoque ſæpiùs ab officio boni Principis deflexit: quamvis pleraque illius facta à Paulo Oderbornio & Alexandro Guagnino ſtudioſius, quàm veracius de-
ad an. 1584. ſcripta fuiſſe *Thuanus* judicet, idemq; confirmare videatur *Schurzfleiſchius in Diſſertatione de Stephano Razino*, ubi exiſti-

ſti-

imat, *illos nonnihil exaggeraſſe Baſili-*
s facta, ut ſignificantiùs tyrannum re-
æſentarent, multosque etiam in eundem
ripſiſſe aſperius, ſive errore deceptos, ſive
lio impulſos, ſive quod neſcirent, plura
igi ad noſcendum tyrannũ, quàm aliquot
rannica facta. Etſi verò multa præter
is fasq; admiſit Baſilides: hoc tamen
rudentiæ ejus ſignum fuit haud vul-
are, quod exterorum Regum Prin-
ipumque amicitiam ad tuendam no-
iinis ſui dignitatem ſtudioſiſſimè
mbivit. De quo vid. *Chriſtoph. Bec-*
an. hiſt. Orb. Terrar. Geogr. & Civ. Part. I. cap. 7. *p. m. 664.*

In Ungaria per hoc tempus mira
erum perturbatio fuit. Ludovicus
nim rex inter ludicra educatus, de-
ciisque magis & choreis, quàm re-
endi bellandique artibus aſſvetus,
lieno tantum conſilio regebatur.
egni verò Proceres, contemptâ re-
is ætate, invicem luxu, æmulatione
tque licentia certantes, graviores
egni curas bellique munia neglige-
ant. Unde Solymannus animoſus
erinde ac callidus, in ſpem regni
otiundi erectus, factâ cum Perſis pa-
e, arma verſus Pannoniam movit, ac

primò Belgradum, quod in eam ac
tum aperit, malè defenſum, occup
vit, dehinc Rhodum inſulam cep
Cumque nondum ê veterno, qu
conſopiti erant, expergiſcerentur U
gari, & vel torperent otio, vel od
ac ſimultatibus inter ſe conflictare
tur, ipſam Hungariam invaſit. Cu
quo rex, & copiarum robore & n
mero longè inferior, non expect
tis, quæ foris petierat, ſubſidiis, ho
tatu Ungarorum inconſultaq; tem
ritate, fatali ad Mohazium prælio e
pertus, univerſam Ungariam facti
nibus attritam Barbarorum injuri
expoſuit. Cæſô enim Ungaroru
exercitu, ipſoque rege paludibus ſu
merſô, Turcæ poſtea quoque Buda
nemine reſiſtere auſo, occuparun
ipſamque Vindobonam, irrito lic
conatu, obſederunt, & in Ungariâ ali
que locis bello haud intermiſſo Chr
ſtianos vexârunt. Quam cladem f
cile avertere potuiſſent Ungari,
modò regni fines melius cuſtodivi
ſent, hoſtemque Dravi tranſitu pr
hibuiſſent, vel præſidiariis militib
Belgrado impoſitis debita ſtipendi
ſolviſſent, vel adventantia auxilia e
ſpe

ectaſſent. Sed cum nihil horum
iſſent Ungari, Solymannus apertâ
rtim vi, partim proditione moti-
ſque Civilibus adjutus, opimiorem
gni partem in ſuam poteſtatem re-
git. Cujus inſignes progreſſus
ud parum promoviſſe videntur in-
tina Chriſtianorum Principum diſ-
ia, occaſione immutatæ religionis
orta, de quibus graviter meritoq;
nqueritur *Paulus Jovius hiſtoriar. lib.*
his verbis: *Et certè quùm hæc ani-
reputamus, noſtrorum temporum con-
ionem deflere, Chriſtianorumque Prin-
um inſaniam deteſtari lubet, qui dum
er ſe bello aut odio disſident, ita Otto-
nnis parcunt, ut qui toties ſuperari
erique potuerint, non immeritò adauctâ
immenſum potentiâ, ad totius Orbis im-
rium aſpirent.* Præter *Jovium*, vide
perturbatum regni Hungariæ ſta-
m deplorantes, *Sigismundum Herber-
inium*, teſtem oculatum, *Ranzanum*,
beronem, *Nic. Iſthuanfium*, *Jo. Dubra-
um*, ex iisque *Schurzfleiſchium*, qui
eculiari Diſſertatione de ſuperiori-
us Ungariæ converſionibus, regni
lius in perniciem ruentis cauſas
nortosq; accurate notat atq; deplo-
at.]

Ec-

Eccleſiaſtica.

Pontifices. Hadrianus VI.

LEoni X. Pontifici 1521. extin
ſucceſſit *Hadrianus VI.* textoris
ricorum pannorum filius, qui eru
tione gradum ſibi ad majora fe
[Primo factus Academiæ Lovani
ſis Cancellarius, hinc Dertuſenſis
Hiſpania Epiſcopus, inde Cardin
& regis Caroli, cui puero magiſte
Maximiliano I. datus erat, in Hiſpa
Vicarius, demum ejusdem benefi
Pontifex.] Electus eſt 1522. 5. Jan
rii, cum in Hiſpania vices gereret
roli Imperatoris. Tenuit Pontifi
tum annum unum, mens. 8. d.
Onuph. Panvin. Catalog. PP. p. 581.
ad Platin p. 344. Jovius in Epitom. li
XXI. captæ Rhodi culpam non leve
ei impingit. *Hadrianus*, inquit, *Ron*
næ aulæ rudis, & rerum Italicarum i
peritus, ſero detrimentum intellexit. A
dit hiſtoriam de peſtilentia Romæ
indulgentia Pontificis in ægros, *urbe*
late vaſtatura, niſi Græculus quidamn
mine Demetrius Spartanus ſedandæ peſti
lentiæ, favente ei turba hominum, neg
tium

n ſuſcepiſſet, nemine ſuperſtitionem ve-
auſo. Nam ferum taurum, cui di-
'ium cornu diſſecarat, magico carmine
tram in aurem prolato, repente ita
nſuefactum reddiderat, ut injecto tenui
ad integrum cornu, quo vellet perdu-
t, peſtilentiæ placando numini ad Am-
theatrum immolaſſet. Nec credulæ
ltitudinis ſpem ex toto fefellit, quum ab
inanis ſacrificii proſpera litatione mi-
ere morbus cœpiſſet. [Interim Ponti-
ım omnium fuit candidiſſimus,
ippe qui ingenuo pudore Roma-
Eccleſiæ vitia ac corruptelas agno-
ns, illarum emendationem ſerio
editatus eſt: ſed deſtinata perficere
n potuit, altero ſtatim Pontificatûs
anno ſeu curis, ſeu veneno, ut cre-
ur, extinctus.] Hadriano ſucceſſit
mens VII. antea Julius Medices, Clemens VII.
em protractis aliquandiu Comitiis
nſpiratione juniorum electum *Jo-*
ıs ait, anno 1523. 13. Kal. Xbr. Non
fuiſſe Simoniæ ſuſpicionem *Onu-*
rius fatetur. Sedit ann. 10. m. 10. d.
[ad parendum, quàm imperan-
ım aptior. Per Laur. Campegium,
ardinalem, Germaniæ Principum de
mendatione Eccleſiæ & convoca-
tione

tione Concilii Univerſalis poſtula
eluſit, ambiguaque fide nunc cu
Gallo, nunc cum Cæſare fœdus ſa
civit; cujus tamen violati pœnas d
dit, captâ direptaque â Cæſarianis u
be Româ.] De hoc videndus *Bale*
in cenſur. 8. Elogium ejus *Jovius l*
p. 19. *XXXII.* vituperatione miſcet. illib
ralem & durum vocans; *nen*
nem, inquit, *plane oderat, quum nemin*
adamaret, præterquam ab occultiore ca
ſa conciliatos, his certe unis adeo inte
peranter favit, ut ad ſummos honores,
ad ſummum auctoritatis locum ſtabile
divitias nullo pudore proveheret: m
torum vero conſtanter oblivisceretur,
ab optimis literarum ſtudiis vetere
obſequio commendationem & præmia n
ruiſſent. Hos quidem perblande appel
bat, ut imagine gratiæ detineret, ſed
culte oderat tanquam Creditores. -- --
uno & triginta Cardinalibus, quos lege
in Senatum, vix unum & alterum pro
bat, quod eos præteritis honeſtioribus
quaquam exquiſito decoroque delectu,
deſideraſſe videri cupiebat, ſed vi ſub
inter impotentes regum preces, armoru
que ſtrepitum circumventus & coac
edidiſſet. Is fuit, quem nemo unquam
p

-vis rebus ſefellerit, ut obiter non ſit
rum, ſi in magnis demum, quæ publicam
utem reſpicerent, ſæpisſime ſuerit dece-
rs. Addit, propter plurima mala,
nis ordo & denique populus, diu expe-
tâ & demum auditâ ejus morte, ma-
ppere lætabatur, jocatique ſumma liber-
e nonnulli gratias agebant Curtio me-
o, qui firma utentem valetudine, inna-
ue membrorum robore prævalidum, in
lta ſpe longioris vitæ, novis præceptis &
nmutata vitæ ratione, dubio procul oc-
liſſe credebatur. [Quatuor autem
eo notabantur vitia, timiditas,
aritia, perfidia & crudelitas, de qui-
s vid. *Seckendorf. hiſt. Luther. lib. III.*
t. 8. p. 73. ſq.] Obiit 1534. 6. Kal.
ctobr. Succeſſit eodem anno 4. Id.
ctobr. Alexander Farneſius, qui ſe
ulum III. nominavit. Mediceo & **Paulus III.**
anne Lotharingo Cardinalibus au-
oribus etiam cæterorum ſuffragia
tra difficultatem nactus. [Ab ipſa
atim electione reformandi ſtudium
tentavit, tollendisq; religionis dis-
diis Concilium generale Mantuæ
imùm, mox Vicentiæ, demum Tri-
enti indixit. *Panvinius Appar. ad Pla-*
n. p. 366. 371. & 374. Laur. Surius
Com-

Comment. Hiſt. an. 1537. *p.* 293. Dehin
Cæſari ſibi conciliando bona Eccleſi
in bellum contra Proteſtantes obtu
lit: ipſumque de invadenda Angli
ſollicitavit: cui tamen poſtea ob re
ſecundas invidens in cunctis ſeſe op
poſuit: tum Helvetios ad bellum
contra Proteſtantes invitavit: Hen
ricum IIX. Angliæ regem, ob Catha
rinam repudiatam & ſuperinductam
Boleniam, ob factam ab Eccleſia Ro
mana ſeceſſionem & Epiſcopi Roffen
ſis, quem ipſe Cardinalem creavera
cædem, & D. Thomæ Archiep. Can
tuarienſis oſſa ſepulchro extracta &
per Carnificem combuſta, diris de
vovit, regioque titulo indignum jud
cavit. Parmam ac Placentiam Aloy
ſio, filio notho, jure beneficiario con
ceſſit; eô verò à conjuratis interfe
cto, Placentia â Cæſarianis intercep
Parmaque ægrè â Pontificiis ſervat
eſt. Vid. hæc omnia fuſius perſequen
tem *Petr. Suav. Polanum hiſt. Conci
Trid. lib.* 1. *â p.* 78. *usque* 334. Jo. Ca
ſam, Archiepiſc. Beneventanum le
gatum ad Venetos deſtinavit, eiqu
mandavit, ut libros Romanæ Eccleſi
adverſos, quò condemnarentur, co
qu

quireret. Unde an. 1548. VenetiisCa-
alogus hæreticorum prodiit, contra
quem ſcripſit Petrus PaulusVergerius.
dem Caſa ibid. de laudibus Sodomiæ,
qua ſe delectari faſſus eſt, carmen ex-
crandum edidit â Paulo IV. Pontif.
oſteà damnatum. *Vergerius Catalog.
ib. probib. fol. 8. Car. Molinæus de Theol.
& Jurisp. dignit. p. 189.* Sub eo cœpit
Ordo Jeſuitarum auctore IgnatioLo-
olâ, cujus etiam conſilio ſupremum
nquiſitionis Concilium Romæ inſti-
utum. *Maffæus & Ribadeneira de vitâ
& moribus Ignatii Lojolæ.* Add. *Rudolph.
Hoſpinianus lib. 4. hiſt. Jeſuit.* Errant
deò *Baleus 7. de Pap. p. 58.* & alii, qui
llius Ordinis originem demum ad
Paulum IV. referunt. Contrarium
enim patet ex Bullâ Pauli III. an. 1540.
d. 27. Septembr. editâ, quâ ſocietatem
Jeſuitarum an. 1535. ortam, non ob-
ſtante Concilii Lateranenſis decre-
to, quo novorumOrdinum inſtitutio
fuit prohibita, publicè confirmavit.]
Scelera hujus deſcripta ſunt libro,
ſub nomine *Bernhardini Ochini* linguâ
Italicâ vulgato, unde excerpſit *Sleid.
lib. XXI. p. 667. &c.* [Add. *Heideggeri
Hiſt. Papatus Period. VI. n. 165-174.* &

Mart. Bucerus, qui in *admonitione Chri-ſtiana* Pauli III. delicta juventuti aliaque vitia taxat. De ejus odio conviтiis & moliminibus violenti contra Proteſtantes, objurgation Cæſaris, fuco in reformatione Curiæ Rom. aliisque callidis artibus vid. pluribus *Seckendorf. hiſt. Lutheraniſmi lib. III.*] ſedit ann. 15. d. 29. mortuu anno 1549. 4. Jd. Novemb. ætat. 81 Succeſſit Joannes Maria Montanus

Julius III. qui ſe *Julium III.* dixit 6. Jd. Febr. 155 ſedit annos 5. m. 1. d. 16. Hâc occa ſione *Sleidanus* morem eligendi Pon tificem explicat *lib. XXI.* Factum ejus in donando galero *Idem* refer *p.* 675. add. *Thuan. lib. 6.* & *lib.* 15. *me* qui & de vitiis ejus. [Add. *Papiriu Maſſonus in vita Julii III. lib. 6. p.* 40 *Heideggerus l. c. n.* 166-180. & *Petr Suavis hiſt. Concil. Trid. â p.* 335. *uſqu* 437. Eccleſiæ tamen reformanda ſtudium ſimulans Trident. Concilium reſtituit. *Sleid. lib.* 22. & 23. Jubilæum Romæ celebravit, & Reginald. Polum Cardinalem in Angliam, ut Maria reginæ in extirpandis Evangelici operam navaret, miſit. *Panvin. App ad Plat. p.* 386.] Huic mortuo 1555

o Kal. April. ſucceſſit *Marcellus II.* qui Marcellus II.
uriæ quidem Romanæ moribus cor-
igendis, diſſidiisque religionis ſar-
iendis intentus, bonæ ſpei copiam
e ſe præbuit, ſed intra 22. dies ex-
inctus eſt. Kal. May. [*Onuphrius in ejus*
ita. Petr. Suavis hiſt. Concil. Trident. lib.
p. m. 437. *ſqq.*] Succeſſit Jo. Petrus
Caraffa, qui ſe *Paulum IV.* dixit eodem Paulus IV.
nno: qui ſedit annos 4. m. 1. d. 24.
xtinctus 1559. d. 28. Aug. Hic quo-
ue ut & Marcellus, per adoratio-
em, non per Scrutinium electus. V.
tiam *Thuan. lib.* 15. & 23. [*Onuphr.*
anvinium, Duchenium, Petr. Suavem
oncil. Trident. lib. V. aliosque in eo.
ræter alia autem, quæ Paulus IV.
eſſit, Curiæ Rom. reformationem
imulavit: Cardinales, ad exemplum
el Græcorum Interpretum, vel Se-
iorum, vel Diſcipulorum Chriſti, ſe-
ptuaginta creavit: Tridentini Con-
ilii auctoritatem elevavit: Inquiſi-
ionis tribunal, cujus erigendi Paulo
II. auctor fuerat, inſtituit, eô unô
Apoſtolicæ ſedis auctoritatem niti
affirmans: Indicem librorum pro-
hibitorum ab inquiſitoribus compo-
ſitum typis vulgari, Inſtitutiones Juris

Canonici per Paul. Lancellottum JC. conſcribi, & libros Thalmudicos igne cremari curavit: Columnios proſcripſit: Caraffis nepotibus dignitates abrogavit: ordinem ſodalitatis divini amoris ſeu Theatinorum inſtituit, de quo *Hoſpin. de orig. Monach. p. 292. b.* Caroli V. abdicationem Imperii, tanquam ſe inſcio & inconſulto factam, improbavit. Sed de omnibus hujus temporis Pontificibus vid. *Hottingerum Hiſt. Eccl. cap. XVI. Sect. 3.*]

Reformationis opus.

Quæ ad Reformationem Religionis pertinent, partim ſpectant ad *M. Lutheri* vitam, ſcripta, actiones & conſilia, de quibus optime *Sleidanus* usq; ad finem *libri XVI.* Et opera ipſa edita. Tum *Joach. Camerarius* in vita Philippi Melanchtonis, & *Melch. Adam.* in vita Lutheri. Nam *Jo. Cochlæus* primo Latinè vitam ejus edidit, ſive potius criminationem Lutheri, poſtea ab Hubero quodam Germanicè converſam. Sed reſervabimus aliqua in cap. ſeq de viris celebribus & eruditis. [Omnino autem conferri huc meretur *Seckendorf. hiſt. Luther.* quâ vitam, mores, ſtudia ſcriptaque Lutheri multò copioſius ac ſincerius, quàm alii, perſequitur.] II.

II. Propagatio admirabilis doctrinæ repurgatæ primo in inferiorem Saxoniam ad Bremenſes, deinde Magdeburgi, Halberſtadii, Goslariæ, Hamburgi, Wismariæ, Roſtochii, in Pomerania, in Boruſſia, in Livonia (an. 22. & 23.) *Chytræus lib. X. Chron.* in Suecia ann. 1525. *lib. XI.* ut & in cæteris de profectu ampliore diligenter exequitur: [Add. *Seckendorf. hiſt. Luth. lib. 3.* §. 8. 16. 31. 72. 75. 80. *Add. II.* I. §. 91. *Add.* §. 101. 117. 5. *Add. II. d.* & *Add. III.*] Argentorati ut cœperit, ut adoleverit, & ad vigorem pervenerit purior Evangelii doctrina, opere hiſtorico MSC. complexus eſt *Jo. Frid. Schmid.* JCtus. [Ut adeo conventus Norimbergenſis repurgatæ doctrinæ curſum, quemadmodum in animo habebat Pontifex, haudquaquam inhibuerit; ſed veritatis cœleſtis lux ex tam parvo atque obſcuro Germaniæ angulo orta, in alias quoq; provincias ac totam Europam longe lateq; diffuſa, magnaque paſſim veneratione ſuſcepta fuerit.] Progreſſus.

III. Auguſtanæ Confeſſionis hiſtoria, quam præter Hiſtoricos laudatos, *Sleidanum* atque *Thuanum*, edidit *Georg.* Aug. Confeſſ. hiſtor.

Cæleſtinus toto opere, ac ſeorſum de-
ſcripſit *Dav. Chytræus.* [Poſt hos vel
maximè conferri merentur Lutherus
Tom. V. Altenburg. Hortlederus *de cauſis*
belli Germ. Tom. I. cap. 9. ubi habetur
relatio actorum cum conſenſu & pri-
vilegio Cæſaris edita ; Georg. Mylius
in prælectionibus in Aug. Conf. item Nic
Selneccerus *in recitationib. Lipſienſ. &*
Oratione hiſtorica de initiis, cauſis & pro-
greſſu Conf. Aug. Jo. Saubertus & Erh
Lauterbachius *de miraculis Aug. Confeſſ*
Jo. Georg. Dorſchæus & Jo. Schmi-
dius *in Diſput. & Orationibus Secularibus*
de Aug Confeſſionis nomine, occaſione, au
toribus, oblatione, acceptatione & ceteri
conſequentibus inſignioribus. Höpfneru
in Saxonia Evangelica. Seckendorf. *i*
hiſt. Luther. lib. 2. & 3. Add. Borſche
ri *Diſſertatio de provid. divina circa Aug*
Conf. an. 1555. Roſtochii habita, in qu
affirmat, illam ê tomo actorum pu-
blicorum in Comitiis Auguſtanis tun
collectorum exciſam eſſe. Ut adeo
genuinum non variatæ Aug. Conf
exemplum in Tabulariis Imperii ho-
die non amplius extet. Confeſſioni
a. illius â Luthero primùm delineatæ
pòſt â Philippo plenius elaboratæ, ab

omni

mnibus verò ProteſtantiumEccleſiis
eceptæ ſcopus fuit, partim ut à ſu-
picione hæreſium, ſchismatum &
editionum, quarum falſò ab adverſa-
iis poſtulabantur, Imperatori & reli-
quis Imperii Ordinibus ſe purgarent,
partim ut fidei ac doctrinæ ſuæ ra-
tionem publice redderent, oſtende-
rentque, eam cum Prophetarum &
Apoſtolorum ſcriptis atque Eccleſia
priſca conſentire. Et quanquam Pon-
tificii â Cæſare petebant, ne Confes-
ſionem hanc evulgari aut typis pro-
cudi pateretur: tamen cùm is per
Alphonſum Valdeſiũ, & Alexandrum
Sueisſium Secretarium, eandem in
Hiſpanicam & Italicam, ac reliquorum
etiam Regum Principumque legati in
ſuæ quisq; gentis linguam transferri
curaſſent, factum, ut ea per totum fe-
rè Orbem ſimul eodem tempore dis-
ſeminaretur. Inter hæc autem The-
ologi Pontificii illius confutationem
adornarunt, eamque, cum magno
acervo librorum contra Lutherum
ſcriptorum, Cæſari obtulerunt publi-
cè quoq; prælegendam. Cujus exem-
plum etſi obtinere haut potuerunt
Proteſtantes: tamen ad ea, quæ inter

legendum obſervaverant, apologiam
conſcripſerunt, quam Imperator cum
ſibi offerretur, acceptare renuit, de-
creto ſuo, de Lutheri doctrina abji-
cienda & Romana rurſus amplecten-
da, conſtanter inhærens. Unde El
Saxoniæ cum cæteris Principibus ab-
eundi poteſtate ſibi conceſſa, inde re-
bus infectis digreſſi, eodem anno
Vid. ſupra p. 341. ſqq. Smalcaldiæ convenerunt, ſuique de-
fendendi, & ſi quæ religioni vis in-
ferretur, eidem reſiſtendi cauſâ fœdus
inierunt, in cujus ſocietatem nemo re-
cept9 eſt, niſi Auguſtanæ Confeſſionis
ſocius, eoq; Helvetii, quamquam ad-
mitti vellent, repudiati ſunt, quod non
eſſent verè Aug. Confeſſioni addicti.
Sleid. lib. 8. p. 211. 215, Perinde ut
jam anteà in Comitiis Auguſtanis 4.
Civitates liberæ, Argentoratum, Con-
ſtantia, Memminga & Lindavium,
propterea quod Zvvingliano dogma-
ti faverent, ab Aug. Confeſſionis ſo-
cietate, in quam recipi cupiebant, re-
jectæ ſunt. Cum verò illæ nihilo-
minus fidei ſuæ rationem exponere
juberentur, peculiarem quandam
Confeſſionem â Bucero conſcriptam
Cæſari obtulerunt, quæ recepta qui-
dem

em & confutata, ſed in pleno Prin-
pum atque Ordinum conſeſſu non
ælecta, nec unquam *Auguſtana*, ſed
el *Suevica*, vel *Argentinenſis* appella-
ı fuit, quia hæc Civitas in edendæ
onfeſſionis iſtius negotio primas
enuit. Quâ tamen poſtea abjectâ,
um Auguſtanam Confeſſionem re-
epiſſent, in ſocietatem doctrinæ ac
edus Smalcaldicum & ipſæ tandem
dmiſſæ ſunt.]

IV. Concilium Tridentinum; an-
o 1542. indictum, 1546. cœptum, & Concilium Trident.
552. finitum, iterum inſtauratum, &
nitum ann. 1562. & 1563. ubi quæ-
am in *Politicis Imperialibus Goldaſti*
arte XXV. Sleidan. Et inprimis *Hiſto-*
ia Concilii Tridentini libris VIII. de-
cripta à *Paulo Sarpio Veneto*, *Theologo*
rdinis Fratrum Servorum, ſub nomine
etri Suavis Polani Italico ſermone,
onverſa in Latinum à *M. Antonio de*
Dominis. Etiam Germanica verſio
xtat. Nuper *Pallavicinus* duobus
omis refutare aggreſſus Cardinali-
iam dignitatem emeruit.

V. Interimiſtica Controverſia, Controv. Interimiſt.
quam *Sleidanus* diligenter expoſuit,
multorum in Germania diſſidiorum

 cau-

cauſa fuit, ob librum enim *Interim*,al
aliis rejectum,ab aliis impugnatum,
nonnullis approbatum, certamen
adiaphoriſticum exortum eſt. De
quo omninò vid. *Adamus Rechenber-*
gius in diſſertat. hiſtor. de Interim Augu-
ſtano Lipſiæ an. 1683. *habita.*]

Relig. Pax. VI. Pax religioni data anno 155
de qua ſuprà.

Perſecutiones. VII. De perſecutione religioni
purgatæ, ubi Hiſtoria Joannis Diazii
Hiſpani, à fratre germano Alphonſ
Diazio interfecti, per *Claudium Sena*
clæum deſcripta: cum præfation
Mart. Buceri, cui comes itineris a
colloq.Ratisbonenſ. fuit. Extat etiar
narratio in *Actis Hortlederianis. Sleida*
lib. 18.*pr.* Quam male fuerint in Ga
lia habiti Proteſtantium religioni ac
dicti, *Thuanus* ſuis locis non tacet,[
exponit *Scriptor. anonymus Commenta*
de ſtatu relig. & reip. in Gallia. Part.
Seckendorf. hiſt. Luther. lib. III. pag. 580. c. *fol.* 2.*ſqq.*] In Hiſpaniâ Inquiſitio olin
à Ferdinando & Eliſabetha Regibu
in Judæos inſtituta, exorto Luther
nomine acerbiſſime in omnes, q
vel minimum ſuſpecti eſſent, exerce
batur. Unde Neapoli anno 1547
ſeditio exorta *Sleidan. lib.* 19. Hu
re

fertur etiam *Hermanni* Archiepi-
opi Colonienſis Hiſtoria, de qua
eidan. lib. 10. p. 292. lib. 16. p. 471. lib.
7. p. 503. lib. 18. p. 556. & 565. nec
on *Seckendorfius Luther. lib. 3. §. 107.*
108.

VIII. Diffidia religionis, & Hære- Diffidia.
s. Tiguri in Helvetiis anno 1519.
lricus Zwinglius, ſe indulgentiarum
ræconi, Samſoni, oppoſuit. *Sleid. fin.*
b. 1. & anno 1522. cum Epiſcopo
Conſtantienſi de veritate religionis
ontendit. *Sleidan. lib. 3.* anno 1523.
e imaginibus dejiciendis eſt ſollici-
us. *Sleidan. lib. 4.* Diffidere à Luthe-
o cœpit 1524. in articulo de Cœna
Domini. *Sleidan. lib. 5. p. 140.* qua de
auſſa in colloquium ventum eſt 1529.
Marpurgi. *Sleidan. lib. 6. fin.* Zvvinglio
ubſcripſit *Jo. Oecolampadius* Baſileen-
ium miniſter, ac primus ipſorum re-
formator. Anno 1530. Bucerus ten-
avit concordiam. *Sleidan. lib. 7. p. 203.*
Anno 1531. Zuinglius annos natus Mors Zuin-
44. Capellis occumbit 11. d. Octobr. glii.
in civili bello inter Tigurinos & Quin-
que pagicos, cui ipſe ex muneris ra-
tione interfuit. *Sleidan. lib. 8. p. 221.*
Menſe Decembri Oecolampadius Oecolampa-
diem dii.

diem ſuum obiit Baſileæ, an. ætat
ſuæ 49.

Turbæ Carlſtadianæ.

Andr. Carlſtadius anno 1522. turba
Witebergæ dederat abſente Luther
tumultuoſe ſtatuas è templis ejicien
do, reprehenſus à Luthero reduc
Sleidan. lib. 3. p. 72. Subinde anno 152
ejectus eſt à Saxone, quod eſſet n
mium familiaris illis, qui colloqu
cum Deo & viſiones ſimulaban
Sleidan. lib. 5. *p.* 139.

Anabaptiſticæ.

Anabaptiſtarum furores in Scr
ptoribus ſupra p. 248. laudatis recen
ſentur: & totis voluminib9 tractant
ac refutantur, quæ recenſet *Caſp. Sag
tarius Introd. in hiſt. Eccleſ. p.* 826. *ſqq.*

Colloquia.

IX. Colloquia religionis cauſa i
ſtituta *Lipſiæ* inter Eccium, Carlſt
dium & Lutherum an. 1519. apu
Sleidan. lib. 1. *p.* 30. *Wormatiæ* 1540. i
ter Eccium & Melanchthonem apu
Sleidan. lib. 13. *Ratisbonæ* anno eod. a
Sleidan. lib. eod. Iterum *Ratisbonæ* ann
1546. *Sleid. lib.* 16. Acta colloquioru
extant. [Fuêre & alia hoc tempo
habita colloquia, nempe *Tigurinum* i
ter Zvvinglium & Jo. Fabrum 152
Rhæticum Ilanticum, inter Reformat
& Catholicos 1526. *Badenſe* in Helv

ti

ı inter Eccium & Oecolampadium
·d. anno. *Homburgenſe* in Haſſia in-
r Reformatos & Pontificios eod.
ıno. *Nordenſe* in Friſia inter Henr.
ſium & Gerard. Synellium 1527.
ſalienſe in Suecia inter M. Olaum
Petr. Gallium eod. anno. *Bernenſe*
ter Reformatos & Pontificios eod.
ıno. *Bituricenſe* & poſteà *Senonenſe*
Gallia contra Lutheri doctrinam
·28. *Flensburgenſe* inter Melch. Hof-
annum & Paſtores quosdam Hol-
tiæ 1529. *Marpurgenſe* inter Luthe-
ım & Zvvinglium anno eod. *Augu-*
ınum inter Proteſtantes & Pontifi-
os 1530. *Ulmenſe* inter Paſtores &
ecolampadium, Bucerum aliosque,
;31. *Raſtenburgenſe* in Boruſſia inter
olyandrum & Tekelium eod. anno.
enevenſe inter Reformatos & Ponti-
cios, 1534. & 1535. *Wittebergenſe* inter
utherum & Bucerum 1536. *Triden-*
num, de quo ſuprà. *Oxonienſe* inter
Iartyrem & Smythæum ac tres alios
ontificios 1549. *Cantabrigienſe* inter p. 409.
ucerum & Pontificios 1550. *Oſtero-*
enſe in Pruſſia 1553. *Wismarienſe* cum
Anabaptiſtis 1554. *Iſenacenſe* inter Ju-
tum Menium, Nic. Amsdorfium &
Vi-

Victorinum Strigelium 1556. *Worm*
tienſe inter Lutheranos & Pontifici
1557.]

Reformationis obſtacula.

Plurimum autem nocuit Auguſt
næ Confeſſioni, orta eo tempore op
nio, de aliis Sectis, quaſi à Luther
inſtitutis: nam & imaginum fract
rum invidia, & Anabaptiſtica inſan
non vulgi tantum errore, ſed pote
tiorum calliditate ad Lutheri inv
diam referebatur. vid. iniquum ju
dicium *Gul. Zenocari in vit. Carol. V.*
finem lib. 5. [Acceſſêre his & alia R
formationis impedimenta haud lev
ex parte Proteſtantium æquè ac Po
tificiorum. Apud illos enim erat
communis conſilii defectus. 2. ſe
tiones ac tumultûs ruſticani, qui f
ſò Lutheri doctrinæ adſcribebantu
3. exortum circa nonnulla fidei c
pita diſſidium. 4. nimius Reformat
rum circa ritus & ceremonias rig
eorumque inſidioſæ Lutheranis ſ. cla
ſ. palam ſe inſinuandi aſſociandiq
artes, & religioni ſuæ ſtabilien
paſſim habiti conventus. 5. Socini
norum & Arrianorum impietas
florentiſſimas quasvis Eccleſias irr
pens. Pontificii autem longè plu

R

.eformationis progreſſibus injecêre
emoras : cujusmodi fuêre 1. Caroli
. & Pontificis adverſus Proteſtantes
onſpiratio 2. Epiſcoporum ob pro-
rium commodum & jusjurandum,
uo Pontifici ſunt obſtricti, profeſſum
ı eundem ſtudium, ſacrique ordinis
ominum in Lutherum jactatæ ca-
ımniæ, & excitatum in populi ani-
ıis erga ipſum odium. 3. Pontificis &
uriæ Rom. vigilantia ac fraudes in
ariis conciliis, Tridentino præſertim
ſurpatæ. 4. variorum Ordinum ac
ıdalitiorum, inprimis Jeſuitarum, ad
dem Romanam fulciendam, inſti-
ıtio. 5. quæſitus jactatusque Eccle-
æ Rom. cum Orientali conſenſus, &
epius tentata cum Lutheranis con-
ıliatio. 6. illecebræ atque præſtigiæ
ıultiplices hominibus ad Eccleſiam
.om. alliciendis reducendisque ad-
ibitæ. 7. Sacri Codicis aliorumque â
roteſtantium Doctoribus ſcriptorum
brorum prohibitio, indicumque ex-
urgatoriorum publicatio. 8. inſtituta
ropter leviſſimam religionis ſuſpi-
ionem atrociſſima Inquiſitionis tri-
ounalia. 9. ſanguinariæ Proteſtantium
exationes cruentaque cum iisdem

ob

ob religionem geſta bella. Qua
omnia fuſius perſequuntur *Jo. Fechtiu*
& Adamus Rechenbergius, ille in *Com*
ment. de hiſtoriæ Eccleſ. ſec. XVI. ubertate &
fructu ex eadem capiendo, hic in *Diſſer*
de obſtaculis progreſſuum Reformationis Lu
theranæ.]

Quæ ad Literas pertinent.

Hiſtoria literaria.

[UT meliores literæ ſub Maximilia
no I. renatæ: ita ſub Carolo
maxima habuere incrementa, tot no
vis Academiis Scholiſque conditis, t
copioſiſſimis Bibliothecis excitati
totque præſtantisſimis in omni ſcie
tiarum genere Doctoribus exorti
qui ejecti Scholarum quisquiliis no
modò purioris religionis doctrinam
ſed gravioris etiam Philoſophiæ & li
guarum optimarum antiquitatum
que ſtudia longè majori, quàm ant
diligentiâ elegantiaque certatim e
coluerunt, & tam Ebræorum, qua
Græcorum ac Latinorum omnis æ
monumenta eruerunt atque excu
ſerunt. Tum & *Zenocaro* teſte, *ſtat*
P

oſt natum hunc Carolum, omnes artes mechanicæ, omnia ingenia, quæcunque in e, hominum, præſtantiæ eximiæ cujusdam auſa, ſingularem omnium gratiam & morem promeritæ ſunt. Idque in re militari, in re navali, in architectonica, in ictura, in ſtatuaria, in periſtromatis, in extrinæ vario artificio, luce meridianâ larius apparuit. Inſuper lingua Germanica ſub Carolo V. cœpit expoliri perâ potiſſimum Lutheri.]

In Hiſpania Academia *Cæſaraugu-ana* in Aragoniæ regno ab Adriano VI. Pontifice & Cæſare Carolo V. inſtituta. *Svvertius in Athenis Belg. p. 69.* Academiæ & Scholæ. Cæſaraugu-ſtana.

Lauſannenſis Schola ad lacum Lemanum viguit potiſſimum anno 1530. & ſeqq. *Id. p. 73.* Lauſannenſis.

Pariſienſem valde auxit Franciſcus I. *Id. p. 74 & Middendorp. de Academ. lib. 6.* Pariſienſis.

Argentoratenſe Gymnaſium inſtitutum eſt anno 1538. De qua re Acta Jubilæi. 1638. Argentoratenſis.

Coronenſis in Tranſylvania Schola inclareſcere cœpit. 1530. *Svvert. p. 76.* Coronenſis.

Elbingenſis in Boruſſia fundata ab Alberto Duce I. 1542. *Svvert. p. 77.* Elbingenſis.

Goldbergenſis in Sileſia in Ducatu Lignicenſi floruit 1520. &c. *Svvert. p. 77.* Goldbergenſis.

Gripſvvaldenſis. *Gripſvvaldenſis* Academia in Pomerania auſpicio Ducis, Wartislai IX. orta 1456. inſtaurata verò à Philippo Pomeraniæ Duce 1547. *Svvert. p. 78.*

Jenenſis. *Jenenſis* Academia excitata à Jo. Friderico Electore Saxon. 25. Januar. al 19. Martii 1548. Sed Filii ejus plenis privilegiis impetratis publicarun 1558. *Svvert. pag. 79. Chytræ. Chron. lib 19. p. 499.* [& *Caſp. Sagittarius in hiſt Jo. Friderici El. Sax. §. 23. p. 56. ſq.*]

Marpurgenſis. *Marpurgenſis* Academia anno 1526 vel ut alii, 1527. inchoata, à Philippo Magnanimo, Haſſiæ Landgravio, 153 inſtaurata, & 1541. à Cæſare Carolo V. ac Pontifice Clemente VII. privilegiis Academiæ Viennenſis aucta eſt. *Svvert. pag. 80. Chytr. Chron. lib. XI p. 298.* Add. *Jo. Hartmanni Kornmann Hypotypoſis Palilior. Acad. Marpurgen*

Miſnenſis. *Miſnenſis* Schola à Mauritio Duc Sax. inſtituta anno 1543. *Svvert. p. 8* [*Georg. Fabricius in Annal. urb. Miſnæ* 93. Præter hanc & duas alias Schola illuſtres eodem anno inſtituit, nemp

Portenſis. Grimmēſis. *Portenſem* ad Salam, & *Grimanam* a Muldam, quarum poſterior tame demum an. 1550. d. 14. Septembr aperta eſt. *Id. Georg. Fabric. in Origin Saxon*

axon. lib. 9. p. 98. ſq. & Jo. Schorius in
ſcriptione Gymnaſii Grimmenſis.]

Regiomontana in Boruſſia per Alber-
um Ducem inſtituta eſt 1544. Svvert.
82. Chytr. Chron. lib. XVI p. 409. [Add.
hriſtoph. Hartknoch in ſelectis Diſſertat.
iſtor. de rebus Pruſſicis, diſſert. XIV. §. 25.
248. & Pruſſia antiq. & nov. P. II. cap.
n. 9. & cap. 5. n. 11. fin.] Regiomontana.

Stetinenſe Pædagogium in Pomera-
ia floruit 1543. Svvert. pag. 83. Stetinenſis.

Tigurina Scholæ in Helvetiâ cele-
ritatem repetit ab anno 1528. Svver-
ius p. 83. antiquitas ejus aliquot ſæcu-
s anterior ſtatuitur. v. Cl. Hottinger.
 method. Tigurina.

Upſalienſis Academia in Suecia flo-
em repetit, Svvertius (p. 84.) ab anno
540. ſed inſtitutio ejus ad præcedens
æculum pertinet. [Licet prima illius
uſpicia jam ad ſec. XIVti initia refe-
rat Jo. Schefferus in Chron. de Archiepiſc.
Upſal. p. 128.] Upſalienſis.

[Academiam Hafnienſem â Chri-
ſtierno I. fundatam, ſed bello colla-
pſam an. 1538. inſtauravit Chriſtianus
III. de qua vid. Eraſmi Vindingii regia
Academia Hafnienſis.] Hafnienſis.

Inter Viros eruditos merito ipſius Viri eruditi.

LUTHERI eruditio admirabilis ex eju
operibus elucet. Linguarum egre
p. 404. gia notitia. De vita ejus ſupra dixi
mus. Natus eſt Islebiæ 1483. d. 10
Nov. mortuus ibidem 1546. d. 18. Fe
bruarii, ſepultus Wittebergæ in arci
templo, vir & heros maximus, cuju
vitam deſcripſerunt *Melanchthon, Ma-
theſius, Melch. Adam. in vit. Theol. p.* 101
& *Seckendorfius Comment. Apol. hiſt. d*
Lutheranismo. Add. & *Jo. Boiſſardus d*
Icon. illuſtr. vir. P. III. p. 210. *Freheru*
in Theatro P. I. S. 111. *p.*118. *ſqq.* Ope-
ra ejus Latina VII. Tomis Wittebergæ
1558. Germanica ibid. 1551. publica-
ta ſunt: Latina Opera Jenæ IV. To-
mis 1556. & 1612. Germanica IX.
1575. comprehenſa, & Germanica
Altenburgi recuſa ſunt. Scripta Lu-
theri omnia tam edita, quàm non
edita ſecundum annorum ſeriem dis-
poſuit *Seckendorf. in Ind. III. hiſtor. Lu-
ther.*

PHILIPPUS MELANCHTHON non fru-
ſtra inſtaurator omnis literaturæ per
Germaniam celebratur. Natus eſt
Brettæ, Palatinatus oppido, anno 1497.
d. 16. Febr. obiit 1560. d. 19. April. vi-
tam ejus memorabili opere deſcripſit

Jo-

Joachimus Camerarius. Opera ejus plurima utiliſſimaq; Wittebergæ & Baſileæ conjunctim edita in Anglia maximi fiunt. [Eorum omnium peculiarem*Chronologiam* concinnavit*Mart. Mylius Gorlicii* 1582. *excuſam*.]

Anno 1528. mortuus eſt d. 17. Nov. JACOBUS WIMPHELINGIUS, Seleſtadienſis, natus 1449. Scripta ejus recenſet *Melchior Adamus in vit. Theolog. Voſſius de hiſt. Lat. p.* 640.

HULDRICUS ZUINGLIUS natus eſt 1487. Kal. Januarii, mortuus 1531. ut ſupra dictum, cum Tigurinam & p. 411.
pleraſque Helveticas Eccleſias repurgaſſet. Opera ejus recenſet *Melchior Adam*. [De illius moribus, libris, dogmatibusque conferatur & *Seckendorfius hiſt. Luth. Ind. I. Freherus Theatr. P. I. Sect. 3. p. 105. Natal. Alex. hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. P. I. c. 2. art. 10. p. 495.*]

JO. OECOLAMPADIUS natus 1482. moritur 1531. 1. Decembr. ætatis an. 49. Scripta ejus edita ſunt. V. *Melch. Adam. & Seckendorf. Hiſt. Luther. Ind.* 1. *Freher. p.* 106. *Natal. l. c. p.* 501.

JO. SVVEBELIUS natus 1490. Phorcæ mortuus 1540. 19. Maji, de quo vid. *Melch. Adam. & Seckend. l. c. Ind.* 1.

Freb. Theatr. P. I. Sect. III p. 206 [Fall
â nonnullis Zvvinglianismi accuſa
tur, prout ex ejus ſcriptis aliisque in
diciis oſtendit *Jo. Henr. Majus in vit*
Reuchlini â p. 68 *usque* 77. Fuit auter
Sacerdos Argentinenſis. Inde o
tyrannidem Pontificiam ſponte i
exilium abiit: dehinc Bipontum vo
catus, ibi Eccleſiam â fœdis ceremo
niis repurgavit. Ejus vitam quoc
deſcripſit filius *Henricus Schwebelius*,

NICOLAUS AMBSDORFIUS primo ac
dictus Luthero, poſtremo in alia de
lapſus eſt. Natus 1483. moritur 154
v. *Melch. Adam. in vita Theol. p.* 62. *S*
ckendorf. hiſt. Luther. Ind. 1. *Freb. Theat*
P. 1. *Sect. III. p.* 112.

URBANUS REGIUS denatus 1541. 2
vel 25. Maji, primo ad Zvvinglian
inclinatus, poſtea Lutherum maxim
probavit. [& ab Erneſto, Duce Lün
burgenſi Ducatus ipſi 9 Eccleſiis præf
ctus, eas â corruptelis Pontificiis r
purgavit. *Vid. Caſp. Sagittarii memor*
bilia hiſt. Luneburg. p. 37. *ſeqq.* Idem
Pomeraniæ Duces ad Reform
tionem adhortatus eſt. De Scr
ptis ipſius vid. *Melch. Adamus.* E
tat & de eodem diſſertatio erudi
El

Eliæ Vejelii, in qua docetur, qualis quantusque vir fuerit Urbanus, & quibus de cauſis ſeceſſionem fecerit à Pontificiis. Vitam ejus & encomium Grabius libro ipſius de formulis caute loquendi præmiſit. Conf. & *Seckendorf. hiſt. Luth.* nec non *Ja. Fecht. in Apparat. ad Hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. Supplementum p. 172. ſq.*]

ANDREAS BODENSTEIN CARLSTADIUS etiam moritur anno 1541. vid. *Melch. Adam.* qui tamen juſto æquior in eum. [De illius ingenio, moribus rebusque geſtis *Seckendorf. l.c. Ind.* 1. Add. *Freherus Theatr. p.* 116. & *Nat. Alex. l. c. p.* 493. *ſqq.*]

WOLFGANGUS FABRICIUS CAPITO natus 1478. Haganoæ, moritur 1541. in tribus Facultatibus Doctor eſt renunciatus. Baſileæ, Argentorati & Haganoæ Evangelium docuit. Scripta recenſet *Melch. Adam. p.* 88. *ſqq.* [Fata ac ſtudia ingeniumque *Jo. Fechtius in Apparat. ad Supplem. hiſt. Eccleſ. ſec. XVI. Vid. & Seckendorf. l. c. Ind.* 1. it. *Freher. Theatr. l. c. p.* 113.]

GERHARDUS GELDENHAUER, mortuus 1542. d. 10. Januarii, Marpurgi primo hiſtorias, deinde Theologiam

docuit: & utriusque generis ſcripta edidit.

Leo Judæ 1542. 19. Jun. ann. æt. 60. defunctus: in Helvet. docuit & ſcripſit: concubina natus. [Auguſtinum diligenter legit, Papatum impugnavit, & quia linguæ Ebraicæ & Græcæ erat peritiſſimus, integra Biblia in Germanicum, & Vetus Teſtamentum magna ex parte in Latinum transtulit, cui translationi deinceps Theodorus Bibliander, Conr. Pellicanus & Petrus Cholinus ultimam manum impoſuêre. *Henr. Pantaleon de vir. Germ. illuſtr. P. III. p.* 197.]

Paulus Constantinus Phrygio, Seleſtadienſis, moritur 1543. d. 1. Aug. Baſileæ & Tubingæ docuit, Hiſtoriam univerſalem, vel potius Chronicon ab O. M. usque ad Caroli V. tempora perductum, & Theologica quædã ſcripſit. *Pantaleon de Vir. Illuſtr. Germ. P. III. p.* 182.

Georgius Spalatinus, Noricus, in oppido Spalato ſ. Spält in ditione Epiſcopatus Aichſtetenſis natus 1482. moritur 1545. d. 16. Jan. cum egiſſet Theologum in aula Saxonica. Chronicon edidit & alia. *Seckendorf. l. c. Ind. I. Freher. Theatr. vir. Illuſtr. p.* 118. [Fri-

[FRIDERICUS MYCONIUS, alias ME
IM dictꝰ, primò Vinarienſis, deinde
othanus Paſtor & Superintend. na-
s Lichtenfelſii, Franconiæ oppido
.91. d. 26. Decembr. Zvviccaviæ &
pſiæ Evangelium docuit, cum Te-
lio & Jo. Corbachio diſputavit, Ec-
cſias in Thuringia & Saxonia viſi-
vit, miſſus in Angliam Proteſtan-
um nomine, item ad Conventum
agenoenſem, ruſticos â ſeditione
hortatus eſt. Obiit 1546. d. 7. Apri-
. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1. *Freber. l. c. p.* 124.]
CASPAR BORNERUS natus Hainæ in
iſnia, moritur 1547. in Majo Lipſiæ,
i Profeſſoris partes obiit. Opera
ædam Philoſophica & inprimis Ma-
ematica & Hiſtorica reliquit.
[Eodem anno moritur Jo. HESSUS,
oribergenſis, Theol. Doctor, ac pri-
us Civitatis Vratiſlavienſis ad D.
lariæ Magdalenæ Paſtor Evangeli-
us, *Seckendorf. l. c. Ind.* 1. *Melch. Adam.*
183.]
MATTHIAS ZELLIUS, Keiſerspergen-
s, natus 1477. Argentorati docet,
ad repurgandum Evangelium præ-
laram confert operam, quippe
uâ effectum eſt, ut A. 1529. religio

ibidem mutaretur. Scripta quoq
quædam edit: moritur 1548. 9. Ja
Pantaleon c. l. p. 141.

Eodem anno d. 16. Nov. morit
CASPARUS CRUCIGER, Lutheri adjut
in verſione Bibliorum. Scripta qu
dam reliquit, â degenere ipſius fil
edita. [Natus Lipſiæ 1504. Magd
burgi & Wittebergæ docuit variisq
colloquiis interfuit. Vid. de eo *Alb*
Chron. Mun. tit. 25. p. m. 703. & Jo. B
marci Oratio de ipſius vita & rebus g
ſtis. Seckendorf. l. c. Ind. I. Freher. Thea
l. c. p. 102. *Pantaleon. c. l. p.* 273.]

VITUS THEODORUS, ſeu DIETER
cus, Noribergenſis, 1549. d. 26. Ma
tii obiit in patria. [Luthero fuit f
miliaris, quem A. 1530. Coburgu
comitatus eſt: deinde in patria d
ctrinam Evangelii tam viva voc
quàm ſcriptis propagavit: Quibu
dam Imperii Comitiis interfuit,
cum Adverſariis de controverſis f
dei capitibus diſputavit. Scripta eju
recenſet *Pantaleon l. c. p.* 284.]

JOHANNES SPANGENBERGIUS, natu
Northuſii 1484. moritur Islebii i
Comitatu Mansfeldenſi, ubi eccleſia
rexe

:xerat 1550. 13. Jan. relictis ſcriptis
'heologicis & Philoſophicis, ac filio,
;yriaco, hiſtorico non ignobili *Se-
kendorf. l. c. Ind.* 1, *Pantaleon. l. c. p.* 295.
Eodem anno d. 15. Nov. PAULUS
AGIUS (Büchlein) moritur, docuit Ar-
entinæ, Scriptis clariſſimus : In An-
liam â Thom. Crammero expetitus,
um Bucero profectus eſt. *Pantaleon.
c. p.* 311. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1.
MARTINUS BUCERUS, Seleſtadienſis,
iatus 1491, obiit 1551. d. 27. Febr.
.utheri ſcriptis lectis amorem puræ
eligionis hauſit, vixit aliquandiu cum
'rancíſco à Sickingen, de quo ſupra.
Argentorati primos Evangelii inſtau-
atores juvat : Sæpius ad Lutherum
venit, & eum Zvvinglio reconciliare
contendit, maximè in colloquio Mar-
purgenſi : in controverſia de Cœna
Domini cum ab initio Lutheri men-
tem non rectè percepiſſet, poſtea
melius intellectam tenuit: [ſed dum
ambiguis in hoc negotio uſus eſt for-
mulis, Lutheranos pariter & Zvvin-
glianos offendit : multis conventi-
bus religionis cauſâ interfuit : mul-
taque tum vernaculo, tum Latino
ſermone ſcripſit :] libellum Interi-
mi-

miſticum improbavit: in Anglia[m]
ad extremum cum P. Fagio abi[it]
[ubi utriusque cadavera juſſu Mari[æ]
reginæ ex ſepulchro effoſſa unà cu[m]
libris editis combuſta fuêre; licet a[b]
Eliſabetha ipſorum fama poſteâ in in-
tegrum reſtituta ſit. *Chytr. Sax. lib.*
p. 258, 259. & lib. XIV. p. 364. usque 37
& lib. XVII. p. 457. Thuan. lib. XVII. S[e]-
ckendorf. l. c. Ind. 1. Pantaleon *l. c.*
237. ſqq. Jo. Fechtius *Apparat. ad Su[p]-*
plement. hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. p. 60. ſq[q].
Freher. *Theatr. p. 155.* Conf. & *hiſtori[a]*
vitæ, obitûs & ſepulturæ ejus Argentora[ti]
edita, nec non Natal. Alexand. *hiſt. E[c]-*
cleſ. ſec. XVI. P. I. p. 511. idem etiam ſ[i]-
mulationis, levitatis, inconſtantiæ
fraudum &c. paſſim accuſatur â Lau-
rentio Surio in Comment. rerum i[n]
Orbe geſtarum, de quibus conſulatu[r]
Index in nomine *Buceri.*]

Osvvaldus Myconius (Griſheuſer,
Lucernæ 1488. natus, in Helvetiis vi-
xit & docuit, in controverſia de Cœ-
na Domini Lutheri ſententiam am-
plexus, cum ipſius librum de Sacra-
mentis legiſſet; deniq; vitans rixa[s]
privatim vixit. mortuus 1552. 1[5]
Octobr. *Pantaleon, l. c. p. 222.*

An-

Andreas Osiander (Hoſian) non
varus, ut Melch. Adami aliiq; tra-
nt, ſed Francus, Gunzenhuſæ natus
.98. obiit 1552. d. 17. Octobr. pri-
ò Norimbergæ, deinde Regiomon-
in Boruſſia docuit, vir doctus, ſed
avium Eccleſiæ contentionum au-
or, quæ poſt mortem ejus recru-
ierunt, in articulo de Juſtificatione
ytr. Chron. lib. XVII. pag. 444. *&c.*
Pantaleon l. c. p. 248. *Seckendorf. l. c.*
d. 1. Præter hos de illius vitâ ac
oribus conferri etiam poterit *Joach.*
merarius in vitâ Melancht. p. 297. de
ctrina verò *Jo. Wigandus, Jo. Bren-*
, aliique plures, qui eandem ſcri-
is impugnarunt.]

Casparus Hedio, Etlingæ natus,
iit 1552. d. 17. Octobr. Moguntiâ
rgentoratum venit, & cum Wolf.
ıbricio Capitone & Martino Buce-
rem Evangelicam egregie juvat.
cripta reliquit Theologica, Philoſo-
hica & Hiſtorica. Multa etiam in
ermanicum ſermonem tranſtulit.
Pantaleon d. l. p. 209. *Seckendorf. l. c.*
d. 1. *Append. Chronol. ad D. Jo. Schmid.*
onc. Jubil. â Melch. Sebizio adornatas.]

Joannes Æpinus, Hamburgenſis,
natus

natus 1499. denatus 1553. 13. Maji, op
pugnavit Interim, pluraque ſcripſit
quæ recenſet *Pantaleon d. l. p. 324.*

[Paulus Speratus, ſeu Spretter
Nobili in Sueviâ locô natus, obi
1554. Auguſtæ Vindelicûm, Herbipoli
Salzburgi, Viennæ & Iglaviæ Evan
gelium docuit, Pontificiorumq; cor
ruptelas ſtrenuè taxavit. Unde a
Epiſcopo Olmucenſi in tetrum carce
rem conjectus, ſed divinitus ind
elapſus Wittenbergam ad Lutherun
venit: â quo in Boruſſiam miſſus
ibi Pomezanenſis Eccleſiæ Epiſcopu
factus eſt. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1.]

Inter Theologos etiam nome
nactus Georgius, Princeps Anhalt
nus, natus 1507. 14. Aug. obiit 155
m. Octobr. de cujus vita & ſcript
Latinè & Germanicè editis, idem qu
hactenus *Melchior Adamus p.* 245. [ne
non *Henr. Pantaleon. d. l. p.* 227. *Chyt*
Chron. lib. XVI. p. 437. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1

Ambrosius Moibanus, Vratislavi
docuit ſcripſitque, & obiit 1554. d. 1
Jan. cum natus eſſet 1494. *Seckendor*
l. c. Ind. 1.

Justus Jonas, natus Northuſi
1493. obiit 1555. d. 9. Octobr. à ſtudi

Ju

ris ad Theologiam traductus Paſtor
Profeſſor Wittebergenſis, tandem
ıdam vocatus: ſed orto belloSmal-
ldico inde pulſus Coburgum ve-
t: Idem reformationem urbis Li-
enſis promovit, fuitque Luthero
niciſſimus: de cujus & morte ſcri-
it, præter alia. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1.
ntaleon l. c. p. 224. *Freher. Theatr. vir*
uſtr. p. 127.

CONRADUS PELLICANUS Rubeacen-
1478. natus, obiit 1556. d. 5. April.
Helvetiis plerumque docuit, &
ipſit, [fuitque inter primos, qui
bræę linguæ ſtudium promoverunt.
æter alia edidit Biblia Ebraica, &
raphraſin Chaldaicam in Latinum
rmonem tranſtulit. Idem Lavate-
teſte primum N. T. Græcum ex
alliâ in Germaniam attulit *Panta-*
on l. c. p. 118. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1.
eher. p. 168.]

MARTINUS FRECHTUS obiit 1556. d. 14.
eptembr. à Luthero edoctus, Heidel-
ergæ, Ulmæ & Tubingæ docuit ſcri-
ſitq; Annotationes in Witichindum
axonem & alia Theologica. *Panta-*
eon l. c. p. 250. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1.

JOHANNES FORSTERUS Auguſtæ na-
tus

tus 1495. mortuus 1556. d. 8. Decem
Ratisbonam & Schleuſingam refo
mationis cauſa vocatur, Luthero op
ram navat in verſione Biblioru
Lexicon Hebr. confecit. [*Pantale*
l. c p. 407. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1. *Jo. B*
marci Oratio de ejus vitâ.]

[Claruere & hiſce temporibus A
DREAS CNOPHIUS, Cuſtrini in March
natus, qui primum Treptoviæ in P
meraniâ, deinde Rigæ in Livon
Evangelium docuit, ac ſacra carmi
odasque ſpiritu plenas Germani
compoſuit. *Chytr. Sax. lib.* 10. *fol. p.* 25
253, 256. 257. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1.]

[SIMON HEINSIUS, alias PONTANU
ab oppidulo patrio vulgò Brück
ctus, primus Concionator Evange
cus Wittenbergæ 1522. obit. *Secke*
dorf. l. c. Ind. 1. *Jo. Bismarci Oratio*
ejus vitâ. Melch. Adam. p. 14.]

[JO. STAUPICIUS, Theol. Doctor
Auguſtinianorum per Germania
Vicarius generalis, poſtremò Abb
D. Petri Ordin. Benedict. Salisbur
nobili Staupiciorum in Misnia f
milia natus, obiit 1524. d. 28. De
Academiæ Wittenb. conſtitutæ a
ctor, Lutherum Erfordiâ eò vocavi

eju

jusque doctrinam probavit: ſed
undem ad impugnandas indulgen-
as incitaſſe falſò dicitur: Pia aliquot
puſcula Germanica edidit. *Pantaleon*
ir. illuſtr. Germ. P III. p. 42. Seckendorf.
c. Ind. 1. Jo. Bismarci Oratio de ejus vita.
reber. Theatr. P. I. Sect. 3. p. 102. ſqq.]
[Ex Pontificiis in Germaniâ hoc
empore celebres fuere JACOB HOCH-
TRAT ſ. HOGOSTRATUS, Inquiſitor
Dominicanus 1527. mortuus. Scri-
ſit is contra Lutherum, litemq; mo-
it Reuchlino ob libros Thalmudicos
on comburendos. *Sleid. lib. I. & II.*
omment. Pantaleon l. c. p. 40. Secken-
orf. l. c. Ind. 1.]
[Eod. anno d. 8. Novembris mo-
itur HIERON. EMSERUS, Suevus, Theol.
D. & acerrimus fidei ſuæ defenſor, &
Lutheri adverſarius. Scribit hiſto-
iam de vita Bennonis an. 1512. Lipſiæ
ditam, vertit Eraſmi tractatum de
bero arbitrio, & N. T. Verſionem
Biblicam & libellum de Canoniſatio-
ne Bennonis impugnat. *Seckendorf.*
l. c. Ind. 1.
[CONRADUS WIMPINA, Theol. Prof.
primusque Academiæ Francofordien-
ſis ad Viadrum Rector, & theſium

 Te-

Tezelianarum contra Lutherum au
ctor. Idem cum aliis confutationem
Aug. Confeſſionis compoſuit. Obi
1529. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1.]

[CONRADUS COLLINUS, Prior Do
minicanor. Ulmenſ. obiit 1536. Pra
ter multa Quodlibetica compoſu
etiam cum aliis Confutationem Con
feſſ. Aug. & reliquit opus, inſcriptum
Everſio Lutherani Epithalamii. *S*
ckendorf. l. c. Ind. I.]

[JO. FABER, patriâ Leutkirchenſ
Vicarius Epiſcopi Conſtantienſis, po
Epiſcopus Viennenſis, obiit 1541. L
therum paſſim inſectatus eſt, librum
que de Poteſtate ſummi Pontific
contra eundem, malleum hæretic
rum & alia ſcripſit. Compoſuit
cum aliis Confutationem Aug. Co
feſſionis. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1. *Jo. Sl*
danus Comment. lib. III. p. 79. *lib. V*
p. 199. *Gerhard. Patrol. p. m.* 684.]

[Claruere & ſub hoc tempus J
LANDSPERGIUS, Bavarus, Ord. Carthu
FRANCISCUS TITELMANNUS, Haſſele
ſis, Ord. Minor. Theol. Doctor
Prof. Lovanienſis. & FRIDERICUS Na
SEA, Francus, Theol. Legumque D
ctor, & Jo. Fabri in Epiſcopatu Vie
nen

nenſi ſucceſſor, Eraſmo familiaris.]

[Jo. Eccius, Suevus, ita â loco natali, aliàs cognomento Mayer dictus, Theol. D. & in Academiâ Ingolſtadienſi Profeſſor, natus 1486. obiit 1543. menſ. Febr. fuitque acerrimus religionis ſuæ propugnator, Lipſiæ cum Luthero & Caroloſtadio, Wormatiæ cum Melanchthone, Badenæ verò cum Oecolampadio diſputavit; novam Bibliorum verſionem adornavit, Homilias, Enchiridion Controverſiarum de ſacrificio, de primatu S. Petri & alia tum Theologica tum Philoſophica ſcripſit. *Vid. Luther. in Actis Wormat. Tom. II. Jen. Lat. fol. 436. Pantaleon l. c. P. III. p. 110. Seckendorf. l. c. Ind. 1. Melch. Adam in vitis Theol. paſſim.* Vitam ſuam ipſemet deſcripſit in replica adverſus ſcripta ſecunda Buceri ſuper Actis Ratisbonenſ. & in quadam epiſtola de ratione ſtudiorum ſuorum.]

[Eodem anno moritur Albertus Pighius, Campenſis, Lutheri Adverſarius, natus anno circiter 1495. ſcripta reliquit Mathematica & Theologica, quæ recenſet *Pantaleon l. c. p.* 187]

[Jacobus Latomus, Theol. Lo-

vanienſis moritur 1544. ſcripſit de primatu Pontificis, Eccleſia, Confesſione ſecreta, miſſa, fide & operibus, item votis monaſt. contra Lutherum. Opera ejus conjunctim edita Lovanii 1550. *Labbeus Tom.* 1. *p.* 491. *Seckendorf. l. c. Ind.* I.]

[Jo. COCHLÆUS, aliàs Dobneck, Norimbergenſis. obiit 1552. Inter Compilatores Confutationis Aug. Conf. fuit, præterque multa Eriſtica opuſcula Luthero & Melanchthoni oppoſita, librum de actis ſcriptisque Lutheri, item Lutherum ſepticipitem & hiſtoriam Huſſitarum multis mendaciis refertam reliquit. *Labbeus Tom.* 1. *p.* 554. *Seckendorf. l. c. Ind* I. *Pantaleon l. c. p.* 144.]

[ADAMUS SASBOUT, Belga, Ord. Minor. moritur 1553. ſcripſit homilias de præcipuis feſtis ac dominicis diebus, Commentarios in Eſaiam & epiſtolas Apoſtolicas. Opera ejus conjunctim edita Coloniæ.]

[Jo. FERUS, aliàs Wild / Franciſcanus & Concionator Moguntinus ſedati ingenii & eruditionis eximiæ, moritur 1554. d. 8. Sept. multis ſcriptis clarus, quæ recenſet *Pantaleon*

l. c.

l. c. p. 370. ubi tamen annum emortualem ponit 1562. per errorem fortè typographicum; *& Thuan. l. XIII. p. m.* 616.]

[RUARDUS TAPPERUS, Theol. Lovanienſ. & hæreticæ pravitatis Inquiſitor, natus 1475. obiit 1555. ſcripſit Lovanienſium articulorum contra Theologos Wittenbergenſ. defenſionem. *Pantaleon l. c. p.* 141. *Seckendorf. l. c. Ind.* 1.]

Atque hi ſunt potiſſimi Theologi Pontificii ex Germanis, de quibus præter citatos Scriptores videndus etiam *Natal. Alexandri hiſt. Eccleſ. ſec. XVI. P. I. c. V. art. I. & II.* ubi illorum aliorumque ſcripta, officia & interdum judicia adduxit. Nos inſuper ex Reformatis & quidem pariter Germanis quosdam ab Auctore omiſſos hic quoque ſubjiciemus ex Melch. Adamo, ut ſunt:

FRANCISCUS KOLBIUS & BERTHOLDUS HALLERUS, primi Bernenſis Eccleſiæ Reformatores, quorum ille 1535. hic vero 1536. vitâ exceſſit.

CONR. LYCOSTHENES, Alſatus, natus 1518. denatus 1561. docuit Baſileæ, Theatri vitæ humanæ, quod poſtea

privignus ejus, *Theod. Zvvingerus*, abſolvit, fundamenta jecit, variaq; ſcripta tum hiſtorica tum Philologica reliquit. *Pantaleon l.c.p.415. Freher. Theatr. p. 189.*

Wolfgangus Musculus, Lotharingus, natus 1497. mortuus 1563. primò Diaconus Argentoratenſis, hinc Concionator Auguſtanus, poſtremò Reformatorum doctrinam amplexus inq; Bernenſi ſchola Theologiæ Profeſſor fuit. Commentatus eſt in Geneſin, Pſalmos, Eſaiam, Matthæum, Johannem & pleraſque Pauli epiſtolas. *Pantaleon l. c. p. 363. Freher. l. c. p. 196. Seckendorf. Hiſt. Luth Ind. I.*

Augustinus Marloratus, itidem Lotharingus, natus 1506. in Galliâ & Helvetiâ docuit, Colloquio Poſſiaceno interfuit, expugnato Rotomago 1562. captus, & laqueo ſuffocatus eſt. Scripſit expoſitionem Catholicam Geneſeos, Pſalmorum, Canticorum, Jeſaiæ & N. T. eque Scriptoribus aliis concinnavit theſaurum in Locos Communes ſecundum ſeriem literarum digeſtum, quem *Guil. Feugueræus* abſolvit & edidit. *Thuan. lib. 33. hiſt. Geſner. Biblioth. Melch. Adam. in vit. Theol. exter. p. 23.*

Andr.

Andr. Gerhard. Hyperius, natus 1511. obiit 1564. Marpurgi docuit. Linguarum cognitione ſcriptisq; tam Philoſophicis, quàm Theologicis celebris.

Eod. anno deceſſit Thomas Grynæus, 1512. natus. Bernæ & Baſileæ docuit, & Carolo March. Badenſi an. 1556. ſuæ ditionis Eccleſias â Pontificiis ſuperſtitionibus repurganti utilem operam navavit, ab eoque Eccleſiæ Rœtelenſi præfectus fuit. *Pantaleon l. c. p.* 474.

Hactenus Melchior Adamus in vitis Theologorum horum pleroſq; recenſuit.

Jureconſulti.

JUreconſultorum Germanorum & Politicorum, ut appellant, vitas tradidit idem *Melch. Adamus.* E quibus huc pertinent Sebastianus Brand, (Titio) Argentorati natus 1458. moritur 1520. Baſileæ & in patria uſum ſuum exhibuit, Archigrammatei officio denique functus, ſcriptis relictis in proſa & ligata plurimis *Pantaleon, de Vir. Illuſtr. Germ. Part. II. p.* 472.

Henningus Gœden, Havelbergæ natus, obiit 1521. d. 21. Jan. Monarcha Juris appellatus: docuit Erfordiæ

diæ & Wittebergæ. Libri extant de Proceſſu Judiciario. Conſilia.

Ulricus Hutten, Eques Francus natus 1488. obiit 1523, d. 29. vel 31 Aug. Magiſter Philoſophiæ, Poeta & Orator inſignis. Miles etiam. Scripta carmine & proſa contra Pontificios, & Ulricum Wurtemb. [aliaque illius opuſcula magnam ingenii libertatem & acrimoniam oſtendunt, præſertim expoſtulatio cum Erasmo Roterodamo, cui hic Spongiam opposuit: cum tamen ipſemet occaſionem certamini præbuiſſet *epiſtola ad Marcum Laurinum ſcriptâ*, quæ extat *lib. 23. ep. 6.* Conferri etiam hic merentur *Joach. Camerarius in vita Melanchth. p. 92. ſqq. Pantaleon de vir. Illuſtr. Germ. Part. III. p. 65. & Seckendorf. hiſt. Luther. Ind. 1.*]

De Conradi Mutiani Rufi, Hoemburgi in Haſſia nati & 1526 d. 30. Mart. Gothæ mortui ſcriptis pauca ab aliis edita.

Udalricus Zasius 1461. Conſtantiæ natus, moritur 1535. d. 24. Nov. Friburgi docuit. Scripta partim ipſe partim poſt obitum alii ediderunt. *Pantaleon de vir. Illuſtr. Germ. Part. III. p. 14.*

Chi-

Chilianus König, Zuiccaviæ na-
us, edidit Proceſſum Judiciarium,
oruit 1527.

Bilibaldus Pirckheimerus, Nori-
ergæ naſcitur 1470. moritur 1530.
. 22. Decembr. Vir & Senator rebus
toga & ſago geſtis, eruditione, &
riptis clariſſimus, idemque eximius
erum antiquarum ſcrutator. *Panta-
on l. c. p. 60.* Encomium ejus extat
Epiſt. Eraſm. lib. 26. ep. 33.

Claudius Cantiuncula, Meten-
, floruit circa annum 1530. Scripta
us recenſet *Pantaleon l. c. p.* 148.

Gregorius Haloander, Zuicca-
æ natus, moritur 1532. Hofman
ias dictus. Editione & emendatio-
Corporis Juris celeberrimus, quip-
quod innumeris mendis nævisq;
blatis ad novam quandam venu-
atem redegit. Scripſit prætereà in
re plura alia.

Nicolaus Everardus, Middelbur-
enſis natus 1462. moritur 1532. d. 9.
ug. Mechliniæ. Scripſit Topica ju-
s. &c. *Pantaleon l. c. p.* 350.

Jacobus Spigelius, Seleſtadii na-
itur 1483. floret ann. 1536. Conſi-
arius Cæſareus, Argentorati magna

in auctoritate. Scriptis celebris, qua
recenſet *Pantaleon de vir. Illuſtr. Germ*
P, III. p. 102.

JOANNES METZLERUS, Græce & La
tine doctus, docet Vratislaviæ, & Scri
pta edit. moritur 1538. d. 2. Octobr.

CONRADUS PEUTINGERUS, Auguſta
natus 1465, moritur 1547. d. 28. De
cembr. Ejus noti ſermones conviva
les, [in quibus multa rara de m
randis Germaniæ antiquitatibus ha
bentur. *Pantal. l. c. p.* 29. Memoriai
illius apud doctos renovavit Tabu
Peutingeriana â Marco Velſero edita

JO. LANGUS, Freiſtadienſis Sileſiu
floruit circa ann. 1548. obiit 156
Ex Græco plura tranſtulit. Legati
nibus multis dextre functus.

JO. SICHARDUS, Biſchoffshemii
Tubarum natus moritur 1552. d.
Septembris, cum docuiſſet Baſile
Friburgi & Tubingæ. Scripta ej
poſthuma. *Pantaleon l. c. p.* 217.

Quamquam alias eorum tantu
nomina hic ponuntur, qui ſcript
editis ſunt celebres, JACOBUM tame
STURMIUM, diligenter *Melch. Adar*
memoratum, præterire non deb
mus, auctorem Scholæ Argentor
te

nſis, & munificum Patronum. Add.
ntaleon l. c. p. 361.

Hieronymus Schurffius, Helve-
us, obiit 1554. d. 6. Junii. ætat. 74.
Vittebergæ & Francofurdiæ ad Via-
um Jus docuit 50. per annos. Con-
ia ejus extant.

Medicis Germanis huc perti- Medici.
nentibus deſcribit *Melch. Adamus*
uilielmum Copum, Baſileenſem,
i ſub ann. 1520. floruit verſis è Græ-
s quibusdam, præſertim Galeni
eribus, celebrem.

Erasmum Stellam, eodem tem-
ore celebrem Scriptorem Antiqui-
tum Boruſſiæ, de gemmis, com-
entarii de populis & rebus priſcis
æ inter Salam & Albim.

Henricum Cornelium Agrippam,
olonienſem, natum nobili familia
486. mortuum 1534. Doctorem ju-
s & medicinæ, militemque, deniq;
yndicum Metenſem, inde Medi-
um in urbe Gebennarum & Fri-
urgi, hic variis muneribus & locis
iſtractus. Jovii narrationem de ca-
e ejus refellit Jo. Wierus, familiaris
grippæ. Magia ejus naturalis & de
va-

vanitate Scientiarum libellus, exta
[Falſò autem eidem inſcribitur lib
IV. de occulta Philoſophia, teſte e
dem *Wiero de Præſtigiis Dæmon. lib. 2. c*
Reformatæne an Pontificiæ religio
ipſe fuerit addictus, dubitatur. Ill
affirmat Delrio & Ad. Tannerus; h
vero Naudæus in apolog. cap. 15. V
Gisb. Voëtius Part. 3. diſſert. Select. Th
log. diſp. de magia p. 616.]

OTTONEM BRUNFELSIUM, Mogu
tinum, qui moritur Bernæ 1534.
23. Nov. Argentorati docuit, ſc
pſitque Theologica & Medica.

EURICIUM CORDUM, Simeshuſiu
Haſſum, qui Erfordiæ, Marpurgi
Bremæ docuit, variaque in arte M
dica ſcripſit.

JEREMIAM TRIVERUM BRACHELIU
Lovanii, ubi Medicinam docuit, 15
defunctum, cujus in *Hippocratem*, G
lenum & Corn. Celſum extant *Comm*
tarii. Paradoxa item *variarum diſpu*
tionum argumenta & alia.

THEOPHRASTUM PARACELSUM
(Bombaſt von Hohenheim) natu
1493. familia nobili, denatum 154
d. 24. Sept. non 1551. ut volunt al
Baſileâ iratus diſcedit; Juvaviæ ſ. S

burgi mortuus ac ſepultus. Scri-
a ejus extant plurima [tam Theo-
gica, quàm Medica & Philoſophica,
quibus prolixe egit *Morhofius in*
ſtola de Transmutatione metallorum.
ilosophiam ejus Thomas Eraſtus
pugnavit. Omnes ante ſe Medi-
s contemſit, ac novam inſtituit
edicinam, quam Hermeticam ab
ermete Trismegiſto vocari voluit.
ter cæteras ejus Medicinas cele-
atur *Laudanum*, quod alii lapidem
iloſophorum fuiſſe exiſtimant. In
eologia quoque nova & impia
gmata amplexus eſt. Adhæc ſor-
bus monſtroſorum terminorum à
confictorum valde infamavit ſuam
ctrinam; cumque de incantatio-
bus & exorciſmis morborum ma-
cis agere cœpiſſet, in magiæ ſuſpi-
onem incurrit, quam tamen diluit
abr. Naudaus. Confer. & H. Conringii
troduct. in art. Medicam p. 53. & 65. ſq.]
Præter hos *Melch. Adamus* recen-
t etiam *Georgium Pylandrum. Güb.*
ongolium, Jo. Pfeil, Valer. Cordum, Euri-
i filium, Medicum & Botanicum
xquiſitiſſimæ doctrinæ, *Georg. Sturm*
um, Auguſtin. Schurfium, AlbanumTho-
rinum;

rinum ; Joachimum Vadianum, ſcript
admodum celebrem, *Jodocum Will*
chium ; Hieronymum Tragum, *Gemma*
Friſium, mathematicis inprimis ſcr
ptis clarum, *Georgium Agricolam*, m
tallicorum ſcriptorem, *Andr. Grund*
rum & Henr. Munzingerum.

Philoſophi. IN PhiloſophisGermanis enumer
Melch. Adamus : JOANNEM CAPNI
NEM, (Reuchlin) Phorcenſem, natu
1455. d. 28. Decembr. denatu
Stutgardiæ 1522. d. 30. Junii. [ma
ergo annum ejus emortualem 15
ponunt *Pantaleon de Illuſtr. Germ. Scri*
Part. III. p. 13. Theod. Beza in imagin
virorum doctrina Illuſtrium lit. c. II.
alii.] Scholaſticam & aulicam vita
expertum, Hebraicæ in Germania
teraturæ, & primarum literarum
ſtauratorem. [Cujus vitam deſc
pſere breviter *Jo. Bismarcus* & *Geo*
Pflugerus, plenius verò *Jo. Henr. Majn*

CHRISTOPHORUM LONGOLIUM, Mac
linienſem, mortuum 1522. d. 7. S
ptemb. æt. 34. [cujus vita ipſius ep
ſtolarum libris præfixa eſt, elogiu
in *Scævolæ Sammarthani elog. lib. 1. p.*
ſq. legitur.] Scripta ejus diverſi gen
ris ſunt. P

Petrum Mosellanum, Protegen-
em, denatum 1524. d. 19. April. æt.
1. qui Lipſiæ docuit, verſionibus è
Græco, & Rhetoricis Scriptis clarus.
[Jo. Frobenium, Hammelburgi in
rancoñiâ natum, denatum 1527. Ba-
leæ, ubi officinam Typographicam
peruit, & optimos quosq; auctores;
nprimis Eccleſiæ Patres excudendo
nagnum ſibi nomen in erudito orbe
eperit. Ei epitaphium poſuit Eras-
nus, qui & illius in rem litera-
iam ſtudium impenſe laudavit *lib. 2.
piſt.* 1, & 13.]
Albertum Durerum, natum Nori-
ergæ 1471 d. 20. Maji, denatum 1528.
. 6. April. Cæſaribus & Principibus
ratum, picturæ ſcientiſſimum. Ex-
ant opera ejus Mathematica.
[Huic nos meritò addimus Lucam
Cranachium, pictorem pariter hac
ætate inſignem, & pietate ac fide er-
ga Electorem captivum, Jo. Frideri-
cum ſingulari ſatis notum, qui Ico-
nes contra Pontificem edidit. *Secken-
dorf. hiſt. Luther. Ind.* 1.]
[Neque hic omittendus Jo. Hol-
benius, vulgò Hans Holbein dictus,
pictor Baſileenſis celeberrimus, qui
Lon-

Londini in Anglia 1554. peſte corr
ptus, deceſſit. Ejus picturæ in M
gnatum aulis theſauri loco habe
tur.]

Joannem Cuspinianum, ſ. Spie
hammer/Suinfurtenſem (obiit 152
Maximiliani Cæſaris Oratorem
Conſiliarium, cujus vitam deſcrip
Nic. Gerbelius, quæ Cuſpiniani Cæ
ribus præfixa eſt. Add. *Pantal. de vi*
illuſtr. Germ. Part. III. p. 11.

G. J. Voſs. d. Scient. Mathem.

Joannem Stoeflerum, Juſtinge
ſem, 1452. d. 10. Decembr. natum
mortuum 1531. d. 16. Febr. Tubing
Matheſin docuit; ſcripta conſerv
vit Munſterus, diſcipulus.

[Margareta Auſtriaca ſ. Flandr
ca, Maximiliani I. Imp. ex Maria Bu
gundicâ filia unica, 1532. morit
Mechliniæ, prudentiæ laude & li
guarum artisque Poëticæ peritiâ
luſtris.]

G. J. Voſs. d. Hiſtor. Lat. lib. 3. c. 10.

Joannem Aventinum, Abenſpe
genſem, natum 1466. denatum 153
d. 9. Januarii. Annalium Bojoru
author eſt.

Hermannum Buschium, Weſtph
lum, nobili genere natum, mortuu
1535. ex Ciceronis epiſtolis Latin
f

acundum. [Docuit is Heidelbergæ, ovanii, Lipſiæ & Marpurgi, multaq; ratione tum ſoluta tum ligata ſcri- ſit. *Pantaleon de vir. illuſtr. Germ. Part. II, p. 101.*]

Conradum Goclenium, Paderbor- enſem Weſtphalum, natum 1485. enatum 1535. d. 24. Jan. Scholia ejus Tullii officia: Luciani Hermoti- nus: Eraſmum in Adagiis aliisque vat. [Idemque ejus hortatu pri- us Lovanii in Collegio trilingui uslidiano Latinæ linguæ Profeſſor éſignatus eſt.]

Joachimum Fortium Ringelbergi- , Antuerpienſem, mortuum 1536. rciter. Scripta ejus plurima, etiam *orhofio in Polyhiſt.* laudata.

Desid. Erasmum Roterodamum in- r eruditionis Principes, natum 467. d. 28. Octobr. [quanquam non oterodami, ſed Gaudæ natum fuiſſe ult *Th. Janſ. ab Almeloven in Amœnit. hilolog.*] mortuum Baſileæ 1536. m. l. De eruditione, libris, honori- us & inimicitiis è ſcriptis ejus judi- um ferendum. [Multos is Patres ac eteres auctores recenſuit, ac varia m Theologica, quàm literaria ſcri-

pta edidit, nempe interpretationem N. T. in illudq; notas, Epiſtolas, Colloquia, adagia & plurima alia. In religione fuit verſipellis, cauſæque Lutheri multum nocuit, ſed dum nimis liberè corruptos Cleri Rom. mores notavit, odium Pontificiorum incurrit acerrimum. *Pantaleon l. c. p.46* *P. Jovius in Elogiis n. 95. Seckendorf. l. c* *Ind. 1. Swertius Athen. Batav. p. 206* Vitam ejus *B. Rhenanus*, Scriptorum Syllabum *Conr. Goclenius* & *Hadrianu* *Barlandus*, vorſâ ille, hi proſâ oration conſignarunt. Varia de eo judicia & elogia vid. *Gerhard. Patrolog. p. 69* *edit. recent. Tob. Magiri Eponymolog. Cri* *p. 315. ſqq. Monumenta & Elogia Illuſt* *viror. â Gisberto â Zyll edita p. 26.* D Erasmi ſcriptis expurgatis vid. *Poſſ* *vinus Appar. Sacr. T. I. p. 419.* De Poë verô *Bailletus de Poëtis Tom. IV. Par* *III. artic. 1263.* Add. *Freher. p. 1443.*

JOANNEM SECUNDUM, Hagienſe Batavum, natum 1511. mortuum 153 d. 1. Octobr. Poeta præclariſſim fuit, ut opera Lugduni Batavor. â P tro Scriverio edita docent. [Vid. *A* *Miræus in elog. Belg. p. 200. Val. An* *Deſſelius Biblioth. Belg. p. 561. Melch. A*

i vit. Philoſ. p. 102. Beza ap. König. in iblioth. p. 744. Ol. Borrich. diſſ. 5. de oët. p. 147. it. Iſ. Bullart. de l' Acad. des ienc. tom. 2. l. 5. Baillet. de Poëtis Tom. 4. art. 3. artic. 1263. & de infantibus in udiis celebribus num. 35.]

[RENERUS SNOJUS, Goudanus, 1537. biit. Scripſit de arte Poëticâ, eſſenâ animæ, Sophologiam, item de reusBatavicis libros XIII. ab O. M. usq; d initia Caroli V. Imp. in ultimis tanen antiquitatibus nimis eſt fabuloıs. Vid. *Franciſc. Suertius Annal. Belg.* 204. *Freher. p.* 1224.]

JOANNEM CARIONEM, Mathematicum Chronographum, natum 1499. nortuum Berolini 1538. Chronici uthorem.

HELIUM EOBANUM HESSUM, natum n Haſſia 1488. mortuum 1540. d. 5. Octobr. Poëſi clarum. de quo præter *Adamum* agit *Bailletus de Poëtis Tom. IV. Part. III. articulo* 1270. *Freher. p.* 1444.

SIMONEM GRYNÆUM apud oppidum Veringam natum 1493. mortuum 1541. d. 1. Aug. Multa è Græco vertit, & alia edidit. [Heidelbergæ & Baſileæ docuit, conventui Francofurtenſi & Colloquio Wormatienſi in-

terfuit. *Adamus in Vit. Philoſ. p.* 118. *Secken-dorf. Hiſt. Luther. Ind.* 1. *Freher. p.* 1446.]

Alardum Amstelredamum mortuum 1541. Lovanii docuit, plura ſcripſit, inprimis Rodolphi Agricolæ opera emendavit & edidit *Freh. p.* 1445

Hadrianum Barlandum à pago patrio ita dictum, natum 1482. mortuū 1542. Scripta ejus Hiſtorica ſunt & Philologica, de quibus vid. *ipſius vita hiſtoriæ præfixa,* & *Valerii Andreæ Biblioth. Belgic. p.* 8. & *Faſti Lovanienſes.*

Nicolaum Clenardum, Dieſtemium mortuum 1542. linguis pluribus eruditum, ſcriptisque, præſertim Grammaticis, clarum. *Freher. p.* 1446.

[Obiit eod. anno 1542. Marpurg Gerardus Noviomagus, Gerard Goldenhaurii filius, Carolo V. Cæſar à ſacris, rerumque Batavarum Scriptor diligens ac fidus. *Voſſius de hiſt. Lat. lib. III. c.* 10.]

Nicolaum Copernicum natum Torunii 1473. d. 19. Febr. mortuum 1543. mathematicum, ob novam de Terræ motu ac Sole in Mundi centro quieſcente hypotheſin, celebrem, cujus vitam & philoſophiam Gaſſendus deſcripſit. *Freher. p.* 1447

[Eod

[Eod. an. 1543. d. 10. Novembr. mortuus eſt MATTHÆUS AUROGALLUS, linguæ Ebraicæ Wittebergæ Prof. cujus operâ in vertendis Bibliis uſus Lutherus. Edidit Grammaticam Ebraicam. Vid. de eo *Oratio Jo. Bumarci in vit. & reb. geſtis præcipuor. Theologor.*]

HIERON. GEMUSÆUM, Mulhuſinum Alſatum, Medicum & Philoſophum præſtantiſſimum, natum 1505. mortuum 1545. d. 29. Jan. Glareani diſcipulum. Strabonis Epitomen vertit, aliaque ſcripſit.

JO. SCHONERUM, Carolſtadienſem Francum, Mathematicum excellentem, 1477. natum. d. 16. Jan. denatum 1547. d. 16. Jan. Noribergæ docuit, correxit & auxit tabulas Aſtronomicas: edidit Regiomontani opus genethliacum. &c. *Freber. p.* 1450.

BEATUM RHENANUM, natum 1485. Rhenaci, denatum 1547. d. 20. Maji, præclare meritum de *Tacito, Tertulliano, Plinio, Livio, Vellejo.* multa è Græco vertit, Res Germanicas illuſtravit, (quas 1693. auctiores edidit *Jac. Otto.* Vitam ejus deſcripſit *Jo. Sturmius*, quæ ipſius libris rerum Germ. eſt præfixa.

G. J. Voſſius de hiſt. Lat. lib. III. c. 10.

[Inſerendus hic HERMANNUS BON-NUS, Osnabrugenſis, ex Scholæ Lubecenſis Rectore, Eccleſiarum iſtius Civitatis Superintendens, an. 1548. d 12. Februarii mortuus. Edidit i idiomate Saxonico *Chronicon Lubecenſ* ab illius urbis primordio usque a an. 1539. perductum, inque tres libros tributum, & â Juſtino Gobler Latinè redditum. Judicium de e vid. in *Jo. Molleri Iſagoge ad hiſt. Cimb* *Part. IV. p.* 434. *ſq.*]

BERNHARD. ZIEGLERUM in Miſni natum familia nobili anno 1496. 1 Nov. denatum 1552. d. 1. Jan.

[Diverſus ab hoc eſt JACOBU ZIEGLERUS, Lindavus, vir exquiſit doctrinæ, 1549. mortuus, qui Terr Sanctæ deſcriptionem edidit.]

PETRUM APIANUM (Binnwitz) Lei nicenſem Miſnicum, mortuum 155 d. 21. April. Mathematicum illuſtren [& Carolo V. Imp. gratiſſimum, q eum Ingolſtadio, ubi Matheſin d cuit, accerſitum equeſtri dignita ornavit. In iisdem quoque Math maticis diſciplinis excelluit ipſius f lius atque ſucceſſor, PHILIPPUS.]

S

Sebast. Munsterum, Ingelhemii natum 1489. denatum 1552. d. 23. Maji. Hebr. & Mathem. opera & Coſmographia illum celebrem reddunt.

Jo. Marcellum, natum Regiomonte ad Mœnum ſub anno 1510. denatum 1552. ipſo Natali Chriſti.

Joann. Rivium, Saxonem, natum 1500. Atthendorii, Weſtphaliæ oppido, denatum 1553. d. 1. Januar. Scripſit in Terentium, Saluſtium &c. etiam Theologica.

[Eod. anno obiit Erasmus Reinholdus, Salfeldenſis Thuringus, Mathematicus excellens, docuit Wittebergæ, remque Aſtronomicam maxime illuſtravit, natus 1511. *Thuan. lib. XII. p. 377.*]

Xystum Betuleium (Birck), Auguſtæ Druſi natum 1500. denatum 1554. d. 19. Junii. Scripta ejus ſunt varia.

[Eod. anno 1554. deceſſit Baſileæ Sigismundus Gelenius, Bohemus, Joſephi, Juſtini Martyris, Dionyſii Halicarnaſſæi interpres celebris.]

[Martinus Lipsius, nobili familiâ Bruxellis in Brabantiâ natus, Juſti Lipſii avunculus, obiit 1555. ſtudiis

 Theo-

Theologicis & humanioribus unicè deditus. Edidit Auguſtinum, Hilarium, Manilium, Macrobium, Symmachum &c. *Ghilin. Theatr. Lit.* ex eoque *Freher. p.* 164.]

[JO. SLEIDANUS, natus 1506. Sleidæ in oppido ad Eiſlam, unde & cognomentum accepit, obiit Argentorati 1556. Hiſtoricus ſui ſeculi facile princeps. In Angliam Proteſtantium, & ad Concilium Tridentinum reipubl. Argentoratenſis nomine miſſus legatus eſt. Scripſit *Orationes duas*, unam ad Carolum V. Imp. alteram ad Germaniæ Principes, in quibus de Papatu & cauſâ religionis tractatur; *libellum de IV. Monarchiis*, ſæpius cum eruditorum virorum notis recuſum, & ab Ægidio Strauchio atque C. S. Schurzfleiſchio continuatum; *Commentarios de ſtatu religionis & reip. in Germania* libris XXV. ab an. 1517. usq; ad 1556. perductos, & in Germanicam, Italicam Gallicamque linguam converſos, atque â Mich. Caſp. Lundorpio, Oſeâ Schadæo aliisque deinceps continuatos. Tranſtulit & ex Gallico in Latinum *Philippi Cominæi de rebus geſtis Ludovici XI. Gall. reg. &*

Ca-

roli Ducis Burgund. deque bello Neapo-
no Commentarios, item *Claudii Seſellii*
republ. Gallorum & regum officiis li-
s duos, nec non *Jo. Froſſardi*
oriam Gallicam. Vitam ejus de-
pſerunt *Jo. Jac. Boiſſardus, Henr. Pan-*
on, Mich. Beutherus, Melch. Adamus
alii, inprimis *Caſp. Sagittarius Intro-*
t. ad hiſt. Eccleſ. â p. 105. *usque* 118.
illius vitâ & ſcriptis horumque
erſis editionibus fuſius egit.]
[VITUS AMERBACHIUS, Philoſo-
is, obiit Ingolſtadii 1557.]
PETRUS NANNIUS, Belga, Canoni-
Atrebacenſis, natus 1500. mor-
s eod. anno 1557. Literas hu-
niores in Collegio Buslidiano Lo-
nii 18. annos docuit, multosque
ctores ſacros & profanos in lin-
am Latinam convertit aliaq; ſcri-
edidit. *Freher. p.* 1456.]
cæteris gentibus ſparſim ponem9.
[THOMAS LINACER, Anglus, Gram-
ticus, Poëta & Medicus inſignis,
Henrici IIX. Angliæ regis Archia-
, vir Græcæ Latinæq; linguæ ſcien-
ſimus, nat. 1461. mort. 1524. Scripſit
dimenta Grammaticæ, quæ ex Angli-
ſermone in Latinum convertit
eorgius Buchananus. it. *de Latini*

Ff 5 *ſer-*

ſermonis emendata ſtructura libros omnium in hoc genere præſtanti mos. Ex *Galeni* Operibus in La num tranſtulit *de Temperamentis lib III. de inæquali temperie librum uni methodum medendi,* vel *de morbis cur dis libros XIV. de tuendâ ſanitate lib VI. de naturalibus facultatibus libros de pulſuum uſu librum I.* Conve quoque. *Spharam Procli.* De e laudibus extat *oratio Mich. Barthii pſiæ excuſa. Freherus p.* 1220.]

[THOMAS MORUS, Anglus, T ologus, Philoſophus, Orator, Hiſt cus, Poëta, & ejusdem regis, Hen IIX. Cancellarius, cujus divorti cùm probare nollet, Londini ſe percuſſus eſt 1535. Conſignavit chardi III. & Eduardi V. Angliæ gum hiſtoriam, tum & Utopiam Platonicæ reipubl. imitationem ſcripſit, extantque nitida illius grammata. Opera ejus Lovani Francof. prodierunt. De eo *Eraſmi epiſt. libr.* 27. *ep.* 8. 9. 10. & *Ciceroniano p.* 174. *Jov. in elog. Lab Tom.* 2. *p.* 445. *Pitſeus de Script. A fol.* 719. 764. *Voſſ. de hiſt. Lat. lib. c.* 13. & *Anonymi rerum Anglic. An lib.* 1. *p.* 180. *ſq. Freher. p.* 813.] [

[Jo. Fischerus, Anglus, Epiſcopus
ꝍffenſis, Presbyter Cardinalis, ex
dem, qua Morus,cauſa eodemque
mpore capite plexus eſt. Contra
ticulos Lutheri, quos Pontifex Leo
damnaverat, ſcripſit, librumque
captivitate Babylonica refutare
t aggreſſus, it. de Euchariſtia con-
a Oecolampadium diſputavit. As-
rtionis quoq; Sacramentorum VII.
omine Henrici IIX. Angliæ regis
ontra Lutherum publicatæ auctor
ellarmino aliisque creditur. Vid.
hilip. Labbeus de Scriptor. Eccleſ. Tom. 1.
602. *Seckendorf. hiſt. Luther. Ind.* 1.
erhard. Patrol. p. m. 683. *Freher. p.* 109.]

[Robertus Barns ſeu Barnus,
Theol. Anglus, Londini ob puriorem
eligionem 1540. exuſtus, etſi anteà
rege Henrico IIX. in cauſa divortii
Wittebergam eſſet miſſus, ubi & ejus
bellus de vitis Rom. Pontificum
criptus, & cum Lutheri præfatione
535. excuſus eſt. *Sleid. lib.* 13. *p. m.* 370.]

[Thomas Crammerus in Angliâ
489. natus, martyrio affectus â Ma-
riâ regina 1556. Exortâ in Germa-
niâ Evangelii luce Biblia ſacra dili-
genter legit. Hinc propter inſignem
do-

doctrinam Archiepiſcopus Cantu
rienſis factus, Eccleſiam Anglicana
reformare eſt aggreſſus. Anglic
no idiomate multa ſcripſit,ut cont
primatum Papæ libros duos, cont
Purgatorium, confutationes veri
tum non ſcriptarum,& alia. V
Balæum cent. 8. Burnetum hiſt. refor
Anglic. p. 176. Sleidan. lib. 12. p. 346. l
18. p. 566. lib. 25. p. 807. 808. 813.
ckendorf. hiſt. Luther. Ind. 1. Freher p.3

[CLAUDIUS SESELLIUS, Gallus, JCt
valdè celebris, poſtea Epiſcopus Ma
ſilienſis & Ludovici XII. Galliæ reg
ad Pontif. Leonem X. Legatus, ob
1520. Scripſit libros 2. de republ. Ga
liæ & regum officiis ſermone Gallic
à Jo. Sleidano Latinè redditos, pr
tereà Thucydidem & quædam X
nophontis, ac hiſtoriam Eccleſiaſ
cam aliaque multa Gallice verti
tum in leges atque Jus Civile qu
dam commentatus eſt. *Freher. p. 25.*

[SYLVESTER PRIERIAS, Pedemo
tanus, Dominicanus, Sacri Palatii m
giſter, ac omnium primus Luthe
adverſarius, obiit 1520. d. 20. Octob
Sleidan. lib. 1. p. 3. & 4. Seckendorf. hi
Luther. Ind. 1. De ejus Scriptis con
Ger

b.Patrol.p.m.681. *Labbeus de Script.*
leſ.Tom.2.p.373.]

[LUD. CŒLIUS RICHERIUS RHODI-
ius, gente Richeria nobili 1450.
tus, obiit eod. an. 1520. primò Fer-
iæ Eloquentiæ fuit Profeſſor, dein-
â Ludovico XII. Galliarum rege
ediolanum vocatus, Latinas & Græ-
literas ibi docuit, poſteà verò Pa-
ii. Edidit *antiquarum Lectionum li-*
s 30. inque *Plinii hiſt. Natural.* & *de*
. *Romanæ hiſtoriæ Scriptorum vitis*
pſiſſe dicitur, quæ nondum ſunt
ta. *Voſſius de hiſt. Latin. lib.* 3. *p.* 814.
de Idolol. l. 3 *p.* 1184. *Freher. p.* 1437.]

[NICOLAUS LEONICENUS, Vicenti-
s, Medicinæ Prof. Ferrariæ, obiit
24. d. 8. Jun. ætat. 96. vir in Græcis
tinisque literis eruditiſſimus, & pu-
ris elegantiorisque Medicinæ as-
tor præcipuus, & primus Galeni
erpres ac Commentator. *Freber.*
1220.]

[MARCUS ANTONIUS CASANOVA,
ëta lepidus & argutus, obiit Romæ
27. ſcripſit elogia heroum Rom.
eher. p. 1439.]

[NIC. MACHIAVELLUS, Florentinus,
ipublicæ patriæ â ſecretis, Cæſariq;
Bor-

Borgiæ à conſiliis, obiit 1529. ob in
genii acumen & exactam rerum Ci
vilium hiſtoriarumque peritiam ma
gis, quàm pietatem laudatus. Eju
extant de arte militari & ad Liviur
diſſertationes, vita Caſtruccii, hiſto
ria Florentina, quâ migrationes po
pulorum Septentrionalium, ruinar
Imperii Romani incrementaque Ro
manorum Pontificum & Florentin
urbis origines ac progreſſus totius
Italiæ ſtatum ab anno 1215. usqu
ad an. 1494. perſecutus eſt, item l
ber de principe, qui multorum d
verſa judicia expertus & refutatus e
inprimis ab *Ant. Poſſevino, Thomâ Boz*
& *Innocentio Gentilleto.* Errores ej
Politicos paſſim notarunt erudit
præcipuè *H. Conringius in animadverſ*
nibus ad ejus librum de Principe, & Mi
Hoynovius duabus diſſertationibus 168
Regiomonti editis. Varia de ipſo juc
cia & elogia diligenter collecta vi
in *Tob. Magiri Eponymologio Critico*
Eybenio aucto p. 545. ſqq. Libros illi
damnavit Clemens IIX. Pontifex, in
Indicem expurgatorium retulit.]

[Paulus Æmilius, Veronenſis, h
ſtoricus Gallicus, obiit 1529. d. 5. Jul

C

us de rebus geſtis Francorum ex-
hiſtoria, continuata ab Arnoldo
rono. *Voſſius de hiſt. Lat. lib. III. c.12.*
n. 674. & Onuphr. Panvin. Antiqu.
onenſ. lib. VI. p. 162. Judicium de eo
Bœcleri Cæſ. Germ. Præfat. ad Lector.]
[ACTIUS SINCERUS SANNAZARIUS,
ieſtris ordinis Poëta, obiit Neapoli
o. Scripſit Italica & Latina Car-
na elegantiſſima, quorum hæc
viſſimè 1689. Amſtelodami â Jano
oukhuſio, quamvis ſuppreſſo no-
ne, iterum ſunt edita cum erudi-
quibusdam notis. *Freher. p.* 1441.]
[Jo. MARIUS CATANÆUS, Novani-
is, eod. anno obiit. Comment. in
nii Secundi epiſtolas aliaque ſcri-
t. *Freher p.* 1441.]
[FRANCISCUS CIGALINUS, Medicus,
trologus & Philologus Comenſis,
iit eod. anno *Freher. p.* 1221.]
[Jo. FRANCISCUS PICUS, Mirandu-
& Concordiæ Comes, Jo Pici ne-
s, vir dignitate & doctrinâ præ-
ns, 1533. â patruo trucidatus eſt.
ujus opera tam ligato, quàm ſoluto
rmone ſcripta extant. De eo vid.
eander Albertus de vir. illuſtr. G. J. Voſ-
s de Hiſtor. Lat. lib. 3. c. 11. Freher. p.
64.] THO-

[THOMAS de VIO Cajetanus, pri
mò Generalis Dominicanorum, po
Cardinalis, obiit 1534. Scripſit Com
ment. in Scripturam S. exceptis Pr
phetis & Apocalypſi, in totam Sun
mam Thomæ, it. Summam Caſuu
Conſcientiæ, & opuſcula alia. *Secke
dorf. hiſt. Luther. Ind.* 1. *Labbeus Tom.*
p. 448.]

[PILIPPUS DECIUS, Mediolanenſi
JCtus famâ celeberrimus, obiit 15
d. 12. Octobris. Jura docuit Piſis, Ti
ni, Biturig. & Senis, Conſilia, Com
ment. de regulis Juris, in Decretal
Digeſta & Codicem ſcripſit. *Freher.*
814.]

[GALEATIUS CAPELLA, hiſtoric
Mediolanenſis, natus 1487. obiit 15
d. 11. Aug. *Freher. p.* 817.]

[JO. RUELLIUS, Philoſophus & M
dicus Sveſſionenſis, natione Gallu
eruditione Budæo proximus, ſed L
tini ſermonis nitore ſuperior, nat
1474. obiit 1537. Multa è Græco
latinum vertit, & tres libros de n
tura ſtirpium ſcripſit. *Petr. Caſtella*
vit. illuſtr. Medicor. p. 182. *Sammar*
elog. l. 1. *p.* 11. *Freher. p.* 1223.]

[AMELIUS ab AQUINO, Eques & JC
eximius, Vicentiæ obiit 1539.] FRA

FRANCISCUS GVICCIARDINUS, nobilis
orentinus & Hiſtoricus præſtantiſ-
mus, natus 1480. mortuus 1540.
.60. [Scripſit rerum ab an. 1464.
que ad an. 1532. in Italia geſtarum
ſtoriam, quam ex Italico in Latinum
anſtulit Cælius Secundus Curio.
ilin. Theatr. vir. lit. Jo. Imperialis Muſ.
ft. p. 98. *Freher. p.* 1444.]

GVILIELMUS BUDÆUS, Pariſienſis,
im Eraſmo de principatu eruditio-
s contendens, natus 1467. moritur
40. 17. Cal. Septembr. ætatis ſuæ
. *Sleidan. l.* 13. *p.* 370. *Sammarth. elog.*
. 1. *p.* 3. *Freher. p.* 820.

[SANCTES PAGNINUS, Italus, Theol.
rd. Prædicatorum, Latinè, Græcè,
braicè, Chaldaicè & Arabicè doctiſ-
mus, Lugduni in Gallia 1541. mor-
ius eſt an. ætat. 70. Bucholzerus &
lii obitum ejus ad 1536. annum re-
erunt. Scripſit Grammaticam Ebra-
cam & Græcam, & Iſagogen ad my-
ticos Scripturæ ſenſûs, idemque pri-
nus poſt Hieronymum Codicem Sa-
rum Vet. T. in Latinum magnâ fide
onvertit.]

[Jo. LUDOVICUS VIVES, Valentinus
Hiſpanus, Theol. & Philologus famâ

notiſſimus,natus 1500. denatus Lovanii eod. an. 1541. al. Brugis Flandror. 1543. al. 1536. Varia ſcripſit opuſcula â *Nic. Antonio in Biblioth. Hiſp. p. 554* recenſita,& Baſileæ ac Brugis conjunctim edita. *Freher. p.* 1448.]

[HIERON. ALEANDER, Forolivienſis, Archiepiſcopus Brunduſinus & Cardinalis,obiit 1542. Latinæ,Græcæ Ebraicæque linguæ fuit peritiſſimus & Pontific. in Germaniam Legatus. Pontificem contra Proteſtantes ſtimulavit, in Belgio contra eosdem ſævit. *Seckendorf. hiſt. Luther. Ind.* 1.*Paul Jovius in Elogiis, & Monumenta Illuſtr. viror. â Gilb. Zyllio edita p.* 55.]

ALPHONSUS à CORDUBA viam Nominalium introduxit, obiit 1542. *Biblioth. Hiſpan. p.* 262.

[CASP. CONTARENUS, Patritius Venetus & Cardinalis obiit 1543. De magiſtratibus & republ. Venetorum libros V. & alia ſcripſit. Vitam ejus deſcripſit *Jo. Caſa, Epiſcopus Beneventanus. Freher. p.* 30.]

[POMPONIUS GAURICUS, Poëta celebris,& Lucæ Gaurici, Aſtrologi frater eod. an. obiit. *Freher. p.* 1448.]

JO. ANTONIUS RUBEUS, Patritius

Ale-

lexandrinus, ſupremi Senatûs Sa-
udiæ Senator, Eques Comesque
æſareus, JCtus ac primùm Ticini,
einde Valentiæ, tum Taurini, po-
remò Patavii Profeſſor, obiit 1544.
. Kal. April. Extant ejus Opera ju-
dica. *Freber. p.* 822.

ANTONIUS GUEVARA, Hiſpanus Epiſco-
us, & Caroli V. Imper. Conſiliarius
biit eod. ann. 1544. d. 10. April.
Scripſit de vitæ aulicæ moleſtiis &
rivatæ commodis; Epiſtolas & dis-
rtationes; Horologium Principum,
u de vitâ M. Aurelii Imp. qui ta-
nen liber ad laudes potius boni Prin-
ipis, quàm ad hiſtoricam veritatem
ompoſitus eſt. Opera ejus omnia
Iiſpanicè ſcripta in multas alias lin-
uas translata ſæpiusque edita ſunt.
Vid. *Ghilin.* Judicium de eo in *Ruperti*
Obſervat. ad Flori lib. II. 17, 17.]

[Eod. anno deceſſit ÆLIUS ANTO-
NIUS NEBRISSENSIS, Salamancæ, poſtea
Alcalæ Eloqu. Prof. qui primus bo-
nas literas in Hiſpaniâ excitavit. Ex
Grammatico ac Rhetore factus hiſto-
ricus regius; reliquit Decades duas
de rebus geſtis Ferdinandi Catholici
& Iſabellæ, è quibus tamen plagia-

 rio-

riorum culpâ aliquot libri perierun
Idem quoque libros duos de bell
Navarienſi ſcripſit. *Paul. Jov. in elog*
G. J. Voſſius de hiſt. Lat. lib. III. c. 11. *Fre*
ber. p. 1448.]

[Jo. Magnus, genere nobili ortu
Præſul Upſalienſis, eod. anno Rom
in egeſtate obiit, quò ſe odio inſtau
ratæ per Guſtaphum I. religionis cor
tulit, ſecumque præcipua rerum Sue
cicarum monumenta attulit, ex iis
hiſtoriam Gothorum Sveonumqu
confecit. Ei quidem frater, Olau
Magnus, â Pontif. Paulo III. ſucce
ſor datus: ſed â nemine in Svec
pro Archiepiſcopo agnitus eſt, q
pariter de gentibus Septentrional
bus hiſtoriam 1555. Romæ in exili
edidit. *Mich. Wexionius in deſcript. Sve*
cap. 5. *lib.* 10. *n.* 34. *Zeill. hiſt. Chron*
celebr. Part. II. p. 90]

Clemens Marotus, Cadurcenſis
Gallicus Poëta, patrii Carminis in
ſtaurator, cætera ineruditus, Taurin
1544. mortuus, *Sammarth. elog. lib.*
p. 24. *Bailletus de Poëtis Tom. IV. P. II*
art. 1275. *Freber. p.* 1449.

[Theophilus Folengus, Mantuanu
Poëta ſingularis, auctorque Poëma
ti

s Macaronici, natus 1494. obiit eod.
n. 1544. *Freher. l. c.*]

[Ludovicus Bucaferreus, Bononi-
ſis Philoſophus, obiit 1545. *Freher.*
1449.]

Franciscus Victoria, Hiſpanus,
heol. Prof. Salmanticæ, obiit 1546.
Primus is in Hiſpania ſcholaſticam
heologiam excitavit. Scripſit Re-
ctiones Theologicas, Commenta-
os in univerſam Summam Thomæ
in IV. libros ſententiarum. *Biblioth.*
iſpan. Tom. 2. p. 232. Freher. p. 148.]

Jacobus Sadoletus, Mutinenſis Car-
inalis, [Epiſcopus Carpentoracten-
s, vir eloquentiſſimus, natus 1478.
nortuus 1547. *Ghilin. Thuan. l. III. p. 99.*
o. Imperial. Muſ. hiſt. p. 24. Bailletus de
Poëtis Tom. IV. Part. III. artic. 1280. Fre-
her. p. 31.]

Petrus Bembus, Venetus, Cardina-
is, vir doctiſſimus & eloquentiæ Ci-
ceronianæ ſummus imitator, natus
1470. obiit 1547. Opera extant Itali-
ca & Latina. de his omnibus viden-
dus *Ghilin. Theatr. Vir. litterat. Jo. Im-*
perialis Muſeum hiſt. p. 20. Thuan. L. III.
p. 99. Bailletus de Poët. Tom. IV. P. III.
Art. 1281. Freher. p. 30.

Jacobus Faber, Stapulenſis, eod a
obiit. bonas literas in Gallia inſta
ravit ſub Franciſco I. ubi aureum ſ
culum. [De ejus cum Theologis P
riſienſibus litibus vid. *Sleid. lib. 5. p. 14*
& P. Jovius in elog. Doct. vir. cap. 3.
Scæv. Sammarth. elog. lib. 1. p. 1. Thua
lib. XVII. p. 542. Freher. p. 149.]

Jacobus Tusanus, Græcæ, Franc. V
tablus, Hebraicæ linguæ in Gallia i
ſtauratores, uno eodemque die vi
exceſſerunt an. 1547. *Sammarth. el*
lib. 1. p. 19.

[M. Antonius Blancus, JCtus Pa
tinus, cujus extant Criminalia & a
Juridica. obiit 1548. *Freher. p. 824.*

Margareta Valesia, Franciſci ſ
ror, Navarræorum regina: poëti
ſtudioſa, & literarum patrona ob
an. 1549. *Thuan. lib. VI. p. 175. Sa*
marth. elog. lib. 1. p. 26.

[Andreas Alciatus, Mediolane
ſis, JCtus, Latinè Græcèque doctiſ
mus, natus 1492. mortuus Papiæ 15
(non, qui Imperialis & aliorum e
ror eſt, 1559.) 12. Januar. ætat. 5
m. 8. Jus docuit Biturigibus in Galli
Bononiæ, Ferrariæ & Ticini, omn
umque primus Juriſprudentiam a

veros fontes revocavit, priſtinoque nitori reſtituit. Opera ejus recenſet *Ghilin. in Theatro viror. literat.* Adde *Jo. Imperialis MuſeumHiſtor. p. 51. Thuan. lib. VIII. p. 264. & Laur. Schradæus* vel *Schraderus*, ut in Inſcriptione per errorem fortè typographicum legitur, *lib. 4. Monument. Ital. p. 356. b.*

[Egvinarius Baro, Leonenſis, JCtus & Prof. in Schola Biturigenſi, Jurisprudentiæ veteris inſtaurator, linguarum totiusque Philoſophiæ peritiſſimus, moritur 1550. d. 11. Cal. Septembr. *Sammarthan. elog. lib. 1. p. 49. Freher. p. 824.*]

[Carolus Sammarthanus, Scævolæ Medici filius, JCtus eod. an. obiit. *Freher. p. 824.*]

Jo. Georg. Trissinus, Patritius Vicentinus, natus 1478. obiit Romæ an. eod. Opera ejus varia. *Thuan. L. VII. p. 200. Jo. Imperialis Muſeum hiſtor. p. 43. Freher. p. 1452.*

[Hieronymus Cagnolus, Vercellenſis, Eques & JCtus, Patavii moritur 1551. Kal. Febr. Opera ejus in tres Tomos tributa ſunt.]

Jacobus Bonfadius, combuſtus 1551. Thuanus ipſum ſecuri percuſſum me-

morat *lib. 26. p. 808.* Annalium Genuenſium libros quinque ſcripſit, & alia, *Ghilin.*

[Jo. Baptista Montanus, Veronenſis, Medicinæ Prof. Patavinus, obiit 1551. Multa ſcripſit in re Medica diligenter recenſita à *Petr. Caſtellano vit illuſtr. Medicor. p. 185. Freher. p. 1232.*]

[Ambrosius Catharinus, Senenſis, ex Juris Cæſ. & Pontif. Profeſſore primùm Dominicanus, deinde Archiepiſcopus Compſanus, & Lutheri adverſarius, obiit 1552. Neapoli. De ipſo ejusque operibus vid. *Ghilin Theatr. literat. Franciſc. Ughellus Tom. VII Ital. ſacr. fol. 432. Gerhard. Patrol. p. m 687. Labbeus Tom. 2. p. 447.* Add. *Seckendorf. hiſt. Luther. Ind. 1. Freher. p. 34.*]

[Franciscus Xaverius, Navarrus, qui primus è ſocietate Jeſu fidem in Indiam invexit, obiit eod. an. 1552. cujus extant epiſtolæ, quas Horatius Turſelinus ex Hiſpanico in Latinum ſermonem tranſtulit, qui & illius vitam VI. libris deſcripſit. *Freher. p. 150.*]

[Paulus Jovius, Novocomenſis, Epiſcopus Nucerinus, idemque celebris ſui temporis hiſtoricus, obiit 1552. Scripſit hiſtoriam omnium pœnè

populorum ab anno 1493. ad an-
m 1540. elogia virorum bellica
tute illuſtrium, vitas item illuſtrium
ctorumque virorum & alia, ſtylo
idem eleganti, ſed non pari ubiq;
e. *Zeill. hiſt. Chronol. Part. 1. p. 76.*
ber. p. 1454. Caſp. Sagittarius Intro-
d. in hiſt. Eccleſ. p. 104.]

LAZARUS BONAMICUS, PhilologusPa-
vinus, obiit 1552. epiſtolarum ſcri-
or. *Thuan. l. XI. p. 350. Jo. Imperialis*
ſeum hiſtor. p. 76. Freber. p. 1453.

[FRANCISCUS DRYANDER, Hiſpanus,
d. anno mortuus eſt Argentorati.
quo diverſus Jo. DRYANDER, Medi-
æ & Matheſeos Profeſſor Mar-
rg. qui his quoque temporibus
ruit.]

[MICH. SERVETUS, Tarraconenſis
ſpanus, profeſſione Medicus, Sacræ
initatis hoſtis, Genevæ crematus
53. non 1555. ut Bellarminus aliiq;
lunt. De eo ejusque ſcriptis vid.
riſtoph. Sandii Biblioth. Anti-Trinit. p.
99.]

Jo. SCALA, Epiſcopus eod. anno 1553.
Septembr. obiit. Ejus eſt hiſtoria
hemica ſub aſcito nomine Dubra-
i *Thuan. l. 12. p. 377.*

Jo. Baptista Egnatius, Venetus, ob
1553. [Sripſit hiſtoriam à Julio Ca
re usque ad Maximilianum I. p
ductam, de Origine Turcarum,
notationes in Svetonium, itemque
luſtrium virorum Venetæ Civita
aliarumque gentium exempla. G
Voſſius de hiſt. Lat. lib. III. c. 12. Th
l. XII. p. 377. ſq.]

[Hieron Fracastorius, Veroner
Medicus, Philoſophus & Poëta ex
lentisſimus, natus 1483. obiit e
anno 1553. Patavii. Opera ejus I
loſophica & Medica ſæpius edita.
Imperialis Muſeum hiſt. p. 16. Linden
novat. lib. 1. p. 422. Onuphrii Pan
Antiqu. Veronenſ. lib. 6. p. 155. Frebe
1234.]

Thomas Villanovanus, Archiepi
pus Valentinus natus 1488. obiit
Biblioth. Hiſpan. 2. p. 268. Freher. p.

Olympia Fulvia Morata, Itala,
ta 1526. obiit Heidelbergæ 1555. G
cis Latinisque literis egregiè exc
fæmina, Andreæ Grundleri, Me
Germani, uxor, cujus opera Baſ
excuſa 1580. Vitam ejus ſcri
Melch. Adam. in vitis Philoſ. Germa
162.

Jacobus Sylvius, Ambianus, Medi-
us etiam inter alios celebris obiit
utetiæ 1555. d. 13. Jan. Scripta Me-
ica reliquit. *Sammarth. elog. lib. 1. p.*
5. Freher. p. 1236.

Petrus Gillius Albienſis, à Franci-
co I. in Græciam & Aſiam conqui-
endis libris miſſus, à barbaris captus,
oſt liberationem edidit de Boſphoro
Thracio, & Scriptores quosdam Græ-
os latinè convertit. Cætera Petr.
elonus Cænomanus, amanuenſis,
omeſticis mortuo 1555. domino ſur-
ipuit, & pro ſuis edidit. *Thuan. lib.*
VI. p. 499. *Sammarth. elog. l. 1. p. 21.*

Orontius Finæus, Gallus, mathe-
natum in Gallia inſtaurator eod. an-
o obiit. *Thuan. lib. XVI. p.* 499. *Sam-*
arth. elog. lib. 1. *p.* 36.

[M. Anton. Majoragius, Mediola-
enſis, Eloqu. Prof. libris editis illu-
tris, eod. anno obiit *Jo. Imperial. Muſ.*
iſt. p. 126. *Freher. p.* 1455.]

[Ignatius Loyola, Nobilis Hiſpanus,
rimus auctor & fundator Societatis
eſu, natus 1491. in Biſcaya Hiſpa-
iæ, obiit 1556. Scripta ejus recen-
et *Alegambe* vid. & *Thuan. lib.* 17. *Fre-*
her. p. 169.]

[Bel-

Bellaji tres, *Gvilielmus* & *Martin*
hiſtoriâ ſcribendâ inſignes : *Joann*
Carminibus, quorum *iſte* 1543. *il*
1559. *hic* 1660. mortuus eſt. *Secken*
hiſt. Luther. Ind. 1. *Sammarth. elog. li*
1. *p.* 13.

Sequuntur nunc exteri alii, h
etiam tempore clari, quorum an
emortuales annotati non reperiu
tur.

[Petrus Martyr, Anglerius M
diolanenſis, Protonotarius Apoſto
cus, & Hiſpaniæ regibus à rerum I
dicarum conſiliis, cujus extant
Novo Orbe, â Chriſtophoro Colum
aliisque invento *Decades* 8. Imp. C
rolo V. inſcriptæ, ac Pariſiis 15
excuſæ, & *libri* 30. *de navigatione O*
ani ac terris ſuo tempore repertis, *Epi*
larum item *libri* 38. quæ omnino m
gni ſunt momenti, quippe ex quib
res ab anno 1488. usque ad an. 15
geſtæ magna ex parte cognoſci p
ſunt. Prodierunt illæ primò Co
pluti in Hiſpania 1530. deinde A
ſtelodami in Belgio 1670. ſunt rec
ſæ, iisque adjectæ *Ferdinandi de Palg*

e

ſtolæ, ex lingua Hiſpanica in Lati-
m converſæ.]

[POLYDORUS VIRGILIUS, Urbinas, & ...mani Pontificis in Anglia quæſtor, ...i ſcripſit libros 8. de rerum inven-...ribus, de prodigiis librum unum, ...toriam Anglicanam, regi Henrico ...K. inſcriptam libris 26. quam tamen ...unè exiliterque ſcriptam eſſe mul-...que falſa continere judicat *Henr. ...vilius* Vid. *Voſſ. de hiſt. Lat. libr. 3. c. ...p. m. 678.*]

ANDREAS MOCENIGUS, qui circa an. ...23. floruit, ſcripſitque belli Came-...cenſis libros VI. & de bello Turca-...m. *Biblioth. Hiſpan. tom. 2. p. 250. &* ...1.

LAZARUS BAIFIUS, de re veſtiaria & ...vali aliquid ſcripſit *Sammarth. elog. ... 1. p. 15.*

JAC. LUDOV. STREBÆUS, Ariſtotelis ...actica convertit, & de electione ac ...ratoria collocatione verborum li-...os duos ſcripſit. *Sammarth. elog. lib. ...p. 31.*

[ANTONIUS CARTAGENA, Medicus & ...rofeſſor in Complutenſi Academia ...oruit 1530. *Freber p. 1220.*]

[AUGUSTINUS NIPHUS, Sveſſionen-
ſis,

ſis, Medicus & Philoſophus eod. anno claruit. *Freher. p.* 1221.]

[Petrus Pomponatius, primum Ariſtotelis & Averrois interpres Patavii, deinde Philoſophiæ Profeſſor Bononiæ, ſub idem tempus floruit. *Freher. p.* 1441.]

Jacobus Calcus, floruit 1533. *Ghilin*

[Damainus à Goes, Luſitanus, hiſtoriæ patriæ Scriptor, claruit 1548. *Freher. p.* 1451.]

[Marcus Antonius de Passeribus, e illuſtri Paſſerinorum familia ortus, Philoſoph. Prof. Patav. claruit 155 *Freher. p.* 1452.]

[Demum huc pertinent Centuriatores Magdeburgenses, *Matthi. Flacius Illyricus, Jo. Wigandus, Matt. Judex, Baſilius Faber, Andreas Corvinu* & quidam alii in præfationibus Centuriarum nominati, qui laudabile Eccleſiæque utilem his temporib laborem aggreſſi, per tredecim ſec lorum centurias, ex variis Scripto bus & variè diſperſis antiquitatis r deribus hiſtoriam Eccleſiaſticam in à nato Chriſto concinnàrunt, in q
1550. religionis Chriſtianæ doctrina pr ponitur, Eccleſiæ diſciplina, ritus, m

r

persecutiones, mutationes, pro-
gatio, Pontifices, Epiſcopi, Docto-
, eorumque ſcripta, certamina, hæ-
es, ſchismata, concilia, colloquia
licantur, adeò, ut totius Eccleſiæ
riſtianæ facies inde ſatis perſpicuè
noſci poſſit. Editio prior per *Jo.*
rinum Baſileæ curata melior eſt &
ferenda poſteriori, â *Jo. Ludovico*
io ibidem an. 1624. *publicata*, quippe
qua multa loca vel omiſſa, vel in-
polata & ad Calvinianorum pla-
detorta ſunt. Has centurias po-
in Epitomen redegit *Lucas Oſian-*
, adjectis duabus aliis, quibus &
i poterit *Eliæ Ehingeri hiſtoria Eccleſ.*
li XV. Cæterum de Centuriarum
um auctoribus, promotoribus, op-
gnatoribus, virtutibus ac nævis,
tionibus, verſionibus & epitomis
e plura apud *Caſp. Sagittarium in*
rod. ad hiſt. Eccleſ. cap. 13. *tot. Add.*
eri Propylæum hiſt. Chriſt. p. 24.]

Bibliotheca Vaticana Romæ â Leone
aliisque Pontificibus & Cardina-
us inſtaurata, cujus fundamenta
erat Nicolaus V. Pontifex ſec. XV.
Lomeier de Bibliothecis p. 179. *ſq.* &
40.]

Meme-

Memorabilia alia.

[Japonia, Orientis regio, à Luſi
nis detecta 1542.]

[Chriſtiana religio in India
Japonia propagata.]

[Braſilia, Americæ Meridiona
pars, per Nicol. Durantium, Equit
Melitenſem, cognomento Villa
gnonem, occupata 1555. *Jo. Lerii H
Navig. in Braſil. Thuan. lib. 16. p. 50*

Navigationes Americanas co
pendio narravit *Jo. Bapt. Riccioli G
graph. Reform. lib. 3. cap. 22. p. 96. &*

Prodigia & oſtenta collegit *Con
dus Lycoſthenes*, pertinentia vel
meteorologicas apparitiones, vel
monſtra, vel ad infortunia, à ful
nibus, incendiis, ruinis: vel ad a
malia noxia, mures, locuſtas,
piliones. Add. Epitome rer.
Ferdinando I. 1560. geſtar. a
Schard. Tom. III. p. 144.

PA

PARS III.

De temporibus Ferdinandi I. Imperatoris.

Ferdinandi I nativitas. Ingenium.

Ferdinandus I. Caroli V. Imperatoris frater, natus eſt in Hiſpania 503. [in quo bonitas & vis ingenii egiaque indoles maturè eluxit. Præceptores habuit Alvarum Oſorium, iorum & aulæ magiſtrum, Petrum Nonnium Gutzmannum, Calatravæ eu Oretanæ militiæ præfectum, nec on Ludovicum Vivem & Deſideium Erasmum, â quibus non modò n tyrociniis militaribus, ſed moribus etiam ac literis Principem decentibus diligenter inſtitutus eſt. Linguam Latinam (â cujus ſtudio fratrem Carolum arcuit juventuti ejus moderandæ præfectus, Gvilielmus Crojus Chievreus) adeò cupide prooeque didicit, ut non modo Scriptores veteres rectè intelligeret, ſed & animi cogitata eleganti & verè Romano ſermone exponeret. Duobus

Præceptores

Studia.

autem præcipuè delectatus eſt ſtu-
diis, Mathematico & hiſtorico. Vi-
ros etiam eruditos, maximè Acade-
miam Vindobonenſem, ſingulari cle-
mentiâ & benignitate fovit, ſæpius
affirmans, ſe omnes ſuas gemmas &
theſauros malle perdere, quàm lite-
ras, quas permodicas ſe ſcire dice-
bat, neſcire. A fratre regiones Au-
ſtriacas hæreditarias 1521. accepit,
ab eoque, cùm non ſemper in Ger-
mania eſſe poſſet, Imperii vicarius
antequam rex Romanor. eligeretur
conſtitutus, quem titulum etiam
ipſum uſurpaſſe ex *Receſſu Spirenſi* 152
conſtat. Rex Bohemiæ Ungariæque
1527. factus; Romanorum verò re-
eodem fratre accurante nominatus
eſt Coloniæ, ſed Aquisgrani inaugu-
ratus 1531. contradicentibus licet Jo-
hanne El. Sax. Ducibus Bavariæ &
Henrico Brunsvicenſi, de qua con-
troverſia ſuprà dictum, & videri po-
teſt *Seckendorf. hiſt. Luth. lib. III. ſect.*
§. 2. *Addit.* Summatim narrat-
exhibetur apud *Sleidanum lib. VII. com-
ment. p.* 203. ubi Saxonis ſententia de
creando rege Rom. & *p.* 205 *ſq.* u-
ejus literæ ad Electores reliquos, q-

Auſtriacas regiones accipit.

Ungariæ Bohemiæq; & Rom. rex fit.

p. 320.

nterim Ferdinandum Romanor, regem renunciarunt. Sed qui omnia controverſiæ hujus momenta nôſſe cupit, adeat *GoldaſtumPol. Imp. Part. II. diſcurſ. 2. p. 220. ſqq.* Politiſch Reichsh. *Part. II. c. 2.* Imperavit cum fratre annos 26. m. 8. ſolus fere novem. Et quamvis â fratre, Carolo, ſollicitaretur, ut vel regis Romanor. dignitatem reſignaret, filioque ejus, Philippo, concederet, vel ſaltem eundem per Italiam & Belgium Imperii vicarium cum plena poteſtate conſtitueret: in neutrum tamen horum conſentire voluit, dictitans, tantum de Cæſarea dignitate & majeſtate, quam integram & illibatam tueri recepiſſet, deceſſurum, quantum ex ea alteri conceſſiſſet. *Thuan. hiſt. lib. 8. & 16. fin.* 1550.

Imperium quidem Romanum 1556. quo anno ſe Carolus illo abdicaverat, capeſſivit, ſed demum 1558. 14. Martii Imperator Francofurti creatus & 15. Septembris Aquisgrani ſolenniter inauguratus eſt, nequicquam renitente Paulo IV. Pontifice, qui, quod abdicatio Caroli V. & inauguratio Ferdinandi I. ſe inconſultô & præter ſacros Canones facta eſſet, Imperator Rom. renunciatus.

eam ratam habere, Ferdinandique legatum, Martinum Guſmannum, admittere noluit, quod tamen fecit ejus ſucceſſor, Pius IV. uti ex *Thuani hiſt. lib. XXI. initio* & *Petr. Svavis hiſt. Concil. Trid. lib. 5. p. m.* 459. & 469. conſtat. Ferdinandus igitur hac Pontificis inhumanitate obſtinationeque offenſus ab eo nec coronari voluit, nec ipſe neq; poſt eum alii deinceps Imperatores Romæ à Pontifice coronati ſunt, ut adeo Carolus V. ultimus horum, qui in Italia coronati ſunt, fuerit.]

Obitus — Obiit Ferdinandus 25. Julii 1564 Viennæ, quam ipſe ad eam, qua hodie viſitur, amplitudinem extulit.

Uxor — Uxor *Anna*, Ladislai R. Hungariæ & Bohemiæ filia, quæ eum patrem fecit quatuor filiorum, & undecim filiarum.

Liberi — [Illi fuerunt Maximilianus, natus 1527. Ferdinandus 1529. cujus filii ob impar cum Welſeri Auguſtani Patritii filia contractum matrimonium pro illegitimis nec ſucceſſionis capacibus ſunt habiti: Johannes 1538. Carolus 1540. E filiabus duæ Magdalena & Helena Moniales factæ, Eliſabetha, & hac faſtiditâ, ac mœrore mortuâ Catharina, Sigismundo Au-

gu-

guſto, Poloniæ regi, reliquæ verò Germaniæ Italiæque Principibus elocatæ ſunt. *Onuphr.* & *Rittershuſius.*]

De Electione ejus rebusque, quæ inter abdicationem Caroli 1555. & Electionem Ferdinandi acciderunt, Godelevæus hiſtoriam contexuit ap. *Schardium tom. 2. p. 1895. edit. noviſſ. p. 639.* [Rerum autem omnium in diverſis Orbis partibus ſub Ferdinando I. ab an. 1558. usque ad an. 1564. geſtarum Epitome habetur apud *eundem Tom. III. p. 123. usque ad fin.*]

Multa ut rex Bohemiæ & Hungariæ geſſit, moribus fratre lenior, [etiã in religionis negotio ſatis æquum ſe Aug. Confeſſionis ſociis præbuit, erroresque Pontificios aliquâ ex parte agnoviſſe videtur: cui rei argumento eſſe poſſunt numismata ab eo cuſa, atque â *Luckio in Syll. Numism. p. 211.* exhibita, & literæ ad Lutherum ſcriptæ ap. *Goldaſt. Conſt. Imp. Tom. III. p. 561.* licet illarum fides â nonnullis in dubium vocetur. *Seckendorf. hiſt. Luth. l. III. §. 58. Addit. 1.* Idem transactionem Paſſavienſem procuravit, & inſecutã pacem religionis confirmavit, ſuæq; ditionis hominibus calicis uſum Ponti-

tificis Pii IV. indultu permiſit *Goldaſt.* *Conſtit. Imp. Tom. II. p.* 379. ubi extant literæ Ferdinandi ad Pium IV. Pontif. Add. *Parei Medulla hiſt. p.* 182. Quanquam is initio Lutheranis fuiſſet infenſior; quippe quos tum in Auſtria & Hungaria, tum Würtembergico, quem tunc tenebat, Ducatu, du- rius habuit, ac ſeveriora contra illo- edicta promulgavit. *Seckendorf. hiſt. Luth. lib.* 1. §. 139. *&* 163. *Add.* 1. *l.* item *Lib. III.* §. 120. 5.] Elogium ejus ha- bes apud *Busbequium fin. Epiſt. IV. de legatione Turcica*: & ap. *Thuan. lib.* 36 *p.* 286. ubi vocatur princeps pruden- tiâ, juſtitiâ, liberalitate, manſuetudi- ne, aſſiduitate, vigilantiâ nulli ſecun- dus &c. [Cæterum de Ferdinand- vitâ & virtutibus extat oratio in *Chy- træi Saxon. lib. XXI. p.* 543. *ſqq.* Plure- etiam, qui in ejus vita rebusque ge- ſtis deſcribendis occupati fuere, enu- merat *Caſp. Sagittarius Introduct. ad hiſt. Eccleſ. cap.* 24. *p.* 646. & *Mich. Hertziu- Biblioth. Germ. in Ferdinando I.*]

Elogium.

Scriptores vitæ.

Qua-

Quæ ad Rempublicam pertinent.

COmitia, quæ ob varia impedimenta hucusque dilata fuerant, Francofurti eligendi Imperat. Rom. cauſa An. 1558. d. 24. Febr. habita ſunt, in quibus Electores unanimi conſenſu poſt abdicationem â Carolo V. factam, fratrem Ferdinandum Imperatorem renunciarunt, eique Capitulationem ſ. certas leges, quibus novum Imperatorem obſtringere ſolent, præſcripſerunt. Capitulatio autem illa Ferdinandi 31. articulis concepta eſt, quam explicat *Limnæus*. Apud *Goldaſt*. in Politiſch. Reichsh. habetur parte V. p. 162. ſub tit. R. Ferd. Revers den 6. Churf. gegeben. Comitia Francofurtenſ. 1558.

Anno 1559. celebrata Auguſtæ Comitia, decretumque de ſubſidio pecuniario adverſus Turcam, de Pace publica, de latrociniis ac invaſionibus coercendis, de delectu militum peregrinis denegando, de Circulis, de gravaminibus Imperii, de viſitatione Cameræ, de Moneta, de Ordinatione Comitia Auguſtana 1559.

Politiæ &c. R. A. zu Augſpurg durch die Kayſerl. Maieſt. Churf. Fürſt. und Stând. *ibid.* Kayſer Ferdinands neue Münz-Ordnung Edict. *Thuan. lib* 22 Similiter de Meti, Tullo, Verdun repetendis, legationibus ad alios Principes mittendis, de reliquatoribus &c vid. ap. *Goldaſt.*

Legatio Livonica.

Legatio Livonica pro auxiliis contra Moſcos impetrandis ad eadem Comitia miſſa, [cui quidem ad conſcribendum exercitum centena aureorum millia tunc decreta, ſed â Livoniæ adminiſtrandæ præfectis, tanquam ſumma nimis exigua nec tanto hoſti reprimendo ſuffectura, fuere neglecta. *Epitom. rer. geſt. ſub Ferdin. I. ap Schard. Tom. III. p. m.* 134.]

[In iisdem Comitiis Ferdinandu Auguſto, Electori Sax. privilegium de non appellando, collatum, pa ctumque confraternitatis & ſucceſſionis in Comitatum Hennebergicum, inter Jo. Friderici I. filios & Comites Hennebergicos, conſenſu Elector. & Ducum Saxoniæ Principumq Haſſiæ 1554. Cahlæ initum, & â Carolo V. ratum habitum, confirmavit. De illô vid. *Weckii Chron. Dresd. p.* 176 *ſq.*]

Co-

Comitiis Wormatienſibus anno Comitia
4. d. 18. Martii. decretum, de cer- Wormati-
minibus per arma & invaſiones enſia 1564.
n finiendis, de delectibus vagis, de
regrinis, de aliis contra pacem
blicam non attentandis. R. A. zu
Wormbs 1564.

Duo hujus Imperatoris ſacra man-
ta extant de methodo articulorum
ei juxta Auguſt. Confeſſ. conſcri-
nda & explicanda, apud *Goldaſt.*
n. I. Conſtitut. p. 580. *&* 581.

Habentur etiam apud *Goldaſtum* in
olitiſch. Reichsh. *Part. V. c. 2. p.* 166.
nditiones quædam à Pontifice Im-
ratori propoſitæ, cum reſponſione
nperatoris ad ſingula capita, viden-
r autem ſpuriæ, indignæ quippe
nto Principe.

Interea controverſia à Paulo IV.
ota apud *Thuanum* optime deſcri-
tur *lib. XXI. p.* 628. 629. Adde con-
lium Seldii apud *Goldaſtum* in Po-
tiſch. Reichsh. *part. V. p.* 167. *ſqq* &
etr. Svavis hiſt. Concil. Trid. lib. V. Add.
odeleveus apud Schard. Tom. II. p. 652.

Controverſa quædam & mutata circa fines Imperii.

Controverſiæ Illuſtres. inter Brandenb. & Epiſcop. Herbip. PRimis Imperii auſpiciis Ferdinandus controverſiam inter Agnat Alberti Brandenburgici proſcripti, Epiſcopum Herbipolitanum & Ci tatem Noriberg. memorabili judic terminavit, laudante *Thuano lib. X p. 629.*

Livonia excidit Imperio. [Livonia, quæ ſec. XIII. ab Ordi Enſiferorum multo ſanguinis G manici impendio parta, & in pr vinciam Imperii recepta, ejusque miſſimum adverſus finitimorum curſiones propugnaculum erat, gr & diuturno â Moſchis afflicta bel partim Svecorum, partim Polonor clientelæ ac poteſtati ſe ſubje 1561. Atque ſic ampliſſima hæc provin poſt Pruſſiam quoque ab Impe fuit avulſa, poſtquam auxilia fruſ flagitaſſet â Cæſare, præter alias rum temporumque difficultates, magnum locorum intervallum, op

tu

c ferre non valente. Livoniam Imperii jurisdictione exemptam :tur ipſe Ferdinandus I. Tom. II. ichsſatzungen *p.* 284. *Chytræ. Saxon.* 20. ex eoque *Conring. de Fin. Imp.* 2, *cap.* 29. *Jo. Limnæus J. P.* 1, 9, 50. d. *Tilemannus Bredenbachius in hiſt. i Livonici, & ejusd. deſcriptio Germa- a* 1666. *Norimbergæ edita.*]

Eodem anno in Livonia Magiſter dinis Enſiferorum ultimus, *Gothar- Ketlerus*, pactione cum Sigismun- Auguſto, Polon. rege, Dux Cur- ndiæ & Semigalliæ creatus eſt, hac nen lege, ut jure beneficiario â Po- niæ rege penderet. Vid. *Thuan. libr. p.* 633. *& lib.* 28. *p.* 55. Add. *Sal. Hen- igii Chron. Livon. p.* 1. *Salom. Neuge- uer hiſt. Polon. lib.* 8. *Chytr. lib. ſuprà . collat. cum lib.* 1. *p.* 21. Ducatus Curlandiæ inſtituitur.

[Controverſia inter Hamburgen- s & Regem Daniæ, de jure reſtrin- endi ſeu impediendi evectionem umenti in Albi, eod. anno orta de- ribitur â *Chytræo Saxon. lib.* 20. *p.* 35.] Hamburgenſium cum rege Daniæ controverſia.

Bella

Bella & tumultus
Germania.

Bellum Bremenſe 1557.

[BEllum Bremenſe ab Archiepi
po, Chriſtophoro Brunsvic.
1557. excitatum, ſed mox in Conv
tu Ordinum Saxoniæ inferioris c
poſitum. *Thuan. lib. 19. Chytr. lib.*
p. 493.]

Melch. Zobelii, Epiſc. Würzb. cædes 1558.

Melchioris Zobelii Epiſcopi W
ceburgenſis cædes 1558. XVII.
Maji à 15. Sicariis Grombachio
ctore *Thuan. lib. 21. p. 629. ſq. & in A*
Extat hiſtorica narratio *Petri Lori*
apud *Schard. tom. III. p. 1933. edit. no*
p. 1. ſeqq. & *Caſpari Stiblini Satyr*
Sicarios ibid. p. 5.

Bellum Ditmarſicum. 1559.

Bellum Dietmarſicum, quæ na
diu ferox à Daniæ Rege Friderico
& Holſatiæ Duce Adolpho ſuba
eſt, intra menſem anno 1559. Ha
tur deſcriptio apud *Schard. tom.*
2002. *edit. noviſſ. p. 46.* Scriptore *H*
ronymo Hoſio, carmine Heroico. *Thu*
lib. XXII. pr. Chriſtian. Cilicio lib. I. &
de bello Dietmarſico. Chytr. lib. 20. [

& *Anonymi deſcriptio hujus belli Ar-*
rati 1574. *excuſa.*]
Bellum Livonicum cum Moſchis Livonicum
ribit *Thuan. lib.* 21. *p.* 630. extatque 1558.
s *Deſcriptio apud Schard. Tom. III.* &
. 39. Add. *Natal. Com. hiſt. lib. II. p.* 1562.
ſqq. cum Danis, Suecis & Lube-
ſibus *Thuan. lib.* 32. *p.* 165. *Epit.*
geſtar. ſub Ferdin. apud Schard. Tom.
p. 160.]
ricus Dux Brunsvicenſis arma ad- Bellum D.
ſus Monaſterienſes alioſque cir- Brunsvic.
nfert, & denique diſſolvere cogi- 1563.
ap. *Schard. tom. III. epitom. rerum*
r. ſub Ferd. I. p. 2201. *edit. noviſſ. p.* 164.
nno eodem Wilhelmus Grum- Grumbachii
hius capta urbe Wurceburgenſi, Proſcriptio
ſcopo duras conditiones extorſe- 1563.
, quas Ferdinandus Imperator re-
lit, ipſumque proſcripſit una cum
utoribus. Executio ſuſpenſa qui-
n, poſtea tamen eventum habuit.
ard. Epitom. tom. III. p. 2206. *&c. ed.*
iſſ. p. 167. it. *p.* 170. ubi habetur
umbachii ſcriptum ad Imperii De-
gatos, in quo prolixè ſe purgat, ac
oſcriptionem deprecatur. Add.
rg. Fabric. Saxon. lib. 9. *p.* 120. *usq.* 126.

Ex-

Externa.

Italica.

IN ITALIA piratæ mare Adriatic
infeſtum habuerunt, quos Matth.
Bembus cum claſſe aggreſſus fuga
& Dyrrhachium fugatos (Dura
hodie) ibi quoque oppugnavit: ex
ſubinde voluntario tempori ced
Natalis Comes lib. XII. p. 265.

Sequitur *apud eundem* admirab
navigii ſubmerſio *p.* 266. Romæ
rafis, fratri & nepotibus Pontificis
rogatur omnis poteſtas, & mut
rerum magna accidit. Arcula acc
tionibus injiciendis inſtituta, ſed
omiſſa *Ibid. p.* 267.

Seditio inſecuta Romæ mor
Pauli IV. Pontificis, ob inquiſition
ab illo inſtitutam. *Indid. p.* 274.

Coſmus Florentiæ Dux cum ux
magnificè excipitur Romæ 15
Indid. p. 294.

Andreas Auria vel Doria eod
anno moritur, cujus vitam deſcr
Carol. Sigonius. Natal. Com. lib. XIII. p.

Ravennæ ex diuturnis diſcor
civilibus pax fit anno 1562. *Indid*
XIV. p. 305.

ſallaſius Principatus apud Inſubres
llo conceditur eodem anno. *Indid.*
29.

n GALLICIS rebus, capto Caleto, *Gallica. De motibus Galliæ & capto Caleto vid. Guil. Paradini Deſcriptio ap. Schardium Tom. III. p. 9. ſeqq.*
nciſcus filiorum R. Henrici II. natu
ximus *Mariam Stuartam*, Jacobi V.
otiæ R. filiam ac regni hæredem,
matrimonium ducit 1558. quod
trimonium adverſus Hiſpanos po-
ſimum valere debuit. *Natal. Comes.*
XI. p. 253. Thuan. lib. XX. Domi
r hos annos propter religionem
pe tumultuatum, & ferocius quam
r eſt, ab utraque parte res geſta.
itium à Mercuriali conventu, &
nnæ Burgi captivitate (*Thuan. lib.*
XII.) & ſubinde ſupplicio *Thuan. lib.*
XIII. Henricus II. in haſtiludio oc-
ſus anno 1559. (de quo *Thuan. lib.*
XII. fine) ſucceſſorem habuit filium
anciſcum II. ſub quo magna rerum
ommutatio facta, euntibus in api-
em rerum Guiſiis, Franciſco Guiſio,
Carolo Cardinale Lotharingo. 1560.
inc libelli in ipſos & Reginam Ca-
harinam: de libero Franco Gallo-
um imperio, & Filii diſputatio de re-
is majoritate. De quibus *Thuan. lib.*
XXIII.

XXIII. Hinc conjuratio in Gui
& Hugonotorum ridiculum ac od
ſum nomen ; Condeus vix peri
Add. *Haræ. annal. tom. 3. p. 7.* lum evadit. *Thuan. lib. XXIV.* PoſtA
boſianum tumultum alii motus
ſæpe arma pro religione & adver
Guiſios ſumta. *Thuan. libr. XXV.* N
varrus & Condeus cuſtodiuntur,
liberantur morte Franciſci Regis.
Non. Decembr. 1560. obiit, natus
nos 17. m. 10. d. 1. Rex ann. 1. m
1560. d. 20. Forma Regiminis rege Car
IX. puero 10. annorum præſcri
1561. *Thuan. XXVII.* Mox Triumvira
Momorantii, & Guiſiorum. *Th*
1562. *XXVII.* Et fœdus Proteſtantium in
Thuan. l. XXIX. & mox bellum. *Thu*
lib. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. Fœ
contra Proteſtantes. Guiſii à Jo. P
troto occiſi mors, [quæ Ammira
Caſtilionæo, tanquam impulſori, fa
imputata, ut conſtat ex ejus reſpo
ſione ap. *Schard. Tom. III. p. 113.*] In
Pacificatio *Thuan. lib. XXXIV.* In
contentio de majore Regis ætate a
tata & finita. *Thuan. lib. XXXV.*

Hiſpanica. In HISPANIA *Philippus II.* Rex imp
rium, ut ante dictum eſt, à patre C
rolo V. Imperatore acceperat. R

Ga

ll. Henricus II. Theonuillam ob-
lit ac cepit in agro Lutzenburgenſi
58. Et per alios Duces maritimam
ndriam aggreſſus, Dynkerkam &
rgas D. Winoci capit. Sed victo-
ductu Egmondani prælio vincit
ilippus. Inſtauratis mox utrinque
ibus, leviora per certamina res
nsacta, donec anno 1559. apud
meraceſium pax facta eſt: quâ
baudus quoque comprehendeba-
. [Vid. *Epit. rer. ſub Ferdin. I. geſtar.*
Schard. Tom. III. p. 124. *ſq. it. p.* 134.
i & pacis conditiones habentur.]
ſt hanc pacem Philippus in Hiſpa-
m profecturus Margaretam ſoro-
n Parmenſem Ducem, Belgio præ-
it, delectis etiam, qui provinciis
ponerentur, Equitibus Belgis. Hæc
raus in Annal. tom. 2. fin. Sequentia
tomo 3. principio. Philippi nuptiæ
m Iſabella Francica m. Jan. 1560.
In Belgio cauſſa de novis Epiſco- Belgica.
res turbat: & diſſidia gliſcunt in-
Granuellanum & Orangium alios-
e proceres 1561. Hinc legationes
Regem miſſæ m. Febr. 1562. Se-
tio Valencenenſis ob intentatum
pplicium duobus concionatoribus,

eodem anno. Literæ procerum a
Regem, quibus monent, rempubl
cam non fore ſalvam, niſi Granue
lanus Cardinalis amoveatur 156
Inſignia veſtis initium ſimultatu
præbent. Igitur Cardinalis ſpec
privatorum negotiorum in Burgu
diam diſcedit, 1564. Certatur tame
de republica adminiſtranda, & Co
cilio Tridentino non promulgand
Haræus. Fam. Strada, Dec. 1. libr. 1. Be
tivoglio Relatione de Flandria.

Luſitanica. In LUSITANIA Joanni III. ſucceſ
Sebaſtianus ex filio Joanne nepos i
fans 3. annorum: cujus tutelam cu
abdicaſſet Catharina avia 156
Henricus Cardinalis patruus magn
regis pueri ſuſcepit. *Nonius.* De re
ipſo in ſequentibus.

Anglica. In ANGLIA Mariæ Reginæ ſine
beris mortuæ ſuccedit *Eliſabetha* an
1559. toto hoc ſeculo regnatu
Princeps pietate, formâ, prudent
eruditione variarumque linguaru
peritiâ conſpicua. Titulus & jura i
pugnantur à Scotis & Gallis: Guiſi
rum præſertim hoſtili in Eliſabetha
animo. Hinc bellum Scoticum, c
ſidio Lethæ, & pacificatio Edenbu

ge

enſis. Proci Eliſabethæ *Camden.*
que ad 1565.

In SCOTIA *Jacobi IV.* ſucceſſor *Ja-* Scotica.
bus V. filius moritur 1542. cui ſuc-
ſſit *Franciſcus II.* Gallorum & Sco-
rum Rex. cujus viduam Mariam
uartam, uxorem duxit Henricus
uart, Matthæi Stuarti Comitis Len-
ſſenſis filius v. *Camden.* in rebus
n. 1564.

In DANIA poſt mortem Chriſtiani Danica,
I. filius *Fridericus II.* coronatus eſt
59. d. 20. Aug. [Princeps bellis con-
a Dithmarſos & Svecos geſtis, quàm
ce celebrior. Coronatio ejus ab
ieronymo Hoſio, carmine deſcripta
d. apud *Schardium Tom. III. p. 46. ſq.*]

In SVECIA Guſtavus I. obiit 1560. Svecica.
cceſſit filius *Ericus XIV.* 1561. d. 29.
n. Stockholmii coronatus, de quo
ſequentibus *Jo. Magn. Loccenius,*
bytr. lib. XXI.

In POLONIA adhuc regnat *Sigismun-* Polonica.
us Auguſtus. Qui ab anno 1558. ad-
erſus Joannem Baſilidem Moſcum,
ui in Livoniam irruperat, bellum
erere cœpit. Moſcus anno 1562.
oloczam expugnavit. Anno autem
564. Poloni eum duplici clade affe-

cerunt, priore 30000. Moſcorur
cum ipſo duce cæſi, poſteriore 800
ex *Alexandr. Gaguin. tom. 2. rer. Polo*
vid. *deſcript. in reb. Moſcovit. p. 237. &*
& *Oderborn. in Baſilidæ vita.*

Moſcovitica MOSCOVITICA in Polonicis ind
cantur.

Bohemica. BOHEMIA jure uxorio rediit ad Au
ſtrios in Ferdinando I. qui Annam
Ludovici Bohemiæ Ungariæque re
gis ſororem, in matrimonio habuit
atque Pragæ 1527. d. 24. Febr. in re
gem Bohemiæ coronatus eſt.

Hungarica. [HUNGARIA quidem factis cum Tu
cis quinque annorum induciis, ab i
lorum incurſionibus aliquandiu l
bera fuit: ſed paullò poſt iterur
ambitione ac cæde monachi, Geo
gii Martinuſii turbata. Cùm enir
hujus inſtinctu regina *Iſabella* pact
cum Ferdinando de Tranſylvani
antea inita reſcidiſſet, & hic jus ſuur
vindicaret, Turcarum Imperator i
ritatus primò bipartito exercitu Tran
ſylvaniamſ invaſit, ac poſteà, cum &
Georgius monachus, quem ipſe the
ſaurarium reginæ viduæ conſtituerat
juſſu Jo. Baptiſtæ Caſtaldi, â Ferdinan
do in Tranſylvaniam miſſi, interfe
ctu

tus eſſet, Turcarum Imperator mo-
nachi hujus cædem indigniſſimè fe-
rens, duos præfectos cum totidem
exercitibus in Ungariam quoque im-
miſit, & fuſis Ferdinandi copiis, ac
Temesvariâ, Solnocco & arce Fille-
o expugnatis tandem tolerabilibus
conditionibus ann. 1560. pacem cum
Ferdinando fecit, quam hic, quoad
vixit, inviolatam ſervavit. Biennio
autem pòſt 1562. d. 20. Septembr. Ma-
ximilianus ejus filius Rex Bohemiæ
electus, Ungariæ verò 1563. d. 8. Sept.
Piſtorius, Gaſp. Ens rer. Hung. lib. V.
p. 217. ſqq.]

Apud TURCAS *Solimannus* dome- Turcica.
ſticis calamitatibus diſtinetur, filiis
Bajazethe & Selimo de imperio di-
micantibus 1559. *Lonicer.*

[Judicium de his E
Comparatio.

Mutationes in diverſis regnis.

POſt exceſſum Caroli V. in dive
ſis Orbis partibus diverſæ quoq
contigere mutationes. Germar
quidem ſub placida Ferdinandi
miniſtratione ſecura quiete gav
eſt, Imperatore â bellô abhorren
civilesque motûs ac religionis di
dia non armis, ſed conſiliis atq; C
loquiis prudenter componente. Q
in parte â Caroli fratris moribus
ceſſit. Quandoquidem ille elati
hic remiſſior ; ille armorum,
pacis ſtudioſior ; ille vaſti inge
magnarumque deſtinationum,
moderati manſuetique animi era
ille Hiſpanicis conſiliis obnoxius
dinum jura imminuere, & plen
ſibi Monarchiam ſtruere cogitab
hic præfervidis Hiſpanorum conſi
mitiora prætulit, imperiique utilit
pacem publicam ei reddendo, ſe
conſuluit. Quanquàm ſunt, qui ha
Germaniæ tranquillitatem part
æqualibus Principum viribus, quar

ntuitu tunc nullus eorum res novas
moliri auſus fuerit, partim imminu-
tæ Cæſaris potentiæ, ab Hungaris Tur-
cisque nondum ſatis ſecuri, partim
ejusd. ætati in ſenium jam vergenti
adſcribunt. Singularis interim Fer-
dinandi prudentia vel in eo eluxit,
quod & Turcarum furorem impe-
tumque, cui impar erat viribus, morâ
& arte fregerit, & cum Eliſabethâ
Angliæ regina de nuptiis filio ſuo,
Carolo, conciliandis egerit, ne ſcil.
regna Angliæ, Hiberniæ & Scotiæ per
Scotorum reginam Galliæ coaleſce-
rent. Et quamvis ſub eo Hungariæ
Bohemiæque regna ad domum Au-
ſtriam redierint: hujus tamen po-
tentia diviſa eſt, Hiſpaniâ cum inne-
xis provinciis, quæ hucusque conjun-
ctæ erant, â Carolo in filium Philip-
pum translatâ. Ab Italia non erat
quod ſibi metueret Ferdinandus,
quippe in partes diviſâ bellisque &
factionibus Caraffarum vexata, quam
tamen quietam eſſe Hiſpanorum, ibi
tunc prævalentium, maximè inter-
erat. Galliam ſub regibus pueris in-
teſtina Procerum odia, diſſidia & bel-
la religionis & reipubl. prætextu ex-

 orta

orta miſere affligebant,eique exitium
minari videbantur. In Hiſpania Phi
lippus II. alti elatique animi Prin
ceps, interque reges ſui temporis cal
lidiſſimus, dominatum altius funda
turus regnique Procerum ac Nobi
lium ſuperbiam coërciturus, eos tri
butis exhauſit, illorum arces dirui
utque harum facilius obliviſcerentur
nec tumultus concitarent, ipſos Ma
dritum evocavit honoribusque auli
cis auxit. Religionis etiam cauſa in
Hiſpania immaniter ſæviit inquiſitio
ne, quæ & multorum in Belgio mo
tuum cauſa fuit. Anglia Scotiaque
fœminis ad clavum imperii ſedenti-
bus non parum calamitoſæ, ſed con-
jurationibus ac ſeditionibus domi,fo-
ris bellorum procellis agitatæ fuêre.
Dania quidem & Svecia gaudebant
pace, ſed ob veteres lites & utriusq;
gentis æmulationes mutuo contine-
bantur metu. Nec Polonia quamvis
Livoniæ acceſſione creverit, vicinis
formidanda erat, bello cum Moſcho
diſtracta,qui & regni ſui fines ampli-
ficavit. Regnum Hungariæ Proce-
rum factionibus turbatum Ferdinan-
dus contra Jo. Scepuſium illud præ-
ter

r jus fasque prenſantem, contraq;
lymannum, quaternis expeditio-
bus id invadentem, ſingulari DEI
e defendit, ſæpiusq; parvâ manu
gentes Turcarũ copias proſtravit.]

Eccleſiaſtica.

Aulo IV. Pontifici ſucceſſit Pius IV. Joannes Angelus ante dictus, rentinus ex Mediceis anno 1559. ſt 4. menſium diſſenſiones non ſine iine electus. Sedit ann. 5. m. 11. d. Mores ejus deſcribunt *Thuan.* [*lib.* *fin.* & *lib.* 38. *p.* 348. *ſq.* *Onuphr. Pan-* , *in ejus vita p.* 423. *Natal. Alexandri* *. Eccleſ. ſec. XVI. art.* 19. *p.* 228. *ſqq.* quibus conſtat, quod ingenio fu- t vivax, mente ſagax, cibi vinique dus, in voluptates pronus, domi- ndi cupidus, iracundus, avarus, va- , timidus ac invidus. Ante Pontifi- um egregius quidem famâ vitaque itus eſt: ſed Pontifex factus alios ente mores induit: populo Ro- no admiſſorum veniam condonat; ſionem Imperii â Carolô V. factam Ferdinandi I. electionem, in quam eceſſor ejus, Paulus IV. conſenti- Pontif. Pius IV.

re noluit, ratam habet: concilii
pidum ſe ſuæque curiæ reformat
nem ſimulat: Sabaudum ad bell
contra Valdenſes exſtimulat, & de
nevâ obſidenda ſollicitat: cum Pr
cipibus Catholicis de fœdere con
Proteſtantes agit: CarolumCaraf
Cardinalē, Pauli IV. Pontificis ex fra
nepotem ſtrangulari ejuſque fratr
ac ſocios gladio percuti jubet,
verò nepotes, inque his Carolum
romæum evehit: calicis commu
onem & Sacerdotum Conjugium
ris poſitivi eſſe fatetur, & Archi
ſcopo Salisburgenſi poteſtatem
Laicis in Bavariâ & Auſtria utra
ſpeciem Euchariſtiæ, certis tar
conditionibus, permittendi: co
ptelæ omnis cauſam in principe
culares rejicit: prævortendæ re
mationi decretum promulgat:
Præſules Gallos Proteſtantium fa
res ſævit, & Navarræ reginam
crimen hæreſeos Romam citat. C
cilium Tridentinum An. 1546.
choatum finit: Biblia emenda
edenda curat: XIX. Cardinales, &
his multos, qui fidam ipſi in Syn
operam navarunt, creat: Ordin
n

ilitiæ S. Lazari Hieroſolymitani in-
aurat, & alium equitum piorum,
ui ipſi in publicum prodeunti præ-
ò eſſent, inſtituit: Thermas Dio-
etianas vetuſtate corruptas in ſa-
ram reginæ Angelorum ædem &
Carthuſianorum Cœnobium vertit:
rærogativam legato Gallico, contra-
icente Hiſpano, adjudicat. Vid.
nuphr. Panvin. in vita, & ad Platinam,
huanus lib. 36. & 38. Petr. Svavis lib.
t. paſſim. Natal. Alexandri hiſt. Eccleſ.
c. XVI. art. 19. p. 227. ſqq. De lau-
ibus ipſius extat *Alexandri Leonardi*
ali Oratio Italicè & Latine 1565. *Pa-*
vii excuſa.]

Concilium Tridentinum anno 1562. Concilii Trid. inſtauratio & finis.
& 1563. præter Hiſtoriam Concilii,
egregiè deſcribit *Thuan. lib. XXXII.*
XXXIII. XXXIV. & XXXV. Cum in-
dixiſſet Pontifex demum Concilium,
Conventus Proteſtantium habitus eſt Conventus Naumburg.
Naumburgi, de quo *Chytræus* tùm præ-
ſens *lib. XX p. 523. &c.* & anno 1562.
cauſſæ detrectati concilii expoſitæ.
adde *eund. fine libri XX.* [Earum
præcipuæ erant hæ: quod illud Con-
cilium 1. non eſſet generale & Oecu-
menicum, nec 2. liberum ac legiti-
mum,

mum, nec 3. in Germaniâ, tanqua
Imperii ſede, haberetur, neque 4.
Cæſare, velut ſummo Principe,
veteri Eccleſiæ more â Conſtanti
M. usque conſervato, indictum, ſe
Pontifice, quem tanquam reum El
ctores & Principes Proteſtantes n
poterant ferre actorem & judice
Conf. *Hortled. Tom. I. lib. 1. c. XXIIX.*
Melch. Goldaſtus in Polit. Imperial. &
Monarchia Imperii, Petrus Svavis h
Concil. Trident. lib. V. p. 494. ſq. Thu
lib. XXII. p. 999. & ſolida Declara
Cauſarum juſſu Principum Proteſtanti
Germanicè edita. Add. *Epit. rer. ge*
ſub Ferdin. I. apud Schard. Tom. III. p. 14
ſq. Sed nihilominus Pontifex pe
ſtitit in habendo Concilio, eoque
nitô decretum ſ. Bullam promulg
vit, quâ præcepit, ut Concilium T
dentinum, tanquam lex perpetua
univerſalis, ab omnibus tam Imper
toribus, Regibus & Principibus, quà
ipſorum miniſtris atque Civib
æqualiter obſervetur, adeô ut nul
Regum & Principum vel minimu
in rebus ad religionem pertinent
bus ſtatuere, vel populis ſuis indu
gere, nec cuiquam ſuper Concilii i

liu

is decretis Commentarios ſcribere eat. *Thuan. l. 35, p. 268. ſqq. Heidegg. at. Concil. Trid. ſub fin. Binius Concil. n. IV. P. II. p. 355.* & in *Bullario Pe- Matthæi ſub Pio IV. num.* 20. *Extat Bulla in fin. Concil. Trid.*]

[Præter Concilium Tridentinum a quoque ſub Ferdinando I. Imp. ligionis cauſâ inſtituta fuere col- quia: nempe *Vinarienſe* inter Matth. rcium & Victor. Strigelium 1560. *idelbergenſe* inter Mörlinum & Stoſ- ium ex unâ, & Heidelbergenſes eologos ex alterâ parte, eod anno. *ſiacenum* in Gallia inter Pontificios Petr. Martyrem, Theod. Bezam osque 1561. *Lüneburgenſe* inter Inf. xoniæ Theologos eod. anno. *Maul- nnenſe* inter Jacob. Andreæ & Bo- inum, Olevianum & Urſinum 1564. uorum plerorumque Acta typis ſcripta extant.] Colloquia.

[Ferdinandus I. Imp. ejusque ge- r Albertus dux Bavariæ, ac poſteà us Maximilianus II. unà cum fra- Carolo Archiduce per Oratorem um à Pontifice uſum calicis & con- gium Clericorum pro ſuis terris tunt; ſed utrumq; negatum. *Thuan. 5. & 37.*] Imperator & alii Principes uſum calicis & conjugium Clericor. pe- tunt.

In

Livoniæ Archiepiſcopatus fit Ducatus.

In Livonia Archiepiſcopatus fi
tur,& ſubinde in Ducatum migrat,
qua Livonia vide digreſſionem *Thu*
lib. XXI p. 633. [Add. *Schurzfleiſc*
Diſſertatio de Ordine Enſiferorum, quâ i
ſigniores Archiepiſcopatus, hu
converſiones recenſet.]

Perſecutiones in Gallia.

In Gallia male habiti Reforma
donec pax religioni edicto data,q
tamen minus fida ac diuturna n
Pontificiis grata fuit, de quo *Thu*
lib. 28. [*Petr. Suavis hiſt. concil. Trid.*
VII. p. m. 782. De Reformatorum
Gallia afflictionibus vid. *Comment*
de Statu relig. & reip. regibus Henrico
Franciſco II. & Carolo IX.]

Belgio.

De Belgio ante dictum.

Anglia.

Res religionis in Anglia *Camde*
principio Hiſtoriæ exequitur. [I
ductâ enim per reginam Mari
Pontificiâ religione, in puri
doctrinæ Profeſſores crudeliter ſæ
tum eſt, plurimique etiam ſum
dignitatis viri combuſti, nec ſequi
ſexui vel mortuis parcitum. Vid. *A*
nymi rer. Anglicar. Annales lib. III. p
ſim, inprimis *p. 435. usque 450.*]

Bohemia.

[In Bohemia fratrum Bohemi
rum templis clauſis integrisque I

eſiis proſcriptis, illi inde diſperſi in
lonia & Pruſſia Eccleſias funda-
nt. *Synopſ. Hiſt. Perſecut. Eccleſ. Bohem.*
p. 34. & 35. p. 113. ſq]

Literæ & Eruditi.

Hiſtoria literaria.

FErdinandus I. Imp. ut ipſe erat eruditus: ita doctrinarum etiam udia valde fovit, doctosque viros ngulari clementia & benignitate mplexus eſt, aulamque viris omni ientiarum genere eruditiſſimis nul- Academiæ cedentem habuit. In- rimis autem ſtudia hiſtorica & ma- ematica dilexit, & magnis ſumpti- us utiles hiſtoricos in lucem & uſum ublicum produxit.]

Schola Hornbacenſ.

[Illuſtris ſchola *Hornbacenſis* â Volffgango Comite Palatino in Du- atu Bipontino inſtituta 1559.]

Academ. Duacenſ.

In Belgio *Duacenſis* Academia â hilippo II. Hiſpan. rege excitata, iis- emque cum Academia Lovanienſi egibus & privilegiis dotata. 1562. . Octobr.

Academiæ Heidelb. inſtaurati.

[Academia *Heidelbergenſis* ab Otto- e Henrico, El. Palatino, ampliſſime do-

& Bibliotheca inſtituta.

dotata inque meliorem ordine
diſpoſita, qui & *Bibliothecam* illa
totâ Europâ celeberrimam prim
inſtituit. *Dan. Parei hiſt. Palat. p.* 28

[Fuere & aliæ *duæ Bibliothecæ* i
ſtructiſſimæ tunc temporis inſtitu
una â *Ruardo Tappero* Lovanii maj
Theologorum Collegio, altera â
Maria Verrato Ferrariæ Conven
Carmelitarum relicta. *Freher. p.* 1
& 193.]

Viri Eruditi.

Viros eruditione claros recenſi
ri initium facimus â Theologis G
manis & quidem Lutheranis, h
tempeſtate defunctis.

Theologi Lutherani.

[Georg. Rorarius, Diaconus W
tenbergenſis primusque Eccleſiæ L
theranæ ordinatus Paſtor, natus 14
mortuus 1557. ſcripta Lutheri in T
mos diſtribuit, ejusque Bibliis Ger
cùm typis exſcriberentur, corrige
dis operam navavit, ac gloſſas, qu
vocant marginales, ex Lutheri ali
rumque interpretum ore excep
iisdem adjecit. *Freher. p.* 173. *Seck*
dorf. hiſt. Luther. Ind. 1.]

[Henr. Stolo, Palatinus, ſtrenu
religionis purioris aſſertor, nat

489. obiit 1557. d. 28. Sept. Heidelergæ. 30. annos Evangelium douit. *Melch. Adam p. 306. Freher. p. 173.*]

[Jo. Bugenhagius, Pomeranus, atus 1485. 24. Jun. mortuus 1558.). April. licet Boiſſardus ipſum 1585. rte per errorem typographicum eceſſiſſe memoret. Primùm Treovienſi Scholæ præfuit, inde ob inruentem perſecutionem Wittenergam venit, ibique Paſtor factus vangelium docuit, atque Lutherum vertendis Bibliis adjuvit, ac primus aroloſtadio ſtatuas ê templis dejienti ſeſe oppoſuit, multas Germaæ, quin & Daniæ Eccleſias auſpio regis Chriſtiani III. repurgavit ordinavit, variaque Eccleſiæ utilia ripta reliquit. *Chytræ. Chron. Sax. lib. p.* 210. *lib.* 10. *p.* 251. *ſqq. lib.* 15 *p.* 78. *& lib.* 19. *p.* 514. *Seckendorf. hiſt. uther. Ind.* 1. *Melch. Adam. p.* 311. *Frer. p.* 175. *Add. Vincentii Oratio de ipſius ta in vit. & reb. geſt. præcip. Theol. . Bismarci.*]

[Justus Menius, Fuldenſis, natus 499. mortuus an. eod. 1558. Erfurti, othæ & Lipſiæ Evangelium docuit, riaque ſcripta Theologica edidit.

Kk *Melch.*

Melch. Adam. p. 319. *Freber. p.* 177. *Se-
ckendorf. hiſt. Luther. Ind.* 1.]

[ERHARDUS SNEPFIUS, Suevus, na-
tus 1495. obiit an. eod. 1558. Greich-
goæ, Guttenbergæ, Wimpinæ, Ma-
purgi, Stutgardiæ Evangelium docu-
mirâ facundiâ: Ducatum Würten-
bergicum reformavit: hinc Tubin-
gæ & Jenæ Theol. Profeſſor fui-
variisque conventibus interfuit: Ed-
dit Commentarium in Eſaiam, Ena-
rationes in Pſalmos, & diſputation-
Theol. *Melch. Adam. p.* 320. *Freber.*
177. *Seckendorf. hiſt. Luther. Ind.* 1.]

[ERASMUS SARCERIUS, Annæbe-
genſis Misnicus, natus 1501. mo-
tuus 1559. primùm Lubecæ, Roſt-
chii, Viennæ Auſtriæ & Græciæ
Styria ſcholas, deinde in Comita-
Naſſovico Eccleſias rexit, poſtrem-
Lipſiæ, Islebiæ & Magdeburgi Eva-
gelium docuit. Corpus juris m-
trimonialis & de diſciplinâ Eccleſi-
ſtica ſcripſit. *Melch. Adam. p.* 325. *F-
ber. p.* 180.]

[PHILIPPUS MELANCHTHON, Pr-
Wittenbergenſ. 1560. obiit, de q-
ſupra p. 420. Add. *Seckendorf. hiſt. L-
ther. Ind.* 1. *Epitome rer. geſtar. ſub F-
dina-*

dinando I. ap. Schard. Tom. III. p. 142. *Freber. p.* 183.]

[JACOBUS BEURLINUS, Suevus, Tubingenſis Academiæ Profeſſor & Cancellarius Eccleſiæque Præpoſitus, variis iisque periculoſis religionis cauſa ſuſceptis peregrinationibus celebris, natus 1520. obiit 1561. *Melch. Adam. p.* 364. *Freber. p.* 189.

Jo. STURIO, Curienſis, Diaconus Eccleſ. Wittenb. natus 1525. obiit 1561. Editis Homiliis, notus. Vid. *Jo. Bismarius de vita & rebus geſt. præcipuor. Theolog.*

PAULUS RHODA, Quedlinburgenſis, primus in Pomerania Concionator Evangelicus, & Superintendens Stetinenſis: natus 1489. 4. Jan. mortuus 1563. 12. Jan. *Dan. Cramer. hiſt. Eccleſiaſt. Pomeran. lib. III. Freber. p.* 194.

MATTHÆUS JUDEX, Miſnicus, primò Paſtor Eccleſiæ Magdeb. deinde Theol. Profeſſor Jenenſ. ſed ob Synergismum inde ejectus Roſtochii 1564. exul vitam finiit. Centurias Magdeburgenſes cum aliis elaboravit. *Freber. p.* 202.

EX Pontificiis Theologis in Germania hoc tēpore celebriores fuere

Pontificii. Jo. GROPPERUS, Doctor & Canonicus Colonienſis, poſteà Cardinalis, obiit Romæ 1559. ætat. 58. auctor habetur libri à Carolo V. in Comitii Ratisbon. 1541. Collocutoribus exhibiti. *Seckendorf. hiſt. Luther. Ind.* 1.

MICHAEL HELDINGUS, Sidonius Suevus, Epiſcopus Merſeburgenſis, poſtremò Cameræ Spirenſis Præſes, natus 1506. obiit 1561. cum Julio Pflugio & Jo. Islebio novam religioni formulam, quam Interim vocant compoſuit, aliaque ſcripta Theologica edidit. *Sleidan. Comment. lib.* 19. *p.* 591. & *lib.* 21. *p.* 653. *Pantaleon de vi Illuſtr. Germ. P. III. p.* 357. *Seckendorf. hiſt. Luther. Ind.* 1. *Freher. p.* 187.

[GEORGIUS WICELIUS, Fuldenſis, e Lutherano Pontificius, obiit 156 notas in Pſalmos Pœnitentiales, via regiam & alia opuſcula reliquit, qu moderationem præ ſe ferunt. *Frehe p.* 194. *Seckendorf. hiſt. Luther. Ind.* 1.]

FRIDERICUS STAPHYLUS, Osnabru genſis Weſtphalus, natus 1514. dena tus 1564. ætat. 50. primò Theologi Profeſſor Regiomonti fuit, poſte

Lu

Lutheri doctrinâ deſertâ Pontificiam amplexus multa virulenta ſcripta adverſus Lutheranos edidit. *Freher. p. 199. Pantaleon de vir. illuſtr. Germ. Part. III. p. 486.* ubi tamen perperam annum emortualem ponit 1554. Add. *Seckendorf. hiſt. Luther. Ind. 1.*

E Reformatis in Germania Ferdinandi ætate mortui ſunt CONRADUS LYCOSTHENES, WOLFFGANGUS MUSCULUS, AUGUSTINUS MARLORATUS, ANDREAS HYPERIUS & THOMAS GRYNÆUS, â nobis jam ſuprà â p. 437. usq; 439. recenſiti, ſed rectius huc referendi. Reformati.

JUreconſulti Germani doctrinâ ſcriptisque celebres enarrantur â *Melch. Adamo.* Jureconſulti.

[GREGORIUS PONTANUS, Saxo, J.U.D. & Electorum Saxoniæ Cancellarius, natus 1486. denatus 1557. vir ob eximiam eloquentiam & acre judicium Principibus & viris doctis gratus, multis conventibus & Colloquiis religionis cauſâ inſtitutis interfuit, Legationes uſu tractationeque difficilimas obivit. *Melch. Adam. in vitis JCto-*

rum *Germ. p.* 112. *Seckendorf. hiſt. Lu-ther. Ind.* 1. *Freher. p.* 832. Elogium ejus vid. in *Matth. Dreſſeri Rhetor. lib.* 4. *p.* 813.]

[Jo. FERRARIUS, Haſſus, primus Doctor Juris & Rector Academiæ Marpurg. obiit 1558. relictis variis ſcriptis Juridicis. *Melch. Adam. p.* 119 *Freher. p.* 835.]

[WOLFFGANG BOSCHIUS, Cancellarius Bavaricus, multarum linguarum peritiâ clarus; natus Dunckelſpülæ 1500. denatus Straubingæ Bavariæ oppido 1558. Scripſit annotationes in Ptolomæum. *Melch. Adam. p.* 117 *Freher. p.* 834.]

SIGISMUNDUS L. B. in HERBERSTEIN natus in Ducatu Stiriæ 1486. denatus 1559. (vel 1565. ut ſuprà ex aliorum mente retulimus) ætat. 73. varias Legationes in Poloniam, Ruſſiam, Ungariam, ad Pontificem, Venetos, Helvetios obiit, ſcripſitque Commentarios de Moſcovitarum Imperio, religione, moribus, legibus, omnique vita, opus eruditionis plenum lectuque digniſſimum, de quo vid. *Chytræ. lib.* 6. *Saxon. p.* 175. & *Glareanus in Annotat. ad Curtium.*]

[NI

[NICOLAUS GERBELIUS, natus Pforzheimii, obiit 1560. Jo. Reuchlino & Jo. Cuſpiniano familiaris, atque ob ſingularem eruditionem à multis amatus. Primò Viennæ in Auſtriâ Jura docuit, inde Argentoratum vocatus, ibique Hiſtoriarum Profeſſor factus, varia ſcripta hiſtorica in lucem protulit. *Pantaleon. de vir. illuſtr. Germ. P. III. p. 275. Melch. Adami p. 133. ex eoq; Freher. p. 842. Thuan. lib. 26. fin. Jo. Henr. Maji vita Reuchlini p. 87.*]

[GABRIEL MUDÆUS, Belga, Eraſmi & Ludovici Vivis diſcipulus, natus 1500. moritur Lovanii 1561. ubi primarius Juris Profeſſor fuit, variaque ſcripta Juridica reliquit poſt ipſius obitum edita. *Melch. Adam. p. 140. Freber. p. 843.*]

[BONIFACIUS AMERBACHIUS, Helvetius, obiit Baſileæ 1562. ubi 1499. natus, annis 20. jus docuit. Præter epiſtolam de urbe Baſileâ, Munſteri Coſmographiæ inſertam, varias Commentationes ſcripſit. *Melch. Adam. p. 152. Freber. p. 844.*]

[SIMON PISTORIUS, Miſnicus, natus Lipſiæ 1489. obiit 1562. Juris in Academiâ Patriâ Profeſſor, eruditos & ho-

honoratos filios reliquit, *Modeſtinum* in docendi munere ſucceſſorem,ſe præmaturê 1565. defunctum, &*Hart*-*mannum*, pariter JCtum eximium 1601. mortuum; quorum omnium opera Juridica conjunctim edita ſunt nempe Reſponſa ſ. Conſilia, & Illu ſtres Juris quæſtiones. *Melch. Adam. p.* 149. *Freher. p.* 846.]

Medici Germani eruditione ho tempore clari â *Melchiore Adam* recenſentur;

Medici. [JANUS CORNARIUS, Zvviccavien ſis Miſnicus, artiſque Medicæ, quan variis in locis & Academiis docuit & exercuit, inſtaurator feliciſſimus, Ga lenique, Hippocratis & Dioſcoridis Patrum item, Chryſoſtomi, Baſilii & Epiphanii interpres eruditiſſimus obiit 1558. relictis multis tam philo ſophicis, quàm Medicis ac Theolo gicis ſcriptis; licet ſuper verſionibu quibusdam litem ei moverit Leonh Fuchſius. *Melch. Adam. de vit. Medic. p.* 85. *Freher. p.* 1240. *Linden. Renovat.* *lib.* 1. *p.* 502.]

[JACOBUS MILICHIUS, Medicus eru-

di-

tione excellens, natus Friburgi
isgoiæ 1501. mortuus 1559. artem
edicam Wittebergæ docuit, & ad
ntes ſuos revocavit, primusque in
am Academiam Mathematicas ar-
, quas Viennæ â Jo. Regiomonta-
& Georgio Purbachio hauſerat,
m Volmario invexit. *Melch. Adam.*
12. Freher. p. 1244. Linden. Renovat.
p. 488.]

[Levinus Lemnius, Zirizææ, See-
ndiæ oppido natus 1505. ibidemq;
60. obiit, poſtquam Medicinam
ultis annis feliciter exercuiſſet, ac
occultis naturæ miraculis aliosq;
ros edidiſſet, *Melch. Adam. p.* 99.
her. p. 1245. Linden. Renovat. l. c. p.
8.]

[Jo. Drtander, alias Eichmann
ctus, Haſſus, Marpurgi Medicinam
Matheſin docuit, & in utraque
ria ſcripſit & edidit; in Aſtrono-
icis etiam multa adinvenit. Obiit
60. *Freber. p. 1246. Linden. Renovat.*
p. 573. Thuan. lib. 26. fin. Alius ab
oc eſt *Franciſcus Dryander*, de quo
pra *p.* 473.]

[Jacobus Bordingus, Antvver-
anus, vir in omni Philologia & Phi-

loſophia egregie verſatus, & Sado
aliorumque monumentis celebrat
natus 1511. denatus 1560. prim
Antvverpiæ, dehinc Hamburgi,i
Roſtochii, tum Hafniæ Medicin
& fecit & docuit & ſcriptis illuſt
vit. *Melch Adam.p.*101, *Freher.p.*12
*Linden. Renovat. l. c. p.*476.]

[Eod. an. mortuus eſt PETRUS
TICHIUS Secundus, Medicus celeb
& Elegiacorum Poëtarum ſui te
poris princeps, natus Solitariæ,
mitatus Hanovici oppido 1528.
dicinam Heidelbergæ docuit, cu
extant Poëmata, à Joach. Camera
poſt ipſius mortem publicata. Vit
ejus deſcripſit *Jo. Hagius. Melch. Ad*
p. 112. *& in vit. Philoſ. Germ. p.* 1
Freher. p. 1249. *Thuan. lib.* 26. *fin.*]

[Jo SINAPIUS, Francus, Epiſc
Wurzeburgenſis Medicus, natus Sv
furti, obiit 1561. ſcripſit urbis Svv
furtenſis hiſtoriam, Cosmograp
Münſteri inſertam. *Melch. Adam.p.*
Freher. p. 1250. *Linden. Renovat. l.*
683.]

[Jo. MOIBANUS, Medicus Augu
nus, natus Vratislaviæ 1527. pa
Ambroſio Moibano, de quo ſu
*p.*4

30. obiit 1562. *Melch. Adam. p.* 120.
ber. p. 1251. *Linden. Renovat. l. c. p.*
.]

GVILIELMUS GRATAROLUS, Me-
us & Philoſophus excellens, natus
idem Bergami, Galliæ Ciſalpinæ
pido 1510. ſed in German. Acade-
is, Marpurgenſi & Baſileenſi Me-
inam docuit, in eaque plurima
pſit. obiit Baſileæ 1562. *Freher. p.*
52. *Linden. Renov. l. c. p.* 376.]

Eod. anno obiit MATTHÆUS HEUS-
ius, Anatomicus excellens. *Melch.*
em. p. 127. *Freher. p.* 1253.]

Floruit & circa hoc tempus JO.
NTMANNUS, Medicus Torgenſis,
um Metallicarum cognitione præ-
ns, Dresdæ 1528. natus. *Melch. Adam.*
28. *Freher. p.* 1253. *Linden. Renovat.*
622.]

Philoſophis Germanis enume-
rantur à *Melch. Adamo.*

[VALENTINUS TROCEDORFFIUS, Lu- Philoſophi.
tus, de juventute ſcholaſtica egre-
e meritus, natus 1490. obiit 1556.
elch. Adam. p. 167.]

[JACOBUS MICYLLUS, natus Argen-
to-

torati 1503. obiit 1558. primò reg
dæ ſcholæ Francofurtanæ præfec
poſt Heidelbergam ad docenc
Græcam linguam vocatus; inde
men Francofurtum ad priſtinam f
ctionem rediit, ſed rurſus Heidelb
gam accitus primarius ibi Profe
factus, optimeque de literarum
diis meritus eſt. *Pantaleon. vir. illi*
Germ. Part. III. p. 331. Melch. Ad
p. 179.]

[Georg. Macropedius, Ducis
vius, Grammaticus & Poëta exim
obiit 1558. *Pantaleon. Part. III. p.2*
Melch. Adam. p. 182.]

[Gaspar Bruschius, Egranus, Po
excellens & antiquitatis ſtudioſi
mus, natus 1518. inſidiis quoru
dam ſclopeto trajectus interiit 15
Scripſit de aliquot Epiſcopatibus,
monaſteriis Germaniæ, de Laurea
& de Pinifero monte. *Zeill. Ind. h*
Part. II. p. 25. ſq. Melch. Adam. p. 182.

[Jo. Sapidus, Seleſtadienſis, Poët
primùm in Ludo patrio, deinde A
gentorati juventutem docuit, varia
ſcripſit. obiit 1560. *Melch. Adam.*
205.]

[Georgius Sabinus, antea *Schuler*
d

tus, Brandenburgenſ. Philippi Me-
chthonis gener, Juris Doctor &
ëta inter Germanos celebris, pri-
ſque Academiæ Regiomontanæ
ctor, natus 1508. denatus 1560.
ant ejus Carmina varia cum epi-
arum appendice & præceptis de
minibus ad veterum imitatio-
n artificioſè componendis con-
ctim edita. *Melch. Adam. p.* 223.
an, lib, 26. fin. Seckendorf. hiſt. Luther.
ce 1.]

MELCHIOR VOLMARIUS, natus Rot-
læ 1497. obiit 1561. vir fuit Græcè
ineque doctiſſimus, qui Jus Civile
Auctores Claſſicos Tubingæ vi-
ti amplius annos interpretatus eſt.
ch. Adam. p. 232. *Freher. p.* 1459.]

Jo. STIGELIUS, Gothanus, Poëta
ellens, natus 1515. obiit 1562. Wit-
bergæ & Jenæ Poëſin docuit, va-
que carmina ſcripſit. *Melch. Adam.*
34.]

HENRICUS LORITUS GLAREANUS,
thematicus, Philologus & Poëta
mius, natus 1488. obiit 1563. Baſi-
& Friburgi Briſgoiæ docuit, Scri-
preſque optimos reſtituit & Com-
ntariis illuſtravit. *Melch. Adam. p.*
6.]

Nunc

Exteri. NUnc ſequuntur exteri ſpar
poſiti, & quidem Theologi.

Theologi. [Jo. VERGARA, Florentinus T
ologus & Canonicus Compluter
obiit 1557. cum Ferdin. Pincian
Anton. Nebriſſenſi Bibliis Com
tenſibus inſudavit, Ariſtotelis lib
Phyſicos Latine vertit, ac Cardin
Ximenii vitam deſcripſit. *Thuan.*
21. *p.* 646. *Freher. p.* 173.]

[ALBERTUS NOVICAMPIANUS, Th
Doctor ac Profeſſor in Acade
Cracovienſi, & Jo. Sigismundi, R
Hungariæ Præceptor, qui obiit 1
variaque ſcripta Theologica ed
Freher. p. 175.]

[Jo. BALÆUS, Theologus An
& Epiſcopus Oſorienſis, natus 14
mortuus 1558. diu exul in Ger
niâ vixit; multas ſacras Comœd
Acta Pontificum Romanorum, S
ptorumq; Illuſtrium Magnæ Britan
Catalogum contexuit. *Freher. p.* 18

[REGINALDUS POLUS, Cardin
& Archiepiſcopus Cantuarienſis, g
viſſimarumque in Anglia adve
Evangelicos perſecutionum auct

tus 1500. mortuus 1558. Concilio
ridentino Pauli III. Pontif. nomine
gato bis interfuit, ac varia ſcripſit. *Jo.*
perial. Muſ. hiſt. p. 33. Freber. p. 38.]
[ALOYSIUS LIPPOMANNUS, Venetus,
mùm Mutinæ, deinde Veronæ, po-
emò Bergami Epiſcopus, multis
gationibus inprimis ad Concilium
identinum obitis, variisque inge-
monumentis relictis celebris,
ortuus 1559. *Ghilin. Theatr. Vir. doct.*
uan. lib. 21. p. 646. Freber. p. 178.]
[GARSIAS ARIAS, Theologus Hi-
nus, purioris doctrinæ Hiſpali au-
or, ob eamque Inquiſitioni ſubje-
is ac vivus combuſtus anno eodem
59. Thuan. lib. 23. p. 704. Freber. p. 179.]
[JO. BAPTISTA FOLENGIUS, Mantu-
us, Monachus Benedictinus, pieta-
laude excellens, qui de Eccleſiæ
endatione cogitans obiit eod. an-
1559. *Thuan. lib. 23. p. 709. Freber.*
180.]
[PETRUS PALLADIUS, Ripenſis Da-
us, Academiæ Hafnienſis Theolo-
æ Profeſſor, primusque Seelandiæ
perintendens, obiit 1560. De cu-
s vita ſcriptisque vid. *Eraſmus Vin-*
gius in Academia Hafnienſi, p. 63. Fre-
r. p. 181.]

[Jo.

[Jo. Lascus, nobilis Polonus, frat
Hieronymi Laſci, ob Zvvinglii doct
nam Angliâ & Daniâ pulſus, Emde
ſes, Francofurtenſes & Polonos ſim
latô religionis conſenſu decepit, ob
1560. librum de Cœnâ Domini, e
ſtolas & alia ſcripſit, *Melch. Adam.*
vit. Theol. exter. p. 19. Freber. p. 1
Add. *Lud. Lavateri hiſt. de ortu & p*
greſſu Controverſiæ Sacramentariæ.]

[Dominicus Sotus, Hiſpanus, M
nachus Dominicanus, & Theol. P
feſſor Salamanticæ. obiit 1560. Va
in Theologia Scholaſtica & Mor
ſcripſit. Judicium de eo vid. ap
Alphonſum Garſiam Comment. de do
Hiſpan. viris. Freber. p. 187.]

[Petrus Sotus, Cordubenſis H
ſpanus, magni nominis inter ſu
Theologus, qui Dillingæ Svevoru
Theologiam docuit, & in Conci
Tridentino 1563. obiit. Vulgò is co
funditur cum *Ludovico Soto*, qui c
gnomento Major dictus, & in Ac
demia Salmaticenſi ſacras literas i
terpretatus eſt, cujusque in Canti
Canticorum Salomonis ſpiſſus ex
Commentarius. *Freber. p. 195.*]

[Caspar Schvvenckfeldius, nob

amiliâ natus 1490. denatus 1561.
logmata in Theologia ſingularia fo-
it,& Argentorati doctrinam Luthe-
i ſcriptis publicis impugnavit, plu-
esque de religione libros linguâ
iermanica evulgavit. *Freber. p.* 190.
ckendorf. hiſt. Luth. Ind. 1.]

[PETRUS MARTYR, Vermilius, na-
is Florentiæ 1500. denatus 1562. E
ontificio Reformatus factus,in Phi-
oſophiæ & linguarum ſtudio egre-
è exercitatus, Tiguri, Argentorati
Oxonii in Anglia Theologiam
ocuit, & Colloquio Poſſiacenſi in-
rfuit, ſcripſitque Commentarios in
Scripturam, Locos Communes &
ia Theologica, â *Joſ. Simlero* recen-
ta, *Melch. Adam. vit. Theol. exter. p.* 24.
eber. p. 191.]

[JO. MARIA VERRATUS, Ferrarien-
, Monachus Carmelitanus, 1563.
iit, Philoſophus,Theologus &Ora-
r inſignis, Cujus opera VI. Volu-
inibus comprehenſa extant. *Ghilin.*
eatr. vir. doctor. Freber. p. 193.]

[RICHARDUS SMITHÆUS, Anglus,
tus Worceſtriæ, mortuus 1563.
imùm Oxonii, dehinc Lovanii
heol. Profeſſor, poſteà reginæ Ma-

riæ â confeſſionibus ſacris,poſtrem
Duaci Decanus & Theol. Profeſſo
ſuæque religionis propugnator acer
rimus, qui Evangelicos publicis ſcri
ptis impugnavit. *Freher. p.* 195.]

[SEBASTIANUS CASTALIO, All
brox, Græcæ linguæ Prof. Baſileæ,u
1563. obiit. Adornavit is novam B
bliorum verſionem Latinam, font
bus non ubique conformem, c
quam tanquam ſuperſtitioſus pu
Latinitatis affectator, ac perverſ
ſacræ ſcripturæ interpres,ab ipſisma
Reformatis fuit reprehenſus, nom
natim *Bezâ* tum in notis ad N. T.tu
alio peculiari ſcripto ; *Voſſio Part.*
Inſtit. Orat. *lib.* 4. *p.*6. *Riveto* Tom.
Operum p.117 In dogmate de præd
ſtinatione â Calvino diſſenſit. *Thua*
hiſt. lib. 35. *fin.*]

[Jo. CALVINUS, Noviodumi Ver
manduorum in Gallia oppido 150
natus, obiit 1564. primùm Juri Civi
dehinc Theologiæ operam dedit,
ex Galliâ Genevam venit, ubi Paſt
& Profeſſor Theologiæ deſignat
eſt, inde, propter diſſidia ibi exort
Tigurum, mox Argentoratum m
gravit, ſed inde Genevam revoc
tu

us, Eccleſiam ibi inſtauravit, & ab-
olutum prædeſtinationis decretum
ropugnavit, in quo lis ipſi à Ber-
enſibus, quaſi DEUM peccati aucto-
em faceret, intentata. Plurima
Theologica opera eleganti ſtylo
onſcripta edidit. *Melch. Adam. vit.*
heol. exter. p. 63. Thuan l. 36. p. 287. Freher.
. 199. Seckendorf. hiſt. Luth. Ind. 1.]

[Claruit & circa hæc tempora
MARTINUS de CORDUBA, Hiſpanus, The-
log. Profeſſor Tholoſæ & Salmanti-
æ, editis ſcriptis Theologicis cele-
ris, *Freher. p.* 181.]

E Jureconſultis Exteris ſub Im-
peratore Ferdinando I. defuncti
unt.

[MARIANUS SOCINUS, Junior, JCtus Jureconſulti
talus Clariſſimus, obiit 1556. docuit
Piſis, Senis, Patavii & Bononiæ,
cripſitq; Commentaria & tria magna
Conſiliorum volumina. *Freher. p. 832.*]

[PETRUS REBUFFUS, JCtus Gallus,
atus 1500. obiit 1557. docuit Pictavii
& Lutetiæ, ubi & in ſupremo illius
urbis Senatu cauſas forenſes exercuit.
Freher. p. 833.]

[ANDR. TIRAQUELLUS, JCtus exi-

mius, & regius in Curia Pariſien
Senator, obiit 1558. ingenii proliſ
fœcunditate celebratus. Trigin
enim librorum auctor, totidemqu
liberorum parens fuit *Sammarth.Elo*
l.1.p.45.Thuan.l.21.p.646.Freber.p.835

[FRANCISCUS DUARENUS, nobili g
nere ortus, Juris Prof. Bituricenſi
qui exploſis Barbarorum gloſſem
tis, Juris diſciplinam ad fontes rev
cavit, variaque in jure ſcripſit. obi
1559. Æmuli ejus fuere Equinari
Baro & Jac. Cujacius. *Thuan. lib. 23.*
706. Sammarthan. elog. lib. 1. p. 48. Fr
her. p. 836.]

[ÆMARIUS RANCONETUS, JCtus v
ria eruditione clariſſimus, primò S
nator Burdigalenſis, poſtea Conſili
rius & Præſes Pariſienſis, qui prim
veros Romani juris fontes aperui
& humaniores literas ex utriusqu
linguæ ſcriptoribus illuſtravit. Ob
ſenex in carcere eod. an. 1559. *Thua*
l. c. p. 707. Sammarthan. Elog. lib. 1.
46. *Freber. p.* 837.]

[ANNAS BURGIUS, vel BURGUS, primùr
Juris Prof. Aureliæ, dehinc Conſili
rius regius Pariſiis, ſed hæreſeos ſuſp
ctus, carceri incluſus, capitis damn
tu

us atque combuſtus eſt eod. an. 1559. *Thuan. lib. cit. p. 698. ſq. Freher. p. 837. Epitome rer. ſub Ferdinando I. geſt ar. apud Schard. Tom. III. p. 138. & 141.*]

[FRANCISCUS OLIVARIUS, Conſiliarius Reginæ Navarræ, & Cancellarius Galliæ, aulâ quidem ſub rege Henrico II. pulſus; ſed poſtea â Franciſco II. priſtinæ dignitati reſtitutus, obiit 1560. *Thuan. lib. 23. init. Sammarthan. Elog. lib. 2. p. 52. Freher. p. 841.*]

[MARCUS ANTONIUS CAIMUS, primùm Juris Profeſſor Ticini, deinde Senator Mediolanenſis, obiit 1560. Scripſit Annotationes in aliquot Codicis Justiniani titulos, & in aliquot titulos de jurisdictione, *Ghilin. Theatr. vir. lit. Freher. p. 843.*]

[AURELIUS DAVID SVAVIUS, Aſtenſis, JCtus & Advocatus Taurini ſcriptis excellens, cujus conſilia pro oraculis habita fuere. Scripſit Tractatum de Verbor. & rer. ſignificatione & Commentarium ſuper tit. de cap. & poſtlim. reverſ. in ſecundo Digeſti novi obiit 1562. *Ghilin. Theatr. vir. lit. Freher. p. 847.*]

[BARTHOLOMÆUS CAVALCANTIUS, natus Florentiæ 1503. moritur Patavii

1562. fuitque Pauli III. Pontif. & Henrici II. Galliæ Regis Conſiliarius Scripſit Commentarium de optimo reip. ſtatu & Rhetoricorum libro VII. *Thuan. lib. 34. p. 222. Freher. p. 847.*

[ARNOLDUS FERRONUS, Patritius, Senator & JCtus Burdegalenſis, obii 1563. Leges patrias illuſtravit, & Pauli Æmilii hiſtoriam Gallicam ad exceſſum Franciſci I. perſecutus eſ *Sammarthan. elog. lib. 2. p. 61. Freber p. 847.*]

[STEPHANUS BOETIANUS, Senato Burdigalenſis, vir multiplici erudi tione inſignis, ſed pauca reliquit ſcri pta à Michaële Montano poſt illiu mortem publicata. Obiit eod. an. 156 *Thuan. lib. 34. fin. Sammarthan. Elog. li 2. p. 59.*]

E Medicis exteris, qui illuſtre in medendi ſcientiâ famam ſu conſecuti, vitâ exceſſerunt.

Medici. [FRANCISCUS BONAFIDIUS, Medic Patavinus & Botanicus celeberrimu qui primus herbarum & ſimplicium medicamentorum facultates in Aca demia patria docuit, variaque ſcript Medica edidit, obiit 1558. *Ghili Theatr. vir. liter. Freher. p. 1241.*] [OD

[Oddus de Oddis, natus 1478. Patavii, ubi Medicinam docuit, & an. 1558. mortuus eſt. Vulgò Galeni anima dictus, quod totum ferè vitæ tempus in legendo & explicando Galeno inſumpſerit, *Freber. p.* 1240.]

[Jo. Fernelius, Ambianus, Medicus celeberrimus & eloquentiſſimus, natus 1506. obiit 1558. relictis variis ſcriptis Medicis. *Sammarth. Elog. lib. 1. p.* 40. *Thuan. lib. XXI. p.* 645. *Petr. Caſtellanus in vit. illuſtr. Medicor. p.* 192. *Jo. Imperial. Muſ. hiſt. p.* 72. *Freber. p.* 1241.]

[Eodem anno obiit Petrus Bairus, magni nominis Medicus, natus Taurini, ubi Medicinam longo tempore docuit, editisque ſcriptis illuſtravit, *Ghilin. Theatr. vir. liter. Freber. p.* 1242.]

[Franciscus Frigimelica, Patavinus, Medicus & Philoſophus eximius, obiit 1559. cujus pauca extant ſcripta, à fratre Antonio edita. *Freber. p.* 1244.]

[Franciscus Rabelæsus, Medicus Satyricus, moritur 1560. *Sammarth. elog. lib. 1. p.* 22. *Freber. p.* 1245.]

[Jacobus Gopilus, Medicinæ Profeſſor Lutetiæ, qui veteribus Græcis Medicis recognitis famâ eſt adeptus, obiit 1560. *Sammarthan. elog. lib. 2. p.* 65. *Freber. p.* 1246.

[Christianus Torchilli, Morſianus Danus, ac Medicinæ in Academi Hafnienſi Profeſſor & Cancellarius de quo *Eraſmus Vindingius in Acad Hafnienſi p. 61.*]

[Jacobus Hollerius, Stempenſi Gallus, Medicus Pariſienſis, obii 1562. Scripſit plurima, de quibus ta men pauca ſunt edita, cætera vel ſup preſſa, vel â plagiariis ſurrepta. *Thuan lib. 34. p. 221. Freher. p. 1251. Sammarth elog. lib. 2. p. 66.*]

[Bassianus Landus, Placentinus, Phi loſophus & Medicus excellens, do cuit Patavii, â ſicario confoſſus, obii 1562. relictis plurimis tam in Medi cina, quàm Philoſophia ſcriptis. *Thuan lib. 34. p. 222. Freher. p. 1252.*]

[Gabriel Fallopius, Anatomicu poſt Veſalium excellentiſſimus Aſtrologus item præſtantiſſimus, na tus Mutinæ 1490. obiit 1563. ætati 73. quanquam aliter ſupputat Petrus Caſtellanus in vit. illuſtr. Medicor. p. 206. ubi eum an. 1523. natum, & 1563. ætatis 39. mortuum memorat. Is ut abdita naturæ plantarumque virtutes abſtruſas cognoſceret, totam ferè Europam peragravit, & Patavii

Me-

edicinam voce pariter ſcriptisque
iſtravit. *Freher. p. 1253. Linden. re-*
vat. p. 311.]

Circa hæc quoque tempora inter
eros Medicos medendi ſcientiâ
ruere;

Nicol. Massa, Venetus, cujus ex-
t, præter Introductionem ad Ana-
niam, epiſtolæ Medicæ, *Freher. p.*
45.]

Petrus Belloinus, Cenomannus,
dicus Gallus, rerumque exotica-
n indagator ſolertiſſimus, qui in
ſicis ac Medicis multa ſcripſit.
ver. p. 1253.]

Philoſophis exteris eruditionis
laude claris hoc tempore obie-
t;

Jo. Checus, Cantabrigienſis An- Philoſophi.
s, nobili genere natus, vitæ mo-
isque Eduardi VI. regis Angliæ
fectus; ſed poſt ejus mortem
æ religionis amore in Germaniam
ravit, & Argentorati literas Græ-
aliquantiſper docuit, inde Bruxel-
in Brabantiam deſcendens, ab Hi-
nis militibus prehenſus, inque An-

gliam abductus eſt, ubi Londini
carcere 1557. obiit, relictis tam
multis præclaris ingenii monume
tis. *Freher. p.* 1456. *ſq.*]

[Jo. Baptista Ramusius, Venet
obiit 1557. hiſtoria navigation
illuſtris. *Thuan. lib.* 19. *p.* 592.]

[Eod. anno deceſſit Salmonius M
crinus, Lyrica Poëſi celebris. *Thu*
l. c. Sammarth. Elog. lib. 1. *p.* 21.]

[Jo. Pena, Aquæſextienſis, Mat
maticus inſignis, multisque Eucl
non antè viſis monumentis evul
tis, ac Latinitate donatis nomen a
ptus, obiit 1558. *Thuan. lib.* 21. *p.* 64

[Julius Cæsar Scaliger, Italus,
antiquiſſimâ Scaligerorum, Pri
pum quondam Veronenſium fa
liâ oriundus, natus in caſtro Ripa
lacum Benacum 1484. Patre Be
dicto Scaligero, bellatore ſtren
Criticus, Poëta, Medicus & Philo
phus inſignis fuit, arma etiam c
gloria geſſit, Cardanum Medic
Mediolanenſem de ſubtilitatibus
futavit, Poëticam, Epiſtolas, Orat
nes & Poëmata edidit, in Ariſto
lem & Theophraſtum commenta
eſt, de medicina, de cauſis linguæ
ti

æ, de gente Scaligera, etiam exer-
ationes exoticas reliquit, obiit in
llia Aginni Nitiobrigum 1558. ætat.
Thuan. lib. 21. p. 645. Jo. Imperial.
ſ. hiſt. p. 63. ſq. Freber. p. 1243.]

[Jo. Pierius Valerianus, Bolzanius
llunenſis, natus 1477. itid. 1558.
ortuus, Philologus egregius, cujus
ant hieroglyphica, arcanas Ægy-
orum notas referentia, libellus de
elicitate literatorum, Antiquitates
llunenſes, Caſtigationes & varieta-
Virgilianæ lectionis, Poëmata (&
a opuſcula erudita. *Jo. Imperialis*
ſ. hiſt. p. 39. Ghilin. Theatr. vir. literat.
iisque Freber. p. 1457.]

[Lucas Gauricus, Italus, Pomponii
ter, de quo ſupra p. 466. Mathe-
aticus & Epiſcop. Civitatenſis, divi-
tionibus Aſtrologicis celebris, eod.
1558. ætat. 83. Romæ obiit. *Thuan.*
23. p. 708. Freber. p. 1458.]

[Romulus Amasæus, Utinenſis eod.
1558. obiit. Græcas Latinasque
eras Bononiæ docuit, Legationes
Cæſarem, Germaniæ Principes
gemque Poloniæ obiit, & varia
ipſit. *Thuan. lib. 21. p. 645.*]

[Joach. Perionius, Gallus, verſis è
Pla-

Platone & Ariſtotele quibusdam c
ſorem Gruchium habuit: qui c
Sigonio de Comitiis diſputavit.O
an. 1559. paulò ante Henrici II.
cem. *Thuan. lib. 23. p. 708. Samma*
elog. lib. 1. p. 37.]

[ROBERTUS STEPHANUS, Pariſien
Typographus regius doctiſſimus,
tis tot optimis omnis generis S
ptoribus, præſertim Latinæ lin
theſauro tribus voluminibus 15
excuſo, de re literariâ immortali
meritus obiit eod. an. 1559. *Th*
lib. 23. p. 708.]

[NICOLAUS TARTALEA, Brixien
Mathematicus inſignis, obiit Ve
tiis 1560. relictis aliquot opuſc
linguâ Italicâ conſcriptis. *Freher*
1459.]

[ALOYSIA SYGÆA, Hiſpana, fœm
nobilis, eod. an. 1560. obiit, ling
Latinæ, Græcæ, Ebraicæ ad mira
lum usque perita,& Jo. Vaſæo,L.A
dreæ Reſendio, Jo. Merulo, Alv
Gomecio & Fr. Luiſino certatim l
data. Scripſit epiſtolas Latinas,D
logum de differentiâ vitæ aulicæ
urbanæ, & Poëtica quædam, de q
bus nihil editum. *Nicol. Antonius*
b

ıth, *Hiſpan. Thuan. lib*, *26. fin.* Falſò
:em ei adſcribitur liber obſcœnus,
yra Sotadica inſcriptus, ut oſten-
Morhofius Polyhiſt. literar. lib. 1. *p.*
]
LÆLIUS CAPILUPUS, Mantuanus,
gilii imitator & Centonum ſcri-
ır, eod. an. 1560, obiit, de quo *Thuan.*
26. p. 808.]
[GABRIEL FAERNUS, Cremonenſis,
us, vir politioris literaturæ laude,
ptisque veterum ad Codices ma-
ſcriptos examinatis & caſtigatis,
rentioque inprimis recenſito cla-
, obiit 1561. *Thuan. lib.* 28, *fin.*]
Eod. anno obiit ARNOLDUS ARLE-
s, Gallo-Brabantus, in caſtigandis
æcis ſcriptoribus diligentiſſimus,
Joſephi editione de re literaria
eclarè meritus. *Thuan.l.*28.*fin.*]
[JOHANNES BRODÆUS, Cæſarodunus
llus, Philoſophus & Mathematicus
idioris doctrinæ laude celebris,
iit 1563. *Thuan. lib.* 35.*fin.*]
[Jo BAPTISTA GELLUS, Florentinus,
d. anno 1563. obiit, ineruditus qui-
m, ſed ingenio tamen præſtans,
itatione Luciani dialogos linguâ
licâ ſcripſit. *Thuan. lib.* 35 *fin.*]

[PE-

[Petrus Franciscus Jambularius,
lus, Latinis, Græcis & Ebraicis lit
eruditus, obiit 1564. Scripſit hiſtori
Europæ linguâ Italicâ an. 1566.
netiis excuſam, Thuano forte
viſam, cum noviſſimæ antiquitatis
ſtorias Italicas ipſum quidem orſ
ſed ultra 1200. annum non pe
xuiſſe memoret. *lib. 36. p. 287.*]

[Eod. anno obiit Guilielmus
rellus, Gallus, Typographus Gr
peritiſſimus, excuſiſque optimæ
tæ libris, præcipuè Græcis famam a
ptus. *Thuan. lib. 36. p. 288.*]

[Jo. Buteo, Mathematicus ex
lens nobili in Germaniâ loco na
& Orontii Finæi diſcipulus, qui v
ſcripſit, partim, dum viveret, pu
cata, partim ab invidis homini
ſuppreſſa. Multas idem machina
inſtrumenta Muſica adinvenit. *Th*
l. c.]

[Michael Angelus Bonarotus,
tis pictoriæ, ſculptoriæ, ſtatuaria
architecturæ peritiâ clarus, nat9 14
denatus 1564. ætatis 90. Romæ, p
quam 17. annos ibi in ædificando
Petri templo inſumpſiſſet. *Frebe*
1460.]

[Floruit & circa hoc tempus Lu-
vicus DOMINICUS, Placentinus, Phi-
logus, Orator & Poëta eximius, qui
gua Italica varia ſcripſit & edidit.
ilin. Theatr. vir. lit. Freher. p. 1459.]

Memorabilia alia.

Nova Zembla anno 1558. Philippi-
inſulæ 1564. detectæ feruntur. *Jo.
pt. Riccioli Geogr. reform, lib. 3. c. 22,
p. 97.*]

[Enſiferorum Ordo in Livonia ex-
guitur; in Italia autem Equitum
Stephani â Cosmo, Duce Floren-
, inſtituitur 1561. *Chytræ. Saxon. lib,
. p. 335. Thuan. lib. 26. p.* 805. De
ore Ordine vid. & *Diſſertatio C. S.
urzfleiſchii Wittenb.* 1685. *edita*]

[*Davidis Georgii* ſ. *Johannis â Bruck*,
poſtoris, cadaver effoſſum, atque
à cum illius ſcriptis Baſileæ exu-
um 1559. De cujus vita, doctrina
morte præter *Thuanum* vid. *Deſcri-
o ap. Schard. Tom. III. p.* 30. Add. *Epit.
. ſub Ferdin. I. geſt. apud eund. p* 136.
*hiſtoria Jac. Stolterfohti nuperrime à
riſtiano Thomaſio in hiſtoria Sapientiæ*
&

& Stultitiæ Part. I. *Germ. recuſa*
60.]

[*Hans Vater*, inſignis itidem im
ſtor, qui triennium per celebres
quot Germaniæ Civitates vag
fuerat, Norimbergæ detectus, pu
co palo alligatus & exilio mult
eſt 1562. *Epit. rer. geſt. ſub Ferdin.*
Schard. Tom. III. p. 151.]

Collegia eloquentiæ vernacul
Brabantia deſcribuntur ab *Haræo*
1561. Tom. 3. p. 8. &c.

Prodigia & oſtenta *Conr. Lycoſ*
nes conſignavit.

PA

PARS IV.

De rebus ſub Imp. Maximiliano II. geſtis.

MAximilianus II. natus eſt Ferdinando Imperatore, & Anna, Laslai Boh. & Hung. R. filia, Viennæ 27. 1. Aug. [Princeps heroica inle præditus, multisque excellenbus ingenii dotibus divinitus ornas: educatus in aula patrui ſui, Cali V. ad quem in Hiſpaniam miss, ut cum ipſius filio, Philippo, ætate rè æquali, in bonis literis aliisque incipem decentibus artibus eruretur. Prima ſua tyrocinia poſuit ello Gallico 1544. poſtea Smalcalco 1546. in quo multa illuſtria forudinis documenta dedit An. 1547. omitiis Auguſtanis nomine Cæſa interfuit, dehinc abſente illius fi, Philippo, Hiſpaniā integro trieno, nempe ab an. 1548. usque ad 51. pro rege gubernavit] Rex *bemiæ* Pragæ, *Hungariæ* Poſonii 1562.

Maximiliani II. nativitas.

ingenium

educatio.

Belli tyrocinia.

Coronatio

Ro-

Romanorum autem Francofurti eod
anno d. 24. Novembr. renunciatu
& 30. Nov. ipſis Andreæ feriis ib
dem coronatus eſt. Aderant tur
omniumRegum & Principũ, ipſiusc
etiam Solymanni Turcarum Imp
ratoris Legati, novo regi gratulatur
De Electione & Coronatione ext
relatio non una ap. *Schardium tom.*
cum carminibus & aliis monumen
tis *p. m.* 83. *ſqq.* Patre 1564. mortu

Cura ac ſtudium.

Imperator factus omne ſtudium
pacandumImperiumRomanum co
tulit, ante omnia de rebus Hungaric
ac bello cumTurcis,quosJo.Wayvv
da Tranſylvaniæ attraxerat, geren
ſollicitus. In Poloniæ etiam rege
poſt Henrici Valeſii diſceſſum 15
â majori Senatorum parte elect
eſt : ſed ob diverſa Procerum ſt
dia â Stephano Bathorio, regnum i
tereà dum ipſe cunctatur, occupar
prævertitur,ac fruſtrà dein pro vin
cando illoGermaniæ Principũ auxi
ſollicitat. Vid. *Paul. PiaſeciiChron. rer.*
Europ. geſtar. Uxorem habuit *Maria*

Uxor.

avunculi, Philippi II. Hiſpan. R. So
rem, & Patrui Caroli V. filiam, q
raro ut virtutis ita & dignitatis exe

olo Cæſaris filia, Cæſaris nurus, Cæ-
ſaris Conjux, Cæſaris denique ma-
ter fuit, maritumque XV. liberorum liberi.
parentem fecit: è quibus patri ſu-
perſtites fuere *Rudolphus II.* & *Matthias*,
Cæſares facti, *Erneſtus* & *Albertus*, Bel-
gii gubernatores, *Maximilianus*, ma-
giſter Ordinis Teutonici, & *Wences-
laus*, Archidux Auſtriæ. *Anna* gran-
dior natu filia Philippo Hiſpaniæ, &
Eliſabetha Carolo IX. Galliæ regi nu-
pta. Obiit Ratisbonæ in Comitiis
12. Octobr. ipſo die Maximiliani Mors.
1576. cùm vixiſſet 49. & Imperium
12. annos tenuiſſet. Prudentiæ no- Elogium.
mine is meritò laudatur, quod & in
religionis negotio, & in aliis rebus
apparuit. Humanitas, doctrina, &
præſertim octo linguarum peritia in
eo commendatur. Vid. *Octav. Strada à
Rosberg*. Add. Elogium *Thuan. lib. 62.
p.* 134. ubi vocatur *Princeps æquitate
animi, prudentia & juſtitiâ inſignis, & in
quo ad ſummam fortunam nihil merito
deſiderares, niſi ipſam fortunam & firmi-
orem valetudinem.* [Annis enim 20.
ex palpitatione cordis laboraſſe dici-
tur, quod nonnulli præbito ipſi à
Granvellano veneno adſcribunt.]

Scriptores vitæ.

Oratio funebris laudes Imperatori
complexa habetur apud *Chytr. lib
XXIII, p. 629. &c.* [De aliis, qui ipſiu
vitam & res geſtas deſcripſerunt, vid
*Caſp. Sagittarius Introd. ad hiſt. Eccle
cap. 24. p. 647. & Mich. Hertzius Bi
blioth. Germ. in Maximiliano II.*]

Quæ ad Rempubl. per tinent.

Capitulatio.

IN his primus locus Capitulatio
debetur, quam *Goldaſtus* exhibu
part. 2. der Reichs Satzungen. *p.* 28
Non eſſe autem genuinam aut pl
nam, rationibus conſideratu dign
putat Limnæ9 *ad h. Capitulat. p.* 487 *ſq*
[Quæ autem in utramque parte
afferri poſſint rationes, breviter a
duxit *Auctor noſter in Excerpt. Contro
Illuſtr. p.* 64. Primus tamen hanc C
pitulationem integram & ad genu
num, quod in Archivo Palatino e
tabat, exemplum expreſſam public
luci expoſuit *Henr. Gunther. Thulem
rius*, eamque Tractationi de Aure
Bulla ſubjunxit. Unde conſtat Ca
pitulationis illius exemplum, qual
Goldaſtus, & ex eo Carpzovius, Lim
næu

ıæus aliiq; edidére, mutilum fuiſſe.]

Comitia Auguſtæ celebrata anno ſ66. decreto facto 30. Maji, de rupta : Wayvvoda Transſylvaniæ pace, de ectis in religione, præter Pontificios t Lutheranos ; de pace publica jusque executione, de ſubſidiis adverſus Turcam, de Judicio Cameræ, le Moneta, de latrociniis puniendis liisq; rebus in R. A. *Chytr. lib.* 21. *p.* 561. Add. Epitome de rebus hoc anno eſtis *ap. Schard. Tom. IV. p.* 46. & 48. n iisdem Comitiis quoque actum e dignitate Electorali, Friderico III. alatino, ob doctrinam & Catechinum Calvinianum in regionem ıam introductum, & occupata quæam Epiſcopi Wormatienſis loca, aboganda. Verùm cum is gravi oraione ſe purgaſſet, & Auguſtus Saxoiæ El. ac Carolus Marchio Badenſis ro ipſo interceſſiſſent ; in conſeſſu ublico fuit abſolutus. *Dan. Pareus Medull. hiſt. univ. Tom. II. p.* 197. *ſq.* & *hiſt. Palat. p.* 293.

Comitia Auguſtana an. 1566.

In Comitiis Ratisbonenſibus 1567. 2. Maji decretum de auxilio adverus Turcam, de executione adverſus

Comitia Ratisbonenſia. 1567.

proſcriptos, & excidio ac demolition
munitionum Gothanarum, imper
ſisque ejus belli. Vid. Epit. de rebu
ſub Maximiliano hoc anno geſti
apud Schard. Tom. IV. p. 63.

De iisdem, & aliis quibusdam n
gotiis actum eſt & decretum Erfur
27. Septembr. ejusdem anni, im A
ſchied der R. Kayſerl. Majeſt. und d
H. Reichs Creiß-verordneter/ für ſic
und im Nahmen Churfürſten/ Fürſte
und Reichs Stände/ in des Ertzbiſchoff
und Churfürſten zu Maintz Stadt Erfu
anno 1567. auffgericht.

Comitia Francofurtenſia 1569.

In Comitiis Francofurtenſibus a
no 1569. decretum 14. Junii. de p
ce varie turbata, de militibus Gal
cis, de avocandis ab illa militia Ge
manis, de nova ratione executio
pacis Publicæ & Religioſæ &c. R.

Comitia Spirenſia 1570.

In Comitiis Spirenſibus 1570. d
cretum 11. Decembr. de petulan
militum coërcenda, de delectib
peregrinorum, de emendanda ex
cutione Pacis publicæ, de appara
adverſus Turcam, de impenſis be
Gothani, de judicio Cameræ, de M
tricula Imperii, de Moneta, de f
moſis libellis &c. Sicut habet R.

A

Adjungitur das Reuter Recht / it. der Teutſchen Knecht Articuln. [Add. Epitome de rebus ſub Maximiliano II. geſtis ap. *Schard. Tom. IV. p.* 140. 141. *it. p.* 148.]

Hæc Comitia pepererunt Deputationem Imperii, ubi Francofurti. 1. Octobr. 1571. decretum eſt potiſſimum de re monetaria, & de matricula integranda. Adjiciuntur in R. A. edicta de re monetaria. Deputatio Francofurt. 1571.

In Comitiis Ratisbonenſibus 1576. 12. Octobr. decretum de apparatu contra Turcam, de executione pacis publicæ, de delectibus peregrinorum Principum, de Circulis, de Judicio Cameræ, de re monetaria, de matricula, de fœnore Judaico, de novis vectigalibus &c. R. A. Comitia Ratisbonenſia. 1576.

In his Comitiis actum etiam eſt de ordine novo Equitum inſtituendo, qui adverſus Turcam operam navaret. Sed res dilata. Vid. *Limn. Addit. Tom. IV. ad l. 6. c. 2. n. 52.*

Decreta etiam eſt Legatio nomine Imperii ad Moſcum pro Livonis mittenda.

Controverſa quædam *& mutata in Imperio.*

Controverſiæ illuſtres de Ducatu Slesvic.

COntroverſiam inter regem Dani Ducesque Holſatiæ de Slesvicer ſis Ducatus feudo, â rege Daniæ ſ lenni ceremonia accipiendo 156 motam explicat *Chytræus lib. XXI.* 566. *&c.*

InterElector. urbemque Trevirenſ. 1568.

[Controverſia an. 1568. inter El ctorem urbemque Trevirenſem ag tata de hujus juribus ac privilegi Archiepiſcopus enim urbem null medio ſibi ſubjectam eſſe contend bat, ac proinde obſequii abſoluti ju jurandum, vectigalium impoſiti nem, Senatûs conſtitutionem, cuſt diam clavium, executionem ſente tiarum & cauſarum criminalium d judicationem ſibi arrogabat; qu omnia Oppidani conſvetudine v præſcriptione per poſſeſſionem qu temporis ſibi competere cauſaba tur. Quam in rem præter *Thuanu* legi omninò merentur *Chriſtoph. Br werus & Wilhelmus Kyriander in Ann libus Trevirenſ.* quorum ille Archiepi

ſcop

pi cauſam, hic vero urbis jura ac
vilegia tuenda ſuſcepit.
Controverſiæ, quæ DucibusBruns-
enſibus cum urbe Brunsvica in-
cedebat, 1569. amice eſt compoſi-
licet ea ſubinde per intervalla re-
vata ſit. *Thuan. lib.46. p. 616.*]
Hanſicæ Societatis declinatio apud
ytræum lib. XXIII. principio. Digreſ-
de ea *Thuan. lib. LI. p. 783. ſq.*
n illa olim ultra 72. Civitates nu-
erabantur, de quibus hodie non
i tres ſuperſunt, nempe Brema,
beca & Hamburgum: Quarum
nudum ſolùm nomen gerit, iſta
um admodum, hæc vero ſola
nia pænè contribuit ad ſumptus
legatorum Conventibus neceſſa-
s. Vid. *Wicquefortii L'Ambaſſadeur*
1. Sect. 2. p. 31. ſqq. Edit. Germ. Add.
Eloris noſtri Notit. Imperii lib. XI.
. 4.]

Inter Duces Brunsvic. & urbem Brunsvic.

Civitatum Hanſeaticarum declinatio.

Mm 5 *Bella*

Bella & tumultus Germania.

Roſtochienſes turbæ.

DIſſidia ac turbas inter Sena
& Cives Roſtochienſes me
rat *Chytr. lib. XXI. p. 555. &c.*
1565. & 1566. [Ortæ illæ eran
denegatas plebi rationes pecu
publicæ, cujus adminiſtratio M
ſtratui conceſſa plebi ſuſpecta v
batur. Qua occaſione uſi Duces
gapolitani cum copiis clam con
ptis Roſtochienſes ad reſiſten
imparatos & cum peſtilenti inſ
lue conflictantes ex improviſo a
ti ſunt, eosque ad deditionem c
pulſos magna pecuniæ ſumma
tarunt, ac re per Legatos Cæſa
compoſita inde diſceſſerunt.
Epitome rerum ſub Maximilian
an. 1565. geſtarum apud *Schard.*
IV. p. 43. ſqq.]

Bellum Gothanum.

In Germania inprimis Gru
chianæ turbæ deſævierunt. Ge
enim eſt anno 1567. bellum ad
ſus Grumbachianæ conjurationis
ces ac eorum receptatores non

ſumptibus Imperii, à Saxoniæ Ele-
ore Auguſto, tanquam ſuperioris
xoniæ circuli Duce, [qui, poſt
um menſium obſidionem, urbem
otham arcemque Grimmenſtei-
um deditione cepit. Jo. Fridericus
Dux Saxoniæ captus primò Dres-
m, poſteà Neoſtadium Auſtriæ
cuſtodiam abductus. Proſcripti
liqui, quorum 18. numerabantur,
rio ſupplicio ſunt affecti; & qui-
m illorum dux, Grumbachius, an-
ætatis ſuæ 73. cum Cancellario
riſtiano Bruckio, vivi: Guiliel-
us verò Steinius capite prius trun-
us, in IV. partes diſſecti, inque viis
blicis ſuſpenſi: David verò Baum-
rtnerus, Baro Auguſtanus & Hieron.
andenſteinius, præſidiariorum ar-
præfectus decollati, & arx ſolo
uata. Extat relatio ſingularis apud
bardium Tom. IV. p. 2275. Edit. noviſſ.
p. 34. usque 40. *Epitome rer. an. 1566.*
1567. ſub Maximil. II. geſtar. ap. eund.
49 55. ſqq. it. p. 62. Acta publica. Add.
onymi Deſcriptio German. Landgra-
atus Thuringiæ cap. 31. p. 470. ſqq. Pro-
int & epiſtolæ mutuæ inter Augu-
um & Jo. Fridericum II. *in neceſſaria*

& vera reſponſione an. 1567. *nomine* [cut off]
guſti edita in 40. ubi eſt Apol[cut off]
Actorum Auguſti, arguiturque
Fridericus, quaſi eidem inſidias [cut off]
xiſſet. Cæterùm Scriptores de
bis Grumbachianis & bello Goth[cut off]
longâ ſerie enumerat *Caſp. Sagitt*[cut off]
in Memorabilib. hiſt. Goth. p. 26.]

Bellum Trevirenſe 1568. [Bellum Trevirenſe 1568. â Jac[cut off]
Elſio, Trevirorum Præſule, qui
bem, quam ſibi nullo medio ſu[cut off]
ctam eſſe contendebat, obſedit, e[cut off]
tatum, Cæſaris Principumque in[cut off]
ventu ac prudentiâ mox extinc[cut off]
eſt. *Thuan. lib.* 43. *p.* 525. *Chriſtoph.*[cut off]
werus Annal. Trev. Tom. 2 *lib.* 22. *p.*[cut off]
Epitome rer. h. a. geſtar. ap. Schard.
IV. p. 89.]

Diſſidium Gedanenſ. 1569. [An. 1569. Gedanenſium cum[cut off]
natu diſſidium, quod ſecutis ind[cut off]
lamitatibus materiam præbuit,
ſcribit *Thuan. lib.* 46. *p.* 617.]

Externa.

Italica. 1567. IN ITALIA Caſalenſes cum Man[cut off]
no contendunt. *Natal. Comes lib.*[cut off]
p. 390. add. *Thuan. lib.* 41. [Alph[cut off]
ſus, Marchio Finalis, in Principat[cut off]
ſu[cut off]

m, quo per injuriam fuerat eje- 1569.
s, à Cæſare reſtituitur. *Natal.Com.*
20. *p.* 435.] Pæne pacem Italiæ
baſſet, quod Coſmus Mediceus
gnus Dux Hetruriæ à Pio V. Pon-
e creatus eſt: æmulantibus Prin- 1570.
ibus Italis Germaniſque, Impera-
e etiam contradicente, *Natal.Com.*
21. *p.* 455. confirmatur tamen à
ſare, ægrè. *lib.* 26. *p.* 587. *add. Thuan.*
46. & 54. Anno 1573. Maximi-
ius Imperator Gulielmum Man-
Ducem, Montisferrati Marchio-
n, Ducem creavit Montisferrati. 1573.
al. Com. lib. 23. *f.* Mediolanenſis
troverſia inter Archiepiſcopum
ræfectum regium de jurisdictio-
Natal.Com. lib. 24. *p.* 530. Coſmus
ritur 1574. *Id. p.* 536. *&c.* Itali-
um Principum ambitio in affe-
ndis titulis Sereniſſimi & Subli-
atis. *Natal.Com. lib.* 25. *p.* 551. Ge-
nſium motus pene exitiabiles, tri- 1575.
factionibus concertantibus, fuſe
cripti 1575. *Ind. d. l. p.* 554. *&c.* qui
bellum erumpunt, quod induciis
penditur, & compoſitio ad arbitros
egatur *lib.* 26. *p.* 572.

n GALLIA regnante *Carolo IX.* bel- Gallica.
lis

lis civilibus omnia per hos annos
quieta : Scoticis turbis intermi
Gallia, donec pax facta anno 70. c
diligenter exequitur *Thuanus* an
qui huc pertinent. ad *lib.* 48. R
Gallis in Florida geſtæ *lib.* 44. pr.
bello in Belgium transferendo c
ſultatum *lib.* 51. Laniena Pariſie
ſeu Bartholomæana â Colinii c
initio ducto. *Thuan.* 52. Et co
tum de ea judicium ap. *eund. lib.*
pr. [Quam & toto animo ave
tus ac deteſtatus eſt Caroli regis
cer, Imp. Maximilianus II. prout
dere eſt ex literis illius manu ad
zarum Schvvendium exaractis,
Goldaſt. Conſtit. P. II. p. 383. Pont
tamen Gregorio XIII. atrox ho
cinus adeò placuit, ut propterea
blicas in Templo gratias Deo eg
& Jubilæum toto Chriſtiano C
celebrandnm indixerit, ac num
inſuper percutiendum curaverit
cujus una facie angelus ſiniſtra
cem, dextera gladium, quô Huge
tos perimit, tenet, cum inſcriptio
HUGENOTTORUM STRAGES. Vid. *C*
Molinetus in Romanor. Pontif. hiſtori
numos Pariſ. 1679. *edita p.* 93. C
der

runt autem iſta laniena vel trium
erum ſpatio triginta millia, ipſeq;
xCarolus in reſponſo Gregorii Pon-
. legato dato gloriatus eſt, ſe poſt
olinii mortem intra dies paucas ſe-
uaginta millia, imò plures truci-
ſſe. Vid. *Onuphr.* & *Anton. Cicarella*
Pontif. Gregorii XIII. vitâ p. 443. edit.
lon. Cæterùm de laniena Pariſienſi
ousque eò pertinentibus præter
atos Scriptores legi poſſunt. Dav.
ıytræi *lib. 23. p. 617.* Natal. Com.
hiſtoria ſui temporis lib. 23. p. 511. ſq.
. Wechelii *ſcripta variorum*, Auctor
poſtremis Galliæ motib. Francoſ. 1586.
r. Erneſti Pharamundi Friſii *ſcriptum*
no altero ab immani hac laniena edi-
m, 1573. quod titulum habet de furo-
ius Gallicis. Em. Meterani *hiſt. Belg.*
rt. 1. lib. 4. p. 169. & ſq. Jo. Busſierii
ſt. Franc. Part. IV. lib. 20. edit. Lugdu-
nſ. Jul. Cæſ. Bulengeri *Jeſuitæ Hiſto-*
a ſui temporis lib. 4. p. 129. Chriſtiani
id. Franckenſteinii *Nuptiæ Pariſinæ*
b calcem Orat. & epiſtolar. Mureti Lipſiæ
572. recuſ. adjectæ. Interim Caro-
s IX. qui tantum innocentiſſimi
nguinis profuderat, ſanguinis pro-
ıvio inter dolores longè acerbiſſi-
mos

mos obiit 1574. cujus tamen mor
alii alias cauſas afferunt. Hiſtori
illius ſcripſit. *Anton. Varillaſius*. Ei ſ
ceſſit Henricus III. de quo in ſeq.

Hiſpanica. In HISPANIA *Philippus II.* plerac
conſilia & arma contra Belgas v
tit: de quibus mox dicetur, & p
ſertim *Haræus* ſcripſit annales tum
tuum Belgicorum, de quorum o
gine & progreſſu extat libellus pe
liaris *Erneſti Eremundi, Amſtelod.* 16
edit. contra Turcam etiam aliqua
ſta, de quibus ſubinde dicetur. C
lebre inprimis eſt adverſus Mau
Granatenſes bellum, quod bien
duravit. *Thuan. lib.* 48. *pr.* Tum
memorabilis Caroli, Hiſpanor
Principis, captivitas & mors, cu
variæ afferuntur cauſæ, *Thuan. lib.*
p. 506. *ſq. Natal. Com. lib* 19. *p.* 4
Meteran. lib. 3. *hiſt. Belg. & Fam. Str*
Decad. 1. *lib.* 7. *p.* 357.]

Belgica. 1566. Inquiſitio decreta in Belgio mo
hominum eam indignantium a
mos. [Proceres igitur nobileſq
viri libertatis religionisque tuen
cauſa fœdere, quod *Compromiſſum*
cebant, invicem pacto, Bruxellas
gubernatricem veniunt, petentes,

ariora in cauſa ſacrorum lata edi-
a refigerentur. Qui rejecti ac per
ontemptum *Gveuſii*, h. e. mendici
ppellati, ad ſocietatis initæ demon-
rationem mendicantium ſymbola
ſumpſerunt, atque, ut Hugonotti in
allia, ſic in Belgio deinceps omnes
ontificiam religionem averſantes
veuſii nominati fuêre.] Hinc no-
a jurisjurandi formula obligati Du-
es quam detrectant Auriacus & 1567.
ochſtratanus. In aula Hiſpanica de
medio turbarum Belgicarum deli-
eratur: præſentia Principis ſuade-
r. Imperator etiam moderatio-
em in religione ſuadet. Decerni-
r *Albani* profectio. Qui inter pri- 1568.
a Belgici regiminis facinora *Egmon-
um*, *Hornanum* aliosque Proceres ca-
te plectit: exarmatis urbibus ar-
es imponit: novum tribunal, duo-
ecim rerum capitalium judicibus
onſtitutis, erigit, quod *ſenatum ſan-
uinis* dicebant: Auriaci bona fiſco
ddicit. Ille juſtitiam cauſæ ſuæ li-
ello vulgat. Hinc arma Fœdera-
orum, & eorum regimen Angliæ
eginæ fruſtra oblatum: Albano
evocato ſuccedit *Requeſenius*: huic 1573.

 ex-

1576. extincto Senatus regiarum partium
Pax Gandavenſis : *Grotius lib.*
& 2. Annal. Meteran. Douzæ annale
Meurſii Belgica, Haræi annales, Nic
Burgundici Belgica, Famianus Strada, Be
tivoglio, Thuan. lib. XL. pr. & *Eve*
ardus Reidanus, qui princeps eſt in
Scriptores motuum Belgicorum. [Extat
de vera horum motuum origine epiſt
ſupplex ad Philippum II. Hiſpaniæ reg
â quodam Anonymo ſcripta, & ê ſe
mone Belgico in Latinum conver
atque â C. S. Schurzfleiſchio eruditiſ
mis notis illuſtrata Witteb. 1674.]

Luſitanica. In LUSITANIA *Sebaſtianus* Rex, m
gni & præfidentis animi, tempus ad
leſcentiæ, quod ſtudiis dandum fu
peregrinationum & belli meditat
nibus impendit, de qua re poſtea.

Anglica. In ANGLIA Regina *Eliſabetha*,
nuptiis ſæpe domi foriſq; appella
& deliberat : factioſos compeſc
controverſiis Scoticis exercetur
Hiſpanicis : rempublicam merca
ra ornat ; excommunicationis po
tificiæ edictum ſpernit. Quæ om
Camdenus per annos exequitur.

Scotica. In SCOTIA *Henr. Darlius*, qui
Stuartus cognominatur cum patre

tutus, à Regina Maria adamatur,
etitur conſenſus Eliſabethæ, quæ fru-
ra diſſuadet. Ex matrimonio na- 1565.
itur *Jacobus VI.* magnus monarcha
turus. Sed Rex maritus Darlius
.. ætatis anno occiditur, [ipſâ re- 1566.
na & Pio V. Pontif. conſciis, ut do-
t *Heideggerus Hiſt. Papat. Period. ult.*
m. 192. licet illam alii ſuſpicione
c eximant.] Hinc *Bothwellii* ma- 1567.
monio Regina implicatur, qui à
njuratis mox fugatur, regina in
rcerem detruditur: ubi reſignatio
gni ei extorquetur, & *Jacobus VI.*
ans regno inauguratur, & prorex
nſtituitur Moravius. Cum eva- 1568.
et ex carcere regina, collectoque
ercitu ſe vindicatura eſſet, pugnâ
ncitur, & in Angliam profugit: ubi
trocinium ei promittitur: Subin-
agitata cauſſa ejus, in cuſtodiam
tur, ob affectatum anteà Angliæ
gnum, cujus inſignia & titulum
rpaverat. Poſt Moravium occi-
n *Lenoxius* fit Scotiæ Prorex. Etiam 1570.
c occiſo, *Joannes Areskinus* Comes 1571.
ariæ id faſtigii tenet. Regina Ma-
in cuſtodia attinetur, accuſatur,
aſi contra Reginam Angliæ plura

machinata eſſet ; quo nomine No
1572. folciæ Comes ſupplicio affectus era
Sed hæc poſtea, quo evadant, app
rebunt. *Thuan. lib.* 40. *&c. Camdenu*
Annal. Angl. & Buchananus hiſt. Sc
pasſim. [Add. *Schardius in Maximilia*
II. rebus Tom. IV. p. 45. *ſq.*]

Succica & Danica. In SVECIA *Ericus* Rex cum Da
bellum geſſit (*Chytr. lib.* 21. *p.* 552.) pr
valebat Suecia claſſibus (*Id. p.* 55
1564. commiſſo tandem prælio, Dani
Lubecenſes naves à Svecis male m
1565. tatæ ſunt. (*p.* 554.) In Hallandia S
ci à Daniele Ranzovio clade affe
(*Ibid.*) Secutum eſt aliud nav
prælium, æquo marte 1566 (*p.*5
Ericus junctâ ſibi matrimonio c
cubinâ invidiam incurrit. Hinc
trum Joannis ac Caroli armis de
1568. tur Holmia, & *Johannes III.* Rex
nuntiatur, Erico cum conjuge
tharina in cuſtodiam datis. Pax c
Danis & Lubecenſibus facta a
1570. (*Chytr. lib.* 22, *p.* 596.)

Polonica. In POLONIA Sigismundo Aug
ſuccedit *Henricus*, Dux Andegav
ſis, Caroli IX. R. Gall. frater a
1574. biennio tantum regno pr
turus. Audita enim fratris mort

egnum Galliæ revolat. Deſcribit
uſe *Thuanus libris* 56. 57. 58. 59.

In HUNGARIA & BOHEMIA Maxi-
iliano ſuccedit *Rudolphus* Rex Ro-
ianorum, Cæſar poſt Patrem. de
ebus poſtea. Hungarica & Bohemica.

In MOSCHOVIA adhuc per totum
l temporis Baſilides furit: Livonis
erpetuo bello infeſtus, cui Poloni
npliciti & Sueci. Moſcovitica

Apud TURCAS *Solimannus* adhuc
nperat, cui Lazarus Svvendius Dux
Maximiliani II. in Ungaria eripit Toc-
ajum (deſcriptio *Sambuci* extat ap.
chard. Tom. IV. p. 23. *ſqq.* ibidemq; *Epi-
me p.* 41.) Zerenzium, Zatmarum,
rdeudam, (mox tamen à Turcis re-
uperatam) Cunaram, Batorem, Zi-
aniam, Senderoviam &c. anno
'65. *Appendix Chronici Turcici Jo. Roſini,
pitome ap. Schardium p.* 41. Eodem
nno Solimannus claſſem 250. na-
ium ad Meliten oppugnandam mit-
t; quam fortiter defenderunt Hi-
roſolymitani equites, ut poſt 4. men-
es 23000. amiſſis regredi cogeretur.
Hiſtoria peculiaris extat apud *Schar-
ium Tom. IV. p.* 1. *Jo. Roſin. Append.*
Anno 1566. Chius dolo in poteſta- Turcica.

tem Turcarum redigitur. Eode
anno multa præclare ab Imperato
adverſus Turcas ad fines Hungari
geruntur, Lazaro Svvendio Tart
ros quoque fugante & multa lo
occupante. Ad Zigethum inprim
acriter res geſta: cui obſidioni S
limannus immoritur: captum tam
eſt à Turcis. Succeſſit & in caſt
venit filius *Selimus II.* anno ætatis 4
Rebus poſtea variis geſtis anno 15
& 1568. pax componitur ex formu
uti poſſidetis: utilis Imperatori, q
opera Svvendii ad 40. milliaria fin
protulerat. Anno 1570. Selimus
Venetis Cyprum repetit: bellum
cum negaretur, denunciat. Hinc C
pricum bellum, quod deſcripſere
Baptiſt. Contarenus, *Petrus Byzarrus*,
Anton. Maria Gratianus. Famagu
1571. obſeſſa capitur à Turcis. E
dem tamen anno ad Echinadas il
ſtri victoria Chriſtiani potiuntu
cæſis hoſtium 25000. captis 400
cum omnibus navibus, exceptis pa
cis, quæ evaſerunt: liberatis Chr
ſtianis mancipiis ad 14000. Joann
de Auſtria opera illuſtris: qui an
1573. Amidam regem Tunetanu
T

ſtituit. Veneti anno 1574. incon-
tis Hiſpano, & Pontifice fœdera-
, pacem cum Turcis faciunt. Eo-
m anno Hiſpani à Selimo ductu
nonis Africa ejecti: Corcyra oc-
pata, Joannes Walachiæ Weyvvo-
cæſus. Eodem anno mortuus eſt
imus II. cui ſucceſſit filius *Amura-
III.* de quo ſubinde. *Jo. Roſin. Epi-
1. Schardii. Lonicer. add. Thuan. libr.
59. 49. 50. Nat. Com. libr. 16. pas-
& libr. 17. init.*

Judicium de his & Comparatio.

Acificus Germaniæ ſtatus ſub pa- cifico Imp. Maximiliano II. fuit ntinuatus, quippe qui paternis in- tens veſtigiis raræ prudentiæ & quitatis laude Imperium Rom. gra- ſſimis antea bellis convulſum de- litatumque adminiſtravit,& quoad cem colere licuit, armis abſtinuit. *negotio religionis.*(verba ſunt Thuani) *uod in Germania multis abhinc annis itatum eſt, eam rationem ſervavit, ut*

Mutationes in diverſis regnis.

lib. 62. p. 134.

cùm à ſacris Majorum nusquam receda-
ret, non propterea Proteſtantibus ſuſpecti
fuerit, mediam emendationis viam to-
vitâ conſectatus, in amicitiis etiam
fœderibus jungendis fuit cautus
circumſpectus, in alendis retine-
disque conſtans, in diſſolvendis d-
ficilis, atque à vindictæ cupiditate
ambitione alienus. Injurias ulci-
conſuevit beneficiis, ac monendo
non minando cives ſuos gubernav-
populos non magis imperio, quà-
ratione compeſcuit, & quò infen-
animos vinceret & vinciret, ſeipſu-
vicit, ut eſſet invictiſſimus. Ni-
prius aut antiquius juſtitia & pa-
publica, Eccleſiarumq; tranquillita-
habuit. Quocirca Paſſavienſe-
Transactionem pacemque religi-
nis, tanquam fundamentum publi-
ſalutis & tranquillitatis Imperii p-
inde, ut Pater, Ferdinandus, ſanc-
ſemper ſervavit & cuſtodivit, po-
habitis minis ac interpellationib-
Pii V. Pontificis. Imperii Princip-
Electores præſertim, ut fratres com-
plectebatur, nec quicquam ſine e-
rum conſilio in gravioribus negot-
agebat; unde ab ipſis cor Germani-

omnibus verò Mundi oculus &
ıor atque deliciæ generis humani
it appellatus.

In Hiſpania Rex Philippus II. pru-
ntiæ conſtantiæque laudem, quam
ud omnes conſecutus erat, nimia
minandi cupidine corrupit,& cùm
nnia capere vellet,ſeipſum non ca-
ens amiſit, quæ fortunæ beneficio
tinere potuiſſet. Nam contra Pa-
is,Caroli, monitum, qui Belgii pos-
ſſione ſeſe abdicans ipſi præcepe-
t, ut Belgas paterno, cui aſſueti es-
nt, imperio regeret, per Ducis Al-
ini, viri natura moribusque ſævi ac
elgici ſtatus imperiti,aſperitatem ac
vitiam eos ad deſperationem ad-
git. Nec minus illorum animos â
abalienavit, dum Carolum, filium
c regni ſucceſſorem, tanquam Lu-
ıeraniſmi vel conſpirationis in Pa-
em ſuſpectum, aut Belgis favere
reditum, licet ſceleris nondum per-
etrati reum, ac ne ipſum quidem
atis compertum, inſtinctu Pontificis
c Conſilio Inquiſitorum, contra fas
aturæ,capiendum perimendumque
uravit. Tum vel maxime Philippi,
egis cæteroquin prudentiſſimi, im-

prudentia â multis notatur in e
quod provinciis & urbibus munit
ſimis Principem potentiſſimum, Gu
lielmum Auriacum, præfecerit. H
enim intellecto arcano Galloru
Hiſpanorumque conſilio de exti
pandis paſſim omnibus, qui per Ga
liam Belgiumque, imò Orbem Chr
ſtianum univerſum Reformatæ re
gioni addicti eſſent, de interverte
dis illorum machinationibus, deq
Hiſpanis toto Belgio ejiciendis ſer
cogitare cœpit, ac tandem pro libe
tate Belgica arma corripuit, Holla
diaque & Zelandiâ recuperatâ, pr
mus florentiſſimæ Reipubl. Belgic
fundamenta jecit.

In Gallia nondum ceſſarunt re
gionis cauſa oborti motus, rexqu
Carolus IX qui Franciſco II. vel
proximus ætate frater ſucceſſit, hau
levem famæ ſuæ aſperſit labem fera
illa & inauditâ inter Chriſtianos ſa
vitiâ in Hugenottos exercita, quipp
quam ipſimet cordatiores Pontific
improbant: quanquam ſunt, qu
eandem ex arcano dominationis ex
cuſent, & pro laude ac prudentia re
gis interpretentur, ut facit Gabri
Nau

iudæus in rationibus ſtatus. Sed
nis leve id nomen tam atroci ſce-
i eſſe demonſtrat *Jo. Cyprianus* in
lertatione ſingulari *de Statu & mo-
us Galliæ in lanienam Pariſinam deſi-
ntibus, eidem oppoſita.* Etſi autem Ca-
lus applauſorem habuit Pontificem
regorium XIII. ipſeque re quaſi be-
gesta, titulum ſumpſit rebellium
mitoris, atque ad avertendam Ci-
um odium fictâ Proteſtantium in
bellionem conjuratione, juſtam à
rfidis pœnam ſe ſumpſiſſe publicis
ictis populo teſtatus eſt: miſerum
men vitæ exitum habuit non ſine
tionis divinæ indicio: Sicut & Gui-
, qui cum Catharina Medicea ex-
rabilis iſtius lanienæ auctores fuê-
nt, juſtas pœnas dederunt. Ut adeò
erè recteque judicaverit *Jo. Buſſerius*,
riptor licet Pontificius ac Gallus;
cinus, inquiens, *eſt, quod judicii apud
ortales ancipitis DEUM unum habet
ſceptatorem.*

Anglia ſub felici Eliſabethæ regi-
ine florentiſſima & feliciſſima fuit,
c aureum quaſi ſeculum habuit: in
cotia verò Davidis Rixii, nobilis Pe-
emontani ac reginæ cubicularii, cæ-
des

des maximas calamitates totiusq
regni mutationem ſecum traxit.

Dania & Suecia gravi ac diut
no invicem bello attritæ, pace ta
dem æquis conditionibus facta
foventur.

In Polonia mortuo Sigismun
Auguſto extincta eſt ſtirps Jagello
dum maſculorum cœpitque initi
Polonicæ calamitatis.

Hungaria & Tranſylvania per T
taros à Solymanno excitos ferro
igne vaſtata, hæcque ab illa jure
cti ſeparata, nunquam deinceps c
eadem iterum conjuncta fuit. T
carum inſuper potentia magno
Chriſtianæ damno crevit, Gyula
Sigetho validiſſimis Hungariæ caſt
Cyprio item & Tunetano totoq
fere Africano regnis occupatis.]

Eccle

Eccleſiaſtica.

lo IV. Pontifici ſucceſſit *Pius V.* Pontifices.
antea MichaelGislerius,patre opi- Pius V.
ne natus,1566. ſeditque ann. 6. m.
d. 23. obiit Cal. Maji 1572. vacavit
des dies 10. originem & incremen-
ejus habes apud *Thuan. lib. 39. pr.*
Add. *Panvin. in Catal. PP. p. 637. &*
Append. ad Platin. p. 424. Electio-
em ejus ſomnio prævidiſſe Fr.Gon-
gam, Cardinalem, ex Gabucio re-
rt *Beyerling. Theatr. Vit. lib. 14. p. 537.*
ontificatum adeptus optimi quidem
ontificis indicia dedit, dum depra-
atos Cleri populique mores corre-
it,nimios ſumptus & immodica tri-
uta minuit, Sodomiam ſeveriſſimo
lecreto prohibuit,ac meretrices urbe
xcedere juſſit: quanquam his poſt-
a, Romano Senatu intercedente,lu-
panaria conceſſit: Idem tamen] in-
quiſitor & Concilii Tridentini exe-
cutor acerrimus; multorumq; ma-
lorum per negligentiam auctor, ut
morte ejus populus lætaretur. *Thuan.*
lib. 51. p. 788. add. *Onuphr.* [Maximi-
liano

ſiano II. Imp. ſi Proteſtantibus re
gionis libertatem, de quâ in Con
tiis Aug. tunc deliberabatur, conc
deret, per nuncium minas intent
vit, eumq; ad rumpendas cum Tu
cis factas inducias hortatus eſt :
Angliam quoqueNic.Marianum,A
glum, Sanderum alioſque miſit,
reginæ Eliſabethæ reformationi ob
ſterent,& Catholico-Romanos co
firmarent, editaque bullâ reginam
tanquam hæreticam diris devovi
omni poteſtate exuit, ſubjectumq
ipſi populum ab obedientia ei debi
abſolvit : Coſmum Mediceum, m
gnum HetruriæDucem, indignan
licet Cæſare, creavit : Nic. Francu
ad furcam, Jul. Zoanetum,Petr. Ca
neſacam, & Aon. Palearium, qu
inquiſitionem ſicam in literatos
ſtrictam dixerat, ad ignem, alios v
leviter hæreſis ſuſpectos,ad alia ſu
plicia rapuit : ex Concilii Trid. d
cretis Catechiſmum, quem Rom
num vocant, confici curavit : agn
cereos pro amuletis, quibus milites
globulorum ictu immunes facti,co
ſecravit, & Humiliatorum Ordine
ſuſtulit. De eo præter auctores a
te

a citatos videri poſſunt *Duchenius*, *pir. Maſſonus*, *Jacobus Revius*, *Victorel-* & *Heideggerus in hiſtoria Papatus Pe-d. ult. num.* 190. *usque* 195. Add. *ur. Surius Comment. hiſt.* ubi tamen mis liberalis in illius laudes eſt.]

Succeſſit 1572. *Gregorius XIII.* ante ugo Boncompagnus, ex nobili fa-ilia Boncompagnorum Bononiæ arorum prognatus, de quo poſteâ. Gregorius XIII.

[In Auſtria Maximilianus Imp. Co-itibus Baronibus cæterisque nobi-ous liberum religionis A.C. exerci-um permiſit, eoque nomine *Joach. merarium* Lipſiâ, & *David. Chytræum* oſtochiô in Auſtriam excivit, qui li-rum de ſingulis doctrinæ Chriſtia-æ capitibus, & in Eccleſia agendis u ritibus conſcripſerunt, cujus au-tor potiſſimùm fuit Chytræus, qui uàm probè partibus iſtis functus ſit, atet ex literis Cæſar. ad Ducem Iecklenburgicum quas exhibet *G. alixtus Tractatu de Communione ſub traque p.* 69. Vid. & *Chytræ. Saxon. b.* 22. *p.* 579. Idem etiam Impera-or Pontificem pro Sacerdotum con-ugio licet fruſtrà interpellavit. *Gol-aſt. Conſtit. Imp. T. II. p.* 380. *ſq.*] Maximil. Imp. nobilitati Auſtr. libertatem relig. indulget 1567.

[Neq;

Relig. Luther. progreſsus. [Neque regiones ſolum Cæſare
ſed alias quoque Germaniæ prov
cias, nempè Epiſcopatûs Magdeb
gicum, Halberſtadenſem, Verd
ſem, Bremenſem, Raceburgenſem
Ducatum Brunsvicenſem tum p
vaſit Lutherana religio. *Chytræ. lib*
p. 563. & 576. Seckendorf. hiſt. Luth
L. 1, Sect. 61. §. 168. 3. & 8. L. 3. S
24. §. 91. add. a. p. 372.]

Colloquia. [In Germania ſub eod. Imperat
diverſa habita ſunt Colloquia, & c
dem *Altenburgenſe* inter Theolo
Miſnicos & Thuringicos, de Juſ
catione fidei, Libero Arbitrio & A
phoris 1568. *Argentoratenſe* inter
cobum Andreæ & Flacium de P
cato Originis 1570. *Franckenthal*
cum Anabaptiſtis 1571. *Memming*
inter Jacobum Andreæ & Cleber
1573. *Fuldenſe* inter Flacium &
ſuitas an. eod. 1573. *Langenavenſe*
Sileſia inter Jacobum Colerum
Flacium de Peccato Originis 15
Lindavienſe inter Jacobum And
& Tob. Rupium atque Sebald
Schöflerum, Paſtores ibid. itidem
Peccato Orig. 1575.]

Formulæ Concordiæ 1570. In Saxoniâ Formula Concor

uſpiciis Auguſti Elect. enata,& Ser-
eſtæ â Jacobo Andreæ perſcripta,
ua lites ſuper V. articulis, de quibus
ter Miſnenſes & Thuringicos The-
logos in Altenburgico Colloquio
onveniri non poterat, aliquo modo
ompoſitæ ſunt. Secuta multorum
ubſcriptio, quanquam controverſiæ
binde exortæ, Tilemanno Heshuſio
Matthia Flacio eandem impugnan-
bus. *Thuan. lib.* 47. *pr.* Videantur
ripta contraria, *Hoſpiniani Concordia*
ſcors & Hutteri Concordia Concors.

In Angliâ Puritanorum religio ex- Puritanor. origo.
rta. *Idem lib.* 43. *& Honorius Reggius*
el potius *Georgius Hornius de Statu*
ritanniæ Eccleſiaſtico.

[In Belgio Reformatæ religionis
ercitium abolitum, & libri Prote-
antium combuſti ſunt. De illo *Chy-*
æ, lib. 21. *p.* 568. *Haræus Tom. III. &*
rotius Annal. lib. 1. De hoc *Natal.Com.*
ſt. ſui Temp. lib. 20. *p.* 434.]

Literæ & Literati.

Hiſtoria literaria.

[Sub Maximiliano II. erudito
literarum literatorumq; omn
amantisſimo Principe,artes atque ſ
entiæ ad ſummum quaſi faſtigiu
pervenere, magnaque per Germa
am, Galliam, Italiam Hiſpaniamq
virorum in omni ſcientiarum ge
re illuſtrium ſeges fuit : inprin
verò in aulam Cæſaream tot doct
ſimi homines, Politici, Hiſtorici, M
dici, Mathematici, Poëtæ conflu
runt, ut *J. Lipſio* teſte *plures illa eru*
tos haberet, quàm aliorum tota reg
Quod & calculo ſuo confirmat P
lavicinus inMaximiliano : *Fama e*
inquiens,*eâ ætate plures in Maximili*
Cæſaris aula regnare literatos, quàm a
rum omnium Principum orthodoxo
regiis ſervire, Imperatorio Auguſtali A
næum Oratoribus, Lycæum Philoſop
Poëtis Parnaſſum, Areopagum Juris
ritis magnificè aperiente, & laureata
Auſtriadum Heroum domo omnis gen
laureas progerminante. Nec literar

Præfat. ad Tacit.

antùm ſtudia, ſed & alia artificio-
um genera hoc Imperatore efflo-
uerunt, cùm is propoſitis præmiis
ræſtantisſimorum artificum indu-
triam excitaverit,& exteros etiam in
uavis arte excellentes privilegiis &
iatico proſecutus fuerit. Quantum
c ipſe Imperator ſubſtructionum ar-
ificio ac judicio valuerit, multis ra-
isſimis inventis, marmoribus, ſignis,
ićturis hortisque varie & ad vete-
um normam pasſim conſitis magni-
icè oſtendit. Fuere tunc tempo-
is alii quoque Principes literis non
nediocriter inſtructi,earumque exii-
nii fautores ac promotores, ê qui-
us præ ceteris memorandi *Coſmus*
Medices, Magnus Hetruriæ Dux,Aca-
lemiæ Piſanæ, & *Julius Brunsvicenſis*
Academiæ Helmſtadienſis fundato-
es: *Jo. Albertus*, Dux Megapolita-
nus, Academiæ Roſtochienſis Patro-
nus: *Fridericus III*, & *Ludovicus VI*,
Electores Palatini: *Chriſtophorus*,Dux
Würtenbergicus: *Carolus Fridericus*,
Dux Clivenſis, antiquitatum amator,
& *Wilhelmus*,Hasſiæ Landgravius,Ma-
theſeos & Architectonicæ adeò pe-
ritus, ut non ſolùm præſtantisſimis

priſci ſeculi artificibus palmam du
biam redderet, ſed etiam exercitati
ſimi ſuo tempore homines ab eo d
ſcere non erubeſcerent, de quo vi
Speneri Sylloge Genealog. p. 676. De r
liquis vero *Freheri Theatr. vir. erudi*
Part. II. ſect. II. de Principibus eruditio
ſingulari celebribus.

Scholæ & Academiæ. Heidelbergenſ. [Tria Gymnaſia Fridericus III. I
Palatinus 1565. in ſua regione cond
dit, unum *Heidelbergæ*, Franciſcan
rum cœnobio in Pædagogeum con
Neuhuſiana mutato: alterum *Neuhuſii*: tertiu
Ambergenſis. *Ambergæ*: præterea Collegium S
pientiæ Theologiæ dicavit. *Pare*
hiſt. Palat. p. 288.]

Görlicenſ. [Eod. anno d 9. Julii Schola *Gör*
cenſis in Luſatia ſuperiori inſtituta.]

Academia Argentoratenſ. Anno 1566. Gymnaſium *Argent*
ratenſe 1538. excitatum fit Academi
& Magiſtros ac Baccalaureos cre
Cruſ. Annal. Svevic. part. 3. lib. 12. c. 1
p. 227. Introductionis Acta.

Acad. Compoſtellana & Veſontina. [Academia *Compoſtellana* in regn
Gallaciæ, & *Veſontina* in Burgund
1570. conduntur.]

Tarraconenſis. [*Tarraconenſis* Academia à Cardina
Gaſparo de Cervantes illius Arch
epiſcopo aperitur 1572.]

[G

[Gymnaſium *Brigenſe* in Sileſia eod. an. 1572. à Georgio Principe exſtructum.] Gymnaſium Brigenſe.

[*Collegium Germanorum* Romæ an. 1573. *aliaque* paſſim *ſeminaria* à Pontifice Gregorio XIII. inſtituta. *Natal. Com. lib.* 24. *p.* 531. *Laur. Surius Commentar. Rer. geſt. p.* 821.] Collegium Germanorum & ſeminaria alia.

[Eodem anno *Collegium Jeſuitarum* Musſiponti à Carolo Lotharingio extruitur.] Collegium Jeſuitarum Muſſipont.

[*Seguntinenſis* Schola à Franciſco Cardinali Ximenio inſtituta inclareſcit 1574.] Schola Seguntinenſ.

[*Altorfina* Schola â Senatu Noribergenſi 1575. d. 29. Junii eſt aperta, primo Rectore Valentino Erythræo, Lindavienſi. *Acta Introductionis Norimbergæ* 1576. *excuſa.*] Schola Altorfina.

[Eod. anno d. 8. Febr. Academia *Lugdunenſis* in Batavia ab Ordinibus Belgicis & Wilhelmo, Principe Auriaco fundata. *Martini Schoockii Belgium Fœderatum lib.* 16. *c.* 2. *Thuan. lib.* 60. *p.* 81. *Grot. Annal. Belgic. lib.* 5. *p. m.* 377. *ſqq.* ejusque Bibliothecæ prima fundamenta ſunt jacta â laudato Principe Auriaco & Jo. Holmanno, Theolog. Profeſſore, quorum ille Biblia Academia Lugdunenſ.

blia regia Complutenſia, hic verc
moriens Bibliothecam ſuam Acade
miæ donavit, quæ deinceps crevi
Joſephi Scaligeri legato, quod 280
libris M SS. Græcis, Ebraicis, Chaldai
cis, Syriacis, Arabicis, Æthiopicis
Perſicis, Armeniacis, Ruſſicis conſta
bat. *Jo. Lomeier de Bibliothecis p. 252.*]

Helmſtadienſis. Academia *Julia Helmſtadii* 157(
d. 15. Octobris, qui natalis fuit prim
illius Rectoris, Ducis Henrici Julii, in
ſtituitur. *Chytr. lib. 23. p. 639. Acta* (
Natalis celebratus, nec non *Oration*(
à Chriſtoph. Heidmanno, Sam. Rachelio
Chriſtoph. Schradero aliisque de hac Aca
demiâ habita & publicata.

Bibliotheca Auguſtana. Anno 1570. Bibliotheca Auguſtan
inſtituta. *Cruſ. Annal. Suev. part. 3. lil*
12. c. 12.

Schola Jeſuitar. Pariſ. Jeſuitæ volunt Pariſiis Scholan
inſtituere, & deliberationes de ea r
apud *Thuanum. lib. 37.*

Viri Eruditi. E Theologis Germanis, qui circ
hæc tempora mortem obierunt
referendi.

Theologi Lutherani. Jo. MATTHESIUS, Theologus & Pa
ſtor Eccleſiæ in Valle Joachimica, na
tu

us Rochlitii Miſniæ oppido 1504. d. 14. Jun. mortuus 1565. ætatis ſuæ 52, Fallitur ergò *Thuanus*, cùm eum 51. ætatis anno exceſſiſſe memorat. *Hiſt. lib.* 38. *p.* 351. quem errorem rectè animadvertit *Chriſt. Kortholtus in Hiſt. Eccleſ. hoc ſec. cap.* 4. *p.* 820. Scripta illius *Sarepta*, i.e. expoſitio omniũ locorum S. Scripturæ, in quibus aliqua rei metallicæ mentio fit; *Chronicon vallis Joachimicæ*; *vita Chriſti*; *vita Lutheri*, aliquot concionibus enarrata; *explicationes Evangeliorum*; *XXV. Conciones pœnitentiales. Melch. Adam. Vit. Theol. Germ. p.* 403. Freher. *p.* 206. Chytr. Sax. *lib. XXI. p.* 557. *ſq.*]

[NICOLAUS AMBSDORFIUS, Nobilis Miſnicus, Wittebergæ ſtudio Theologiæ deditus Lutherum diligenter audivit, eumque Wormatiam comitatus fuit; abrogationem Miſſæ defendit, & poſt Evangelicam doctrinam Magdeburgi, Goslariæ alibique ſtabilitam Epiſcopus Naumburgenſis factus eſt; ſed ea dignitate in bello Germanico exutus Magdeburgum rediit, & contra Calvinianos ſcripſit, præfationes etiam quibusdam tomis Lutheri præmiſit, aliaque opuſcula edi-

edidit. Interreligionis formulam improbavit; Georgium Majorem bonorum operum neceſſitatem defendentem refutaturus, eadem ad ſalutem noxia eſſe & pernicioſa, erroneè contendit. Obiit Naumburgi 1565. non vero 1541. ut ſupra p. 422. per errorem poſitum eſt. *Melch. Adam. p. 68. Freher. p. 204. Seckend. Hiſt. Luth. Ind. 1.*]

[Eodem anno Theologus Lipſienſis, ALEXANDER ALESIUS, gente Scotus, d. 17. Mart. ætat. 75. obiit. *Chytr. Sax. lib. 21. p. 558.*]

ouzæ, Oberto Giphanio, & Jano
ernutio Pariſiis familiaris, præpro-
ero fato abreptus ſcripta quædam
fecta Giphanii curæ reliquit. obiit

 1566.

1566. ætat. 25. *Thuan. lib.* 38. *p.*3

[PETR. JO. PERPINIANUS, Valen nus Hiſpanus, Soc. Jeſ. Orator Rom Conimbricæ, & Pariſiis celeberrim mortuus 1566. (al. 1570) variique gumenti Orationes edidit. *Petr. Ri deneira Catal. Soc. Jeſ. Thuan. lib.* 38 363. *Freher. p.* 222.]

[FRANCISCUS ROBORTELLUS, U nenſis, commotioris animi, & ac rimus Sigonii adverſarius; doc Bononiæ & Patavii, obiit 1567. Sc pſit de Arte Hiſtorica, Annotatio in Callimachi hymnos, Ciceronis miliarium Epiſtol. obſcuriora, vari tam Græcorum quam Latinorum ca &c. *Thuan. lib.* 41. *p.* 448. *Jo. Imper Muſ. Hiſtoric. p.* 61. *Ghilin. Theatr.* I *Vir. liter. Freher. p.* 1463.]

[PAULUS LEOPARDUS, Fland Græcè Latinèque doctiſſimus, Vin bergæ Scholam rexit, ob. 1567. jus extant Emendationum Deca II. *Thuan. lib.* 41. *p.* 448. *ſq.*]

[OCTAVIANUS PANTAGATHUS, vul *Pacatus* dictus, Brixienſis, Antiqui tis peritiſſimus, Onuphr. Panuin Ant. Auguſtini, & Fulv. Urſini doct ob. 1567. *Thuan. lib.* 41. *p.* 448.]

[I

[Ludov. Dulcis, Poëta Venetus, re vera dulcis, ob. 1568. in eod. m Petro Aretino tumulo Venetiis matus. Opera ejus lingua Italica n ſcripta, tum in eam translata, tant quamplurima. *Freber.* 1463. *ſq.*]
[Hieron. Rascellus, Viterbien- Philologus excellens, & de patria lingua, quam cultiorem perfectio- mque reddidit, præclarè meritus, . 1568. Scripſit Latinè Scholia in ros IV. de Venatione Natal. Co- itis, & Hiſtorica, Poëtica ac Philo- phica alia linguâ Italicâ. *Ghilin. eatr. Ital. Vir. lit. Freber. p.* 1464.]
[Onuphrius Panvinius, Veronen- , Eremita Auguſtinianus, omnis ntiquitatis vindex ac heluo, cujus genii præſtantiam innumera, quæ liquit, monumenta teſtantur. De ibus videatur præfatio ad Lecto- m, ejus Antiquitatum Veronenſi- n libris IIX. præfixa. ob. Panormi Sicilia 1568. *Thuan. lib.* 43. *p.* 528. *hil. Theatr. It. Vir. lit. Freber. p.* 1465. *ſſ. Sagitt. Introd. in Hiſt. Ec. c.* 11. *p.* 120.]
[Francisc. Luisinus, Utinenſis Ita- s, politioris literaturæ laude clarus, . 1568. *Thuan. lib.* 43. *fin.*]

[Ro-

[ROGER. ASCHAMUS, Eboracen
Anglus, & Reginæ Eliſabethæ ab E
ſtolis Latinis, ob. 1568. Scripſit E
ſtolas Latinas elegantiſſimas ab E
ardo Granta evulgatas, & Morho
Polyhiſt. Lit. lib. 1, c. 23, laudatas. *Thu*
lib. 43. p. 528.]

[DANIEL BARBARUS, Venetus,
Patriarcha Aquilejenſis, Philolo
ac Mathematicus præſtantiſſim
ob. 1569. Ejus inter alia haben
Commentarii in Vitruvium de A
chitectura, & in Rhetoric. Ariſtote
Ghilin. Theatr. Ital. Vir. Lit. Freher.
1465.]

[BERNARDINUS ROTA, Eques N
politanus, & Poëta elegans, ob. 15
Scripſit Poëmata Latina & Italica,
quibus, præſertim in Elegiis, Tib
lum, in Lyricis autem Horatium in
tatus eſt. *Ghil. Theatr. Ital. Vir. lit*
Thuan. l. 61, p. 112; Freher. p. 1467.]

[JOHANNES TILII, fratres cognom
nes, Engoliſmenſi agro in Gallia o
undi: quorum natu major Actu
rius Curiæ Pariſienſis; minor ve
Epiſcopus Meldenſis fuit, uterq
omnis Antiquitatis ac Hiſtoriæ pe
tiſſimus ſcriptis de rebus Galliæ R
gu

m Commentariis illuſtre inter
ditos nomen meruit, ob. 1570.
uan. lib. 47. p. 664. Sammarth. Elog.
. II. p. 79. ſq. Freher. p. 858.]
PETR. MONTAUREUS, Philoſophus
Mathematicus excellens, Senator
riſienſis, Hoſpitalio cariſſimus, qui
eleganti carmine illius mortem,
e incidit in an. 1570, deploravit.
uan. lib. 44. fin.]
[Jo. MERCERUS, Uticenſis, Occita-
s in Gallia Narbonenſi, quatuor
guarum cognitione præſtans, mor-
is 1570. Initio ſtudio Juris dedi-
Harmenopuli Epitomen in Lati-
m vertit; poſtea Franciſci Vata-
auditor Hebr. ac Chald. linguas
eò excoluit, ut Vatablo ſucceſſor
tus fuerit. Ejus inter alia haben-
Commentar. in Geneſin, Jobum,
omonem, & ſex priores Prophe-
minores. *Thuan. lib. 47. fin. Sam-
rth. lib. II. p. 87.* add. *Miræus de Scri-
r. ſec. XVI. cap. 118. p. 125.*]
[HIERON. MAGIUS, AnglarienſisIta-
, ex ditione Mediolanenſi, Judex
ſtrenſis in Venetorum exercitu
prio, à Turcis captus & in vincu-
diu habitus, tandem verò crude-
liter

liter ſtrangulatus eſt 1571. Scri
quædam edidit multijuga erudi
ne referta. *Thuan.lib.* 49.*p.*730.*ſq.*

[HENRICUS SCRIMGERUS, Dor
Scotus, Juris & Græcæ linguæ
ceteris cultor, Genevæ cum He
co Stephano, Fuggeri liberalitat
impenſis, Novellas Juſtinianeas
dit, primusque in ea urbe jus Ci
docere cœpit; ob. 1571. Hen
Scoti titulo Franciſc. Spieræ Hiſt
am ſcripſit. *Thuan. lib.* 50.*p.*765.]

[LUDOVICUS CASTELVETRUS, M
nenſis Italus, Hannibali Caro inv
patriam reliquit, & apud Helve
hoſpes mortuus 1571. In Ariſto
Politicam Commentar. inſignem
linguâ ſcripſit. *Thuan. lib.* 50. *p.* 7

[PETR. RAMUS, Veromand
Gallus, Eloquentiæ, Philoſophiæ
Mathematum in Acad. Pariſina
feſſorRegius; Ariſtotelem impu
vit, & in Laniena Pariſ. inſtinctu i
æmuli Jac. Carpentarii miſerè
truncatus eſt 1572. Plurimùm
meliore docendi artes ratione
boravit, ac de ſingulis Philoſo
partibus libros edidit. *Thuan. lib.*
*p.*822. *Sammarthan. Elog. lib.* 2. *p.*
Freher.p. 1467.] [I

[DIONYSIUS LAMBINUS, Monſtroli-
nſis, ex agro Pariſino, humaniorum
terarum, & utriusque linguæ, Re-
us Profeſſor, tragico Petri Rami
nſu perculſus ob. 1572. Ariſtotelis
thicor. ac Politicorum libros ele-
anter Lat. convertit, Ciceronis Ope-
a emendavit, Lucretium & Hora-
um Commentariis illuſtravit, aliaq;
n lucem edidit. *Thuan. lib. 52. p. 822.*
emmarth. Elog. lib. 2. p. 83. Biblioth.
eſner.]

[ANTON. RUDOLPH. CEVALERIUS,
Moncampienſis Normannus, Vir no-
bilis, ac Hebraicè doctiſſimus, in Gal-
a Franc. Vatablum, in Anglia Pau-
um Fagium audivit; docuit autem
Argentorati ac Genevæ: hinc Ca-
domi aliquandiu vixit; ſed exorto
bello civili in Angliam cogitans ad
nſulam Grenezæam morbo oppreſ-
ſus 1572. occubuit. De cujus vita,
morte, ac ſcriptis vid. *Thuan. lib. 54. fin.*]

[Jo. GENESIUS SEPULVEDA, Cordu-
benſis Hiſpanus, Græcè Latinèque
doctiſſimus, ac Philoſophicis ſtudiis
clarus, interpres Metaphyſicorum
Alexandri Aphrodiſienſis. Ejus in-
ter alia habentur Notæ in Ariſtot.

Ethica

Ethica ac Politica, ob. 1572. *Thua*
lib. 54. fin.]

[Nicol. Gruchius, Gallus, eximi
ac plurimæ lectionis Philologus, mo
tuus 1572. Ejus ſcripta extant.]

[Eodem anno deceſſit Donat
Janotius, vel Janottus, Italus, edi
luculentô de Republ. Venetâ Coı
mentario notus ac celebratus.]

[Paulus Manutius, Aldi filiu
Venetus, Philologus, Orator, Poët
Typographus, ac Bibliothecæ Va
canæ aliquantiſper præfectus, n
1512. Romæ, relictô Aldo filiô, pa
ter docto, obiit 1574. de re litera
non unô nomine præclarè merit
Cujus inter alia extant Annotata, C
ſtigationes, & Obſervationes
omnes Ciceronis Epiſtolas, & Orati
nes quasdam: item Epiſtolarum, ſ
lô Ciceroniano ſcriptarum, libri XI
&c. *Jo. Imperial. Muſ. Hiſtor. p.* 108,
Freher. p. 1469.]

[Bernardinus Scardeonius, Ci
& Canonicus Patavinus, vitæ ca
dore præſtantiaque doctrinæ co
ſpicuus, ob. 1574. ætat. 96. Præt
alia librum de Antiquitate Urbis P
tavinæ, ejusdemque Claris Civib
ec

didit. *Jac. Philip. Tomaſin. Elog. illuſtr. iror. Freher. p. 1469. ſq.*]

[HIERON. & JO. BAPTIST. AMALHEI, fratres, Opitergii in Tarviſino nite nati, quorum ille in Philoſohia, Medicina ac Poëſi excellens b. 1574. ætat. 67. hic Græcè Latinèq; octiſſimus in aula Romana tribus ardinalibus Tridentinæ Synodi inerpretibus à Secretis fuit, ibique frare multo junior obiit eodem anno. *huan. lib. 59. p. 66.* Horum, itemque atris minimi Cornelii, longo interallo illos ſecuti, Poëmata Latina colegit & an. 1627. conjunctim edidit Iieron. Aleander : noviſſimè verò n. 1689. per Henr. Wetſtenium reudenda curavit Amſtelodami, *Jo. Georg. Grævius.*]

[REGINALDUS CLUTINIUS FLAVINIcus, Nobilis Pariſinus, Poëta præſtantiſſimus, mort. 1574. qui quanum carmine ſcribendo valere pouerit, nonnulla, quæ è multis ejus generis reliquit, Poëmata ſatis teſtanur. *Thuan. lib. 59. p. 67.*]

[JO. VERSOSA, Cæſareæ Auguſtæ in Hiſpania Tarraconenſi natus, Pariiis ac Lovanii Græcas literas docuit,

 poſt

poſt Ratisbonæ, Senis, ac Romæ m
ratus ob. 1574. Carmina ejus Ep
ſtolarum titulo Panormi in Sicilia ed
ta. *Thuan. lib 59. p. 67.*]

[GEORG. VASARIUS, Aretinus H
truſcus, Pictor & Architectus ſui æ
excellentiſſimus, ob. 1574. Hiſtor
de Arte ſuâ accuratè ſcriptâ locu
inter eruditos meruit. *Thuan. lib.* 5
p. 67.]

[FRANCISCUS MAUROLYCUS, Syr
cuſanus, Abbas Meſſanenſis, Græc
linguæ ac Matheſeos ſcientiſſimu
obiit 1575. Edidit Theodoſii Sphæ
rica, Menelai Fabricam Aſtrolabi
& ſimilia. *Thuan. lib. 61. p. 112. J*
Bapt. Riccioli Part. 2. Chron. Almage
Nov. præfixi p. 34.]

[FEDERICUS COMMANDINUS, nob
lis Urbinas Umber, Mathematic
utriusque linguæ exquiſitè peritu
mort. 1575. Euclidis Elementa, A
chimedis Opera, Apollonii Conica,
alia nonnulla Latinitate donavit,
cum Commentar. edidit. *Thuan. li*
61. p. 112. J. B. Riccioli Part. 2. Chro
Almageſt. præf. p. 34.]

ILluſtre etiam inter exteros nome
meruere: [J

[Jo. Gabriel Bisciola, Mutinenſis Italus, Soc. Jeſ. qui Cardin. Baronii Annalium Eccleſ. Tomos X. in compendium redegit. Claruit circa A.C. 1565. *Freber. p. 203.*]

[Paulus Scalichius, de Lika, Myſticæ Philoſophiæ totiusque Encyclopædiæ peritiſſimus, Comitem Hunnorum, & Veronæ Marchionem è Scaligerorum familiâ, ſe jactitans Ferdinando I. Imp. à ſacris primùm Confeſſionibus fuit, poſt in Poruſſia apud Albertum Ducem Evangelicam religionem ſimulans multarum turbarum auctor, Jo. Funccio Theol. tribusque aliis dicti Ducis Conſiliariis, exitium paravit: cui ſe verò maturè ſubduxit, & Monaſterii in Weſtphaliâ Canonicus illegitimè electus tandem obiit circa an. 1570. Scripſit multa Theologica & Philoſophica, extatque inter alia ejusdem Genealogia, ſ. de antiquiſſima Scalichiorum ſ. à Scala origine, ab an. Chr. 80. usque ad an. 1561. deducta. *Chytr. lib. 21. p. 559. Thuan. lib. 38, p. 359. Freher. p. 1466.*]

Incidunt & aliorum in hæc tempora eruditione clarorum virorum obi- Viri literati omiſſi.

obitus, quos ſupra omiſſos hic ſubji-
cere placuit:

Theologi.

[THEODORUS BIBLIANDER, Helve-
tius, magni nominis inter ſuos The-
ologus, variarumque artium ac lin-
guarum cognitione præſtans, natus
1514. ob. 1564. Inter alia Biblia Ti-
gurina adornavit, & Alcoranum à
Richardo, Monacho Dominicano
Latinè editum in Linguam vernacu-
lam convertit. *Melch. Adam. vit. Theol.*
p. 402. *Freher. p.* 209. *Pantal. l. c. p.* 262
Thuan. lib. 36. *p.* 287.]

[HENR. SALMUTH, Suinfurtenſis
Theol. Doct. ac Profeſſor Lipſ. Pfeffin-
geri gener, Altenburgenſi, Dresdenſi
& Torgavienſi Colloquiis interfuit
natus 1522. mort. 1576. *Freher. p.* 241.]

[SIMON MUSÆUS, ex agro Cotvi-
cenſi Marchicus, 1521. natus, Theolo-
gus celeberrimus, proavus Petri &
Johannis, Theologorum noſtro hoc
ſeculo excellentium: Vratislaviæ
Gothæ, Bremæ, aliiſque in locis, Ec-
cleſiaſtes; Jenæ verò Theologiæ
Profeſſor docuit; ob. 1576. Scripta
ejus vernaculâ potiſſimùm linguâ
edita adeo ſunt nota, ut ea hîc referre
non attineat. *Freher. p.* 243.]

[M

[M. ANTON. MASSA GALESIUS, Juriſconſultus Romanus, in cauſis forenſibus exercitatiſſimus, ob. Romæ 1567. Extat ejus libellus de Exercitatione Juriſperitorum lectu digniſſimus.] JCti.

[ANTON. GIOFII, Italus, JCtus ſubtilis, Piſis 30 annos docuit, ac ſcriptis acuminis plenis inclaruit; ob. 1575. *Laur. Schradæus, Monum. Ital. libr.* 1. *p.* 81. *b.*]

[JACOB. THOMINGIUS, Juris Conſultus ac Profeſſor Lipſ. celeberrimus, itemque Collegii Juridici Ordinarius, ob. 1576. Editæ ſunt ejus Deciſiones, cum Oratione de recta Jus docendi ratione lectu digniſſimâ.]

[JO. SARTORIUS, Amſtelodamus, Latinæ, Græcæ, ac Hebraicæ linguarum admodum peritus, adultior Theologiæ ſe dedit; ob. 1566. Præter alia ſcripta ab illo edita Deſiderii Erasmi Roterod. Adagiorum aliquot Chiliades Belgicè elegantiſſimè reddidit. *Franc. Sweertii Athen. Belg. Freher. p.* 1462.] Philoſophi.

[BARTHOL. LATOMUS, Arluni, Ducatûs Luxenburgici oppido, natus an. 1485. Eraſmi amicus & familiaris, po-

poſtremò Archiepiſcopi Trevirenſi
Conſiliarius, mortuus 1566. Script.
ejus ſunt Theologica, Philoſophica, &
Philologica. *Franc. Svveert. Athen. Belg.*
Freher. p. 851.]

[AUGUSTINUS CURIO, Cœlii Secund
filius, Eloquentiæ Profeſſor Baſileen
ſis, &, ut in ejus legitur Epitaphio
Polyhiſtor Sanctiſſimus, juvenis obii
ætatis anno 28, Chriſti verò 1567
Autor Hiſtoriæ Saracenicæ, libell
omnibus noti. *Chriſtian. Urſtiſii Epit*
Hiſtor. Baſil. Freher. p. 1466.]

[COELIUS SECUNDUS CURIO, Augu
ſtini Pater, gente Italus, religioni
cauſa exul Baſileam veniens Eloquen
tiam viginti annos ibidem docuit
natus 1503. mort. 1569. Varios tùm
Theologicos, tùm Philoſophicos li
bros in lucem emiſit; præcipuè verò
nomen ejus poſteritati commenda-
vit Franciſci Guicciardini Hiſtoria
Italica ab eo in Latinam linguam ele-
gantiſſimè translata. *Chriſtoph. Urſtiſ.*
Epit. Hiſt. Baſil. Freher. p. 1465. *ſq.*]

[JOH. ROSA, Philoſophus, ac Profeſſor
Jenenſis, nat. 1532. ob. 1572. Joan.
Roſini præceptor, editis in Ciceronis
Academ. Quæſtiones, & de Finibus
Bo-

Bonorum & Malorum libros doctiſ-
ſimis Annotationibus inclytus.]

[Carolus Langius, Gandenſis, vel, juxta Miræum, Bruxellenſis, magnum inter ſui ævi Criticos nomen adeptus, Lipſii amicus, ob. 1573. Pluſima ejus extant ſcripta, potiſſimùm Critica. *Franc. Svveertius Athen. Belgic. Thuan. l. 56. fin. Freher. p.* 1468.]

[Franciscus Fabricius, Marcoduranus Germanus, Vir eruditiſſimæ diligentiæ, ob. 1573. Vitam Ciceronis aptô & concinnô ſecundum ſingulos annos ordine digeſtam edidit, quam poſtea Chriſtoph. Heidmannus Helmſtadii, & Jo. Buno Lûneburgi, recudendam curarunt: noviſſime autem Operum Ciceronis editioni Baſileenſi ea præfixa legitur.]

[Petrus Paganus, Wanfridienſis Haſſus, Hiſtoriarum ac Poëſeos Profeſſor Marpurgenſis nominatiſſimus, obiit cælebs 1576. Edidit nonnulla ad Artem Poëticam facientia. *Freher. p.* 1472.]

Memorabilia alia.

PRodigia & oſtenta *Conr. Lycoſthen* collegit. [Add. *Natal. Com. in h* *ſtoria ſui temporis lib.* 19. *p.* 408. & *p.* 418 Spectrum Pragenſe. *Thuan. lib.* 5 Bacchanalia Waldenbergica, quibu *Georgius*, Tubingenſis, & *Eberhardus* Hohenloenſis, Comites, larvati m ſerabili conflagratione perieru 1570. *Martin. Cruſ. Annal. Suev. Schar* *Tom. IV. p.* 135.]

Novus morbus in Hungariâ. *Thu* *nus lib.* 39.

[In *Thuringia*, & in Monte S. Ann ingens aquarum eluvio plurima d mna attulit 1565. *Veronæ* inundatio ne Atheſis multa ædificia, & 200 ho mines ſubmerſi, d. 30. & 31. Octob 1567. *Schard. de reb. geſt. ſub Maximi* *II. Imp. Tom. IV. p.* 66. *Mantuæ*, Sabau diæ oppido, horribilis turbo exortu *Schard. l. c. p.* 93. In Belgio etiam plu rimi homines, pagi, urbesque mari inundatione periere an. 1570. menſ Novembr. *Schard. ibid. p.* 42. & 146 In *Italia* prodigia horrenda & ingen te

s terræ motus Ferrariæ, Mutinæ,
egii, Corregii, Florentiæ, & Finalii
Liguribus eod. ann. *Thuan. lib.* 47.
. *Schard. l. c. p.* 147. Oeniponte,
lonachii, & Auguſtæ Vindelicorum
gens pariter terræ motus factus eſt.
hard. l. c. p. 175. Mare Balthicum
rbine inquietum totam fere Da-
orum & Lubecenſium claſſem Sue-
os oppugnantem cum 7000. vel
000. circiter hominibus abſorbſit
enſ. Jul. *1566. Chytr. lib. 21. p. 561.
ich. Beutheri Sleid. contin. edit. Argen-
r. 1593. p. 764.*]

[Navale Venetûm incenſum *1569.
ital. Com. l. 21. p.* 446.]

[An. 1572. d. 8. Novembr. nova
b Caſſiopejæ aſteriſmo ſtella appa-
uit, ac diutius anno immota conſti-
t, cujus occaſione Tycho Brahéus in
ypotheſes Aſtronomicas accuratius
quirere cœpit, ejusque Phœnome-
i ortu, ſtatione, & duratione Rei-
ubl. Batavæ originem, fata, ac du-
ationem portendi, nonnulli Aſtro-
ogorum voluerunt.]

[In *Gallia* 1564. in *Brabantia* verò
76. initium anni à Kalendis Januarii
umerari cœptum; cùm antea à die

Paſchatis computaretur. De i
vid. *Thuan. lib. 36. p. 289. ſq.* de h
Haræus Annal. Tom. III. p. 227. collat
107.]

Equitum S. Lazari [in Italiâ no
origo, vel potius inſtauratio per Pi
IV. Pontif. 1565. Ordinumq; S. M
ritii & S. Lazari in unum conj
ctio, 1573. *Thuan. lib. 38. p. 349. ſq.*
eoq; *Franc. Menenius, Delic. Ord. Equ*
p. 50. ſqq.]

[Navigatio nova Anglorum
Belgarum, clauſò ob bellum Da
Suecicum mari Balthicô, per m
ſeptentrionale & glaciale in Moſ
viam, ad portum D. Nicolai. *Thu*
lib. 38. p. 355. & libr. 41. fin. Chytr. lib.
p. 554. Camden. part. 1. p. 125. & 153. ſ

Navigationum ceterarum hiſ
riam deſignavit *Ricciolus libro &*
ſupra notatis.

PA

PARS V & ULTIMA,

De rebus ſub Rudolpho II. Imp. geſtis.

Udolphus II. Maximiliani II. filius, natus Viennæ, 18. Julii 1552. ex riâ Caroli V. Imp. filiâ; [apud nculum Philippum II. Hiſpan. Ren educatus, Princeps pius, juſtus, iens, ac pacis amans.] Rex Hungiæ coronatus 25. Sept. 1572. Rex hemiæ, 22. Sept. 1575. Rex Ronorum creatur coronaturque priis Ratisbonæ, extra locum contum, 1575. *Thuano lib. 60. p. 82. & umæo de Comitiis, cap. 5. n. 12. p. 254.* obſervantibus. Imperator factus nſe Octobr. 1576 Imperium paicè adminiſtravit; Motus Belgis in Colonienſi Conventu ſedare ſtra laboravit 1578. Turcas, quis cum antea inducias, ab anno 84. usque ad anni 1593. initium, pa-

Rudolph. II. natales.

Educatio.

Coronatio.

Cura ac geſta.

pactus fuerat, Fratrum Ducum
operâ multis Hungariæ locis oc
patis repreſſit: cum Stephano
thoreo, Moldavis, & Walachis
verſus eosdem fœdus iniit 1595. m
ſe Febr. Tumultum Colonienſe
Gebhardo Truchſeſſio, Archie
an. 1582. Argentoratenſem vero
duorum Epiſcoporum electione
1592. excitatum ſuâ auctoritate ſu
Elogium. minavit & compoſuit. Elogium
habet *Rupertus Obſervat. in Synopſ.*
ſoldi min. p. 712. Sunt & alii, qui
laudes, vel geſta, hujus Imperat
enarrarunt, à *Caſp. Sagittario Intro*
Hiſt. Eccleſ. cap. 24. *p.* 648. & *M*
Hertzio Bibliothec. Germ. in Rudolph
indicati. Quibus addendus
giſm. Betulius (von Bircken)
Templo Honoris Auſtriac. Germa
edito. Malignè autem de eo,
mixtis tamen ſubindè laudibus,
p. 299. ſqq. *niel Eremita, in Itinere Germanico*,
tui Regiminis Ferdinandi II. ſubj
Part. II. p. m. cto; & *Jo. Barclajus in Euphormi*
310. ſqq. ſub nomine Aquilii, judicant, ei
Mors. præter meritum inſultant. O
cælebs Pragæ, 10. Jan. 1612. cum
que Imperii tranquillitas deſiit.]

Qu

Quæ ad Rempubl. pertinent.

Apitulatio ab Electoribus Ru-
dolpho II. præſcripta exhibetur Capitulatio.
nnæo, cum Annotamentis, p.505.
app. Impp. Quam Imperator ita
gioſè obſervavit, ut ne Regi qui-
i Hiſpaniæ Veſontii in Sequanis
ariatum, Imperio lege beneficia- 1595.
obnoxium, concedere voluerit.
laſt. Conſtit. Imperial. Tom. 3. p. 584.
mæus Diſcurſ. IV. ad Aur. Bull. n. 16.]
uſpicatus eſt Imperium Rudol- Comitia
s Imp. à Renovatione der Policey Francofur-
nung ComitiisFrancofurtenſibus tenſia 1577.
Nov. quæ extat inter R. A.
Auguſtæ Vindelicorum 1582. 30. ComitiaAu-
tembr. decretum eſt de auxilio guſtana
erſus Turcam, de tumultibus in- 1582.
inis, de delectibus illicitis, de ſub-
ctis Imperio provinciis, de inte-
nda & moderanda matricula, de
mera Spirenſi, & re monetaria.
A. Add. Chytr. lib. 25. p. 711.
Rotenburgi ad Tubarum de Pace Conventus
igionis ac Reipubl. in Imperio Rotenburg.
con- ad Tubarum 1584.

conſervanda, deque Colonienſis
chiepiſcopi controverſia finie
1584. Conventus inſtitutus, ubi
quot menſibus fruſtra diſputatur
neutrius religionis Principibus
ſua ſententia cedentibus re inf
diſceſſum eſt.]

Comitia Ratisbonenſia 1594.
Ratisbonæ 1594. 19. Aug. decret
eſt de apparatu contra Turcam,
juſtitia adminiſtranda, de tum
bus Belgicis, & legationibus eò r
tendis, repetituris adempta Impe
M. A.

Comitia Ratisbonenſia 1597.
[Iterum Ratisbonæ 1597. die
Decembr. Comitia inſtituta us
ad 6. Aprilis ſequ. anni duraveru
in quibus 60. menſium penſiones
tra triennium ſolvendæ, ad bell
contra Turcas continuandum, dec
tæ ſunt. M. A.]

Conventus Hanſæ 1576. 1579. & 1581.
In Conventu Hanſæ Lubecæ
bito Bremenſes ob ſeditionem
verſus Senatum motam ante 14.
nos excluſi recipiuntur. Acta
tera apud *Chytr. lib. 23. p. 642.* Ad
tur alius Conventus 1579. *Chytr. l.*
p. 658. &c. & alius 1581. *lib. 25. p. 69*

Conventus aliquot Principum 1599.
[Francofurti ad Mœnum, Erf
diæ, Coloniæ, Confluentiæ, Mag
bu

rgi, & in plerisque Circulis 1599.
verſorum Principum de pellendis
Weſtphalia Hiſpanis conventus
deliberationes inſtitutæ.]

[An. 1588. Civitas Argentoraten- fœdus cum Helvetiæ Civitatibus gurinâ & Bernenſi renovavit. De o vid.pecul. *deſcriptio Germ. eod.anno gentor, excuſa* 4to.] Fœdus Argentoratenſ. 1588.

ontroverſa & mutata in Imperio.

Controverſia inter Archiepiſcopum Urbemq; Trevirenſem ſuper imperio Civitatis compoſita, per ntentiam ab Imperatore Rudolpho tam. De qua fusè *Chriſtoph. Brorus Annal. Trev. Tom. II. lib. 22. p.* o: *ſq.*] Controverſ. Trevirenſ. finita 1580.

[Controverſia Hamburgenſium m Anglis, ob recuſatum hoſpitium tea in urbe per decennium ipſis nceſſum : & cum Daniæ rege, de e reſtringendi in Albi, ſ. evectiom frumenti Albis accolis infra urm prohibendi, multis jam annis agi- Controverſ. Hamburg. cum Anglis & R. Dan. 1580.

agitata, deſcribitur prolixè à *Chyt*
lib. 24. *p.* 667. 668. Add. *lib.* 25. *p.*
it. Thuan. lib. 68. *p.* 350. 351.]

Contr. Duc. Slesv. Holſat. cum R. Dan. an. eod.

Holſatiæ Duces nomine Duca
Slesvicenſis Regi Daniæ ſacram
tum dicunt. Vid. tot. controv. ap. *Ch*
lib. 24. *p* 664. *&c.*

Controverſ. Colon. Epiſcopi 1583. 1584.

Controverſia Colonienſis c
Gebhardo Truchſeſſio etiam à
træo deſcribitur diligenter *lib.* 2
725. *ſq.* & *lib.* 27. *p.* 745. *Thuan. lib.*
p. 582. *ſqq.* ubi etiam Argentorat
iſta lite concutitur.

Henneberg. Succeſſio. 1583.

[Anno 1583. d. 27. Decembr. Ge
giô Erneſtô, Principe Henneberg
ſium ultimô defunctô, vacuum Pr
cipatum, ſuo ac pupillorum Jo. G
lielmi filiorum nomine, occupat
ſibi vindicat Auguſtus Saxon. Elec
nixus diplomate d. 26. Sept. 157
Maximiliano II. Imp. ſuper illius
ceſſionem impertito. Ex *Relat*
MS. Conſiliarii cujusdam Saxon. Vid.
Pfann. de Germ. Princip. Gentibus, cap
p. 99. *ſq.*]

Controverſ. Argentorat. Canonicor. 1584.

[Controverſia inter utriusque
ligionis Canonicos Epiſcopatus
gentoratenſis 1584. exorta variis
ſcriptis, vernaculâ linguâ eod. an

c

onjunctim editis, acriter diſputa-
a. *Chytr. lib. 26. p. 745. 746.*]

[Lis de Epiſcopi Argentoratenſis lectione, mortuô ann. 1592. Jo. Man-erſcheidio, exorta deſcribitur apud *huan. lib.* 104. *p.* 266. *Chytr. lib.* 29. *p.* 851. dd. *Acta publica tunc edita.*] It. de Epiſcopat. Argentorat. 1592.

[Controverſia inter Archiepiſco-um ac Civitatem Magdeburgenſem, nde à receptâ ibi Auguſtanâ Con-eſſione, de Juriſdictione ſacrâ & ci-ili, de munitionibus ac portâ urbis, emplô, aliisque rebus mota, Saxonis Brandenburgici Electorum aucto-tate an. 1595. compoſita. *Thuan. lib.* *.p.* 85.] Contr. Archiep. ac Civit. Magdeburg. 1595.

Bella & Tumultus in Germaniâ.

ANno 1587. & ſequentibus bel-lum Colonienſe duorum Ar-hiepiſcoporum, Gebhardi Truch-eſſii de Walpurg, & Erneſti, Ducis avariæ, quorum ille ductâ uxore di-nitatem VII. viralem retinere cu-iens à Pontifice proſcriptus, Archi- Bellum Col. 1587.

epiſcopatu omniq; dignitate exut
eſt: hic verò à Canonicorum colleg
electus armatâ manu eundem occ
pavit. *Thuan. lib. 76. p. 582. ſq.* add. *l.*
78. p. 646. ſq. & lib. 79. paſſim. Chytr. l
26. p. 724. ſqq.]

Bellum Argentorat. 1592. [Bellum Argentoratenſe itide
inter duos Epiſcopos, Joan. Geor
um, Marchionem Brandenburgicu
& Carolum Lotharingicum, Car
nalem, diſcordibus Canonicoru
Argentoratenſium ſuffragiis elect
an. 1592. exortum, ſed ſequenti an
per arbitros Cæſareos compoſitu
Thuanus, lib. 104. p. 266. & lib. 1
p. 287. Chytr. lib. 29. p. 851.]

Motus Badenſis, 1594. [In Marchionatu Badenſi ob re
ones Eduardi Fortunati ab Erne
Friderico, agnato, ſolvendi æris ali
cauſâ, occupatas excitati tumult
interpoſitâ Rudolphi II. Imp. auct
ritate, & Johannis, Archiepiſcopi T
virenſis, operâ ſedantur 1594. *Thu.*
lib. 109. p. 453. Chriſtoph. Brovverus
nal. Trevir. Tom. 2. lib. 22. p. 427.]

Tumultus Clivenſ. 1595. [In Ducatu Clivenſi & Juliace
ob Jo. Guilielmi, Ducis Clivenſis
ipſum ſine prole decedere conting
ret, ſucceſſionem tumultuatur 15
Thuan. lib. 114. p. 598.]

Externa.

[IN ITALIA Magnus Hetruriæ Dux *Sereniſſimi* & *Sublimitatis* titulo aliũm cohoneſtare detrectat. *Natal.Com. lib.* 27.*p.* 598. Marchioni Finalienſi urbs Finalium adjudicatur, munitione Hiſpanis relictâ *Idem l.* 28.*p.* 617. Conjuratio in Magnum Ducem Hetruriæ detecta. *Id. l.* 29.*p.* 635. Dux Ferrariæ & Bononienſis de finibus controvertentes ad arma veniunt. *Id. ibid.p.*637. Neapoli ob annonæ penuriam tumultuatur *Thuan. l.* 82.*p.* 40. Sabaudiæ Dux Saluciarum Principatum occupat, at contra eum à rege Galliæ bellum decernitur. *Id. Thuan. l.* 92. *p.* 344. *ſqq.*& *l.* 102. *init.* Palma civitas in Foro Julii à Venetis condita. *Idem. lib.* 104. *p.* 278. Turcicæ claſſis metus, *Id. l.* 109. *p.* 453. Bellum contra Sabaudum renovatur. *Id. l.* 119. *init.* ſed pace finitur *l.* 120. *p.* 783. *ſqq.* Bellum inter Clementem VIII. Pontif. & Cæſarem Ateſtinum, propter Ducatum Ferrarienſem ſuperiori anno exortum, componitur. *Thuan.* 119. *p.* 773. *ſqq. Chytr. lib.* 30.*p.* 928.]

Italica. 1577. 1578. 1578. 1585. 1588. 1593. 1594. 1597. 1598.

In GALLIA Henricus III. qui Caro-

Gallica.

lo IX. fratri ſucceſſerat, bellis civili-
bus variè exercetur, â Gviſiis in ſu-
ſpicionem conſenſionis cum Hugo-
nottis adductus. [Unde pro extir-
pandis hæreticis cum Philippo II. R
Hiſpaniæ, Duce Sabaudiæ, ac Pontific
Liga ſancta inita eſt, quâ Henr. Bor
bonium R. Navarræ, ſi cum Henric
III. ſtirps Valeſia extingueretur, â re
gni ſucceſſione excludere conaban
tur.] Fata autem Henrici III. exe
quitur *Barclajus in Argenide; Thuan*
à lib. 58. Huic â Jac. Clemente, mo
nacho Dominicano, interfecto 158
ſucceſſit è linea Borbonia proximu
agnatus, Henricus IV. inter ſumm
Heroës. Mutatio rerum. [Henric
1591. enim â Pontifice diris devotus cùr
ê difficultatibus aliter eluctari no
poſſet, tandem Pontificiæ religioni
1593. addixit. Quo facto quidem omni
in regno feliciter compoſuit: pe
ſicarium tamen Joan. Caſtellum â J
1594. ſuitis ſubmiſſum vulneratus eſt. Ur
de hos toto regno excedere juſſit, &
Hugonottis plenam religionis libe
1599. tatem per Edictum Nannetenſe co
ceſſit. *Thuan. lib.* 111. *p.* 517. *ſq.* & *lib.* 12
p. 859. *ſq.*]

In

In HISPANIA Philippus II. pace Vervini Sueſſionum cum Gallis factâ an. 1598. moritur, cùm 40. annos regnaſſet. Elogium ejus extat ap. *Thuan. l.* 120. [Characterem eleganter deſcribit *Grotius Annal. & Hiſt. de reb. Belgic. lib.* 1. *p. m.* 8. & *lib.* 7. *p.* 471. *ſq.* vitam verò *Gregorius Leti*, Italus. Succeſſit filius, *Philippus III.* cui etſi poſt pacem Vervinienſem firma cum Gallis, quoad vixit, amicitia fuerit; tamen ſub eo imminui cœpit Hiſpanorum potentia.] Hiſpanica.

[In BELGIO fœdus contra Hiſpanos Bruxellæ initum, omnium Ordinum jurejurando confirmatur: Philippus rex tempori cedens in pacta conſentit, & *Johannem Auſtriacum* Belgio rectorem imponit, quem Belgæ, ſpretis Auriaci de illo opprimendo conſiliis, violatæ pacis apud regem accuſant, qui ſe purgat, ac viciſſim Auriacum defert, quaſi contra fœderis leges novos ritus ſtabiliret: *Matthias*, Archidux Auſtriæ, Rudolphi II. Imp. frater, ad Belgii præfecturam vocatur, non invito Auriaco, cui vicarium regimen ab Ordinibus permiſſum. Johanni Auſtr. bellum indicitur: Bel- Belgica 1577.

1578. Belgarum exercitus cæditur : vict
quidem ſpe pacis tentantur , ſed ob
latas conditiones recuſant , auxili
ipſis offerentibus Franciſco Valeſio
Duce Alenſonio,& Jo. Caſimiro, tu
tore & adminiſtratore Palatinatu
Electoralis. Mira hinc rerum per
turbatio. Amſtelodamum deditu
Naſſovianis; Gandavenſes concitor
Imbiſio palàm imperium detrectan
Moritur Jo. Auſtriacus, ſuccedit *Al*
xander Farneſius, Princeps Parmenſis
cujus ſuſcitationibus occultis disſid
1579. magis exardeſcunt: idem Trajectu
ad Moſam, ubi inter aliquot provi
cias Belgicas fœdus, cui Ipra & Ga
davum acceſſere, coaluit, obſidet
1580. expugnat, aliaque oppida recipit
Matthias Archidux gubernatione
1581. ſpontè deponit : Bellum in Friſiâ e
ardet : Ordines Auriaci ſuaſu Ph
lippum repudiant, ac *Franciſco Valeſ*
Duci Alenſonio, Principatum def
runt, qui cum exercitu viginti qui
que millium illis ſubſidio veniens C
meracum diu â Parmenſi obſeſſu
liberat, caſtroque Cambreſiano p
titur : Rex Hiſpan. Auriacum ut pe
duellem proſcribit, eique percuſſ
re

em immittit, qui, cùm ipſius caput
ſclopeto vulneraſſet, captus & occi-
ſus eſt : Parmenſis Audenardam, Va- 1582.
eſius Aloſtum, aliasque urbes, occu-
pat, Antuerpiam tamen infeliciter
entat : Parmenſis præter alias urbes 1583.
Dunkerkam, Gandavum, Ipram dedi- 1584.
ione accipit : Valeſius moritur, &
Auriacus à ſicario Delphis interficitur,
cui ſuccedit filius, Mauritius, adjun-
cto ipſi legato Philippo, Comite Ho-
henloico : Wilhelmo Naſſovio Fri-
ſia regenda conceditur : Calamito-
ſus Fœderatorum ſtatus, qui â Gallis
ob inteſtinos tumultus non recepti
ad Eliſabetham recurrunt, quæ pari-
ter delatum Belgarum imperium re-
cuſat, auxilia tamen mittit cum Ro- 1585.
berto Dudlejo, Liceſtriæ Duce, qui
magno quidem ſtudio â Belgis exce-
ptus, ſed exſpectationi haud reſpon-
dens ipſorum juxta ac Reginæ offen-
ſam incurrit : Parmenſis Gravium 1586.
obſidet : Axelam Mauritius capit :
Novi Trajecti magiſtratus & privati
Friſii Eliſabethæ iterum imperium
fruſtrà offerunt. Mauritio ſummum 1587.
armorum imperium mandatur : Li-
ceſtrius urbes vi opprimere parat :

ſed in Angliam revocatus, imper
umque in Belgas ejurare coactus, m
1588. ritur: Belgæ Bonnam capiunt, tot
cladibus perculſi ſe rurſus erigunt
Claſſis Hiſpanica, ad Anglos Belgas
ſubjugandos inſtructa, multis acc
ptis damnis vehementia tempeſtat
disjicitur: Parmenſis inviſus Hiſp
1589. nis criminationes eorum apud rege
1590. diluit: exercitum in Galliam duci
Petro Erneſto Mansfeldio interi
ſummâ rei per Belgium commiſſâ
Mauritius varia oppida expugnat, Br
1591. damque aſtu capit: Trajecti & in Z
landia factiones componit, glan
1592. vulneratur, Parmenſis moritur,
Erneſtus Auſtriacus, Rudolphi Im
1594. frater, Belgio præficitur, cui Philipp
rex filiam in matrimonium deſtina
Erneſtus per legatos apud Ordin
1595. de pace agit, quam illi repudiant
Concilium Bruxellam advocat, i
quo generoſa Arſchotii Oratio: E
neſtus vitâ fungitur: vacuum reg
men â Philippo Senatus accipit, c
jus Præſes Fontanus, Belgis inviſus, ſ
ditioſos obſequio reddit: Exortæ i
ter Emdenſes & Comitem turb
componuntur; Albertus Auſtri
cu

us Erneſto ſucceſſor mittitur cujus 1596.
dventu Fontanus & Ibarras in Hi-
paniam revocantur : Hulſtum ab
Alberto capitur, cujus jacturam Fœ-
erati graviter ferunt : claſſe Hiſpa-
icâ expugnatâ Philippus undique
ubſidia petit : Angli & Batavi Ga-
es irrumpunt & exurunt : RexPhi-
ppus ingentem claſſem mari con-
ra Angliam, infelici iterum eventu,
nmittit : Alberto filiam Iſabellam
eſpondet, dotemq; illi Burgundiam 1597.
um Belgio concedit, certis pacto-
um legibus : ſed Fœderati, quibus 1598.
æc affinitas ſuſpecta erat, magis in-
ureſcunt : Petri Dannii, miſſi in
Mauritium percuſſoris, ſupplicium :
Albertus in Hiſpaniam proficiſcens 1599.
Andream Auſtriacum in Belgio præ-
ectum relinquit, ac ſacrato enſe à
Pontifice auctus, cum Iſabella inBel-
gium rediens, omnia confuſa inve-
iit : Belgæ Archiducum moribus &
habitu offenduntur.] Cæterum Bel-
gicas res usque ad 1581. ex ipſorum
Fœderatorum diplomate habemus
ap. *Chytr. lib. 25. p.* 697. &c. Inde
cætera Scriptores ſupra memorati P. 562.
exequuntur. Add. *ejusd. lib.* 26. 27. & 30.

Luſitanica. In LUSITANIA *Sebaſtianus* Rex Mu
lei Mahometum Marochiorum Re
gem, à patruo Mulei Maluce expu
ſum, reſtituere adgreſſus infelicer
expeditionem ſuſcepit: & cum i
Africam trajeciſſet anno 1578, 4. Au
in prælio occumbit, quo etiar
Malucius & Mahomet interiere. Su
ceſſit *Henricus*, Cardinalis, patru
Sebaſtiani magnus: quem optim
conſiliis & operibus intentum Co
troverſia de ſucceſſione exercuit, o
1580 ult. Januar. Succeſſit *Philipp*
II. Hiſpan. R. ejecto *Antonio*, Cra
Priore, de quo *Thuan. lib. 69. & 7*
Ancrenſis civitas, & Faſinea Inſ
la rebelles expulſis Gallis ſubjugar
tur an. 1583. Duardus Nonius. J
Viperanus *de obtenta Portugallia*
R. Philippo. Hieron. Conneſtaggi
de conjunctione Portugalliæ cum r
gno Caſtellæ, ex Italico Latin. tom. II. H
ſpan. illuſtratæ. [Add. *Chytr. lib. 23.*
626 & lib. 24. p. 656. Inde Luſitan
à *Pſeudo-Sebaſtianis* turbata, de quib
Chiffletius *Tenneur. expenſ. c. 8. & 9.* c
poſtremo verò *Thuan. lib. 126. p. 982. ſq*

Anglica. In ANGLIA *Eliſabetha* per omn
hoc tempus imperat contra qua
co

nſpiratio, Mariæ, Scoticæ reginæ,
eris prolatis confirmata, detegitur;
obiles conjurati ſuppliciis adficiun- 1586.
r; Scotica in turrim Londinen-
m abducitur: Regina Belgarum
atrocinium ſuſcipit, miſſô auxiliô
aritimis urbibus: Angliæ oppor-
nas præſidio munit, & potenti claſſe
er Oceanum Hiſpanos perſequitur;
ngentique an. 1589. adverſus eos vi-
oriâ potitur. *Camd. part. 3. ad an. 1586.*
87. & 1588. Add. *Gregor. Leti Ital. in Hi-*
r. de vita Philippi II. Hiſp. Regis, ubi
ccurata illius prælii deſcriptio habe-
ur. Ad Reginam autem veneno tol-
ndam ab Hiſpanis in Angliam miſſus
opes capite truncatur. *Camd. h. a. Grot.* 1594.
nnal. p. 273. Edmundus etiam *Jorkius*,
t mortem illi inferendam in ſe ſu-
iperet, magnâ pecuniâ ab Ibarrâ,
Hiſpano, conductus fertur. Vid. *Turco-*
Papiſmus in præfat. cujus libri auctor
ſt *Matthias Sutlivius*, teſte *Riveto, Jeſ.*
apul. a. 11. p. 227.]

In SCOTIA *Jacobus VI.* Mariæ filius, Scotica.
egnat, à conjuratis intercipitur 1582.
quod factum *Buchananus*, olim re-
bellium fautor, ut defenderet, adduci
non potuit.) Iterum conjuratione
in-

inquietatur, cujus princeps Com
Gouriæ capite truncatur: Impetra
Rex ab Eliſabetha non potuit, ne m
ter ejus Maria Scota ſecuri percu
retur anno 1587. quamvis nonnu
non tam jubente, quam conniven
Eliſabetha id factum putent. La
Camden. & *Thuan.* in annis, qui h
pertinent.

Danica. [In DANIA *Fridericus II.* inſignis
terarum & Tychonis Brahei faut
qui Academiam Hafnienſem no
reditibus dotatam amplificavit: Sch
1585. lam regiam Soræ condidit; Bib
ſacra in Islandicam linguam verſa
1584. curavit: Cronenburgum arcem, ſ
ſubjectorum Civium, de quo glor
batur, onere magnis ſumtibus ext
xit: decesſit anno 1588. regimi
30, ætat. 54. cui succesſit *Chriſtianus*
filius undecennis, usque ad mediu
ſequentis ſeculi regnaturus;
maximis Principibus annumerari m
ruit. *Erpold. Lindebr. Hiſt. Reg. D.*
Erasm. Vindingii Acad. Hafn. p. 10. ſq.]

Succica. In SVECIA *Joannes III.* multis
Moſcho victoriis, & Livoniâ amp
ficatâ, celebris decesſit 1592. cui
gismundus filius, Poloniæ R. ſucced

l eâ conditione, ut nihil in religi-
e mutaret. Verùm in Sueciam
nit, auctoritatem ſibi & regnum
maturus 1598. nullo ſucceſſu. *Ca-*
us enim patruus prælio victum
mum redire coëgit in Poloniam,
e autem Rex factus eſt 1599. *Chytr.*
Chron. & ſupplement. Meſſenii Exege-
Thuan. lib. 121. *Jo. Loccen. Hiſt. Suec.*
7.

In POLONIA *Henricô* digreſſo con- Polonica.
Competitorem Maximilianum
np. *Stephanus Bathorius*, Tranſſyl-
niæ Princeps, prævaluit, an. 1576.
x factus. Hic Gedanenſibus cla-
m intulit 1577. 17. April. deſcri-
am à *Jo. Laſicio tom. 3. rer. Polon.* De
bus adverſus Moſcum 1579. geſtis
dem ſupplementum extat. Elo-
um ejus habes apud *Thuan. lib.* 85.
obiit 1586. Eò mortuô diſſidia,
interregnum armis inquietum.
uan. l. 88. *Sigismundus* deinde Johan-
s III. Sueciæ Regis filius, 1587. ele-
us Rex contra Maximilianum Au-
riacum, Rudolphi II. Cæſaris fra-
em, qui ab alia parte (ſcil. factione
boroviana) electus erat, regnum
otinuit, fuſô & captô in prælio apud
Bitſi-

Bitſinum 1588. commiſſo Maxin
lianô, ſed certis poſtea conditionib
1589. dimiſſo. *Chytr. lib.* 28. copio
& *Thuan. d. l.*

Moſcovitica. [In MOSCOVIA denuò cum P
lonis 1579. ob Livoniam exarſit b
lum, interventu tamen Gregorii XI
Pontif. Rom. & Anton. Poſſevini o
râ 1582. ſopitum, ceſſâ Polonis t
ferè illâ provinciâ antea à Johan
Baſilide occupatâ : qui etiam p
25. annorum tyrannidem tandem
teriit 1584. æt. 56. *Thuan. lib.* 80. *p.*
Chytr. lib. 27. *p.* 752. Succeſſit *Theod*
filius, familiæ ſuæ ultimus, ſimpl
ingenii Princeps, & regni neg
impar. Vid. *Paulus Oderbornius, in*
Baſil. inter Scriptores Moſcoviticos, ub
Reinoldi Heidenſtenii libri de bello M
vitico cum & à Polonis geſto. R
titulum an. 1593. à Clemente
Pontif. petiit : quem ille, ſi abj
religione Græcâ Romanam am
cti vellet, promiſit. Eo regna
Moſci cum Suecis & Polonis, po
annorum bellum, pacem fecer
1595 : ipſe verò obiit 1598. poſtq
14. annos imperaſſet. *Piaſec. Ch*
p. 112. & 127. *Thuan. lib.* 120. *p.*

ô defunctô rerum ſummam adeptus
Magiſter ſtabuli *Boriſius Gudenovius*,
ujus ſororem in matrimonio habuit
Theodorus. *Thuan. l.c. Chytr. l. 30. p.*
35. Piaſec. Chron. p. 157.]

[HUNGARIÆ regnum à Turcis, con- Hungarica.
ra inducias octennales 1584. pactas,
nfeſtatum Rex *Rudolphus*, Fratrum
Ducumque virtute, fortiter tutatus
ſt, ab iisque multas inſignes victo-
ias reportavit, nempe ad Caniſiam,
587: propè Sixum ſuperioris Hun-
gariæ oppidum 1588: in Croatiâ ad
Siſſekium; & ad Albam regalem 1593.
Zabaricca, Vileckô, aliisque unde-
cim arcibus, à Præfecto Caſſovienſi
Teuffenbachio expugnatis: ad Hat-
vvanum 1594: ad Temiſium, Danu-
bium, & Strigonium à Cæſareanis,
cum aliis locis mox expugnatum:
item à Præfectis Turcicis, Achmete,
Mahumete, & Sinane 1595: ad Te-
mesvvarum, Hatvvanum, & Agriam
1596: ad Vaciam 1597: ad Nico-
polim in Bulgariâ 1598. quo & Jau-
rinum Adolfi Schvvarzenbergii aſtu
à Cæſareanis recuperatum: ad Bu-
dam 1599. Adhæc Novigradum
in Hungariâ ſuperiore à Matthiâ, Ar-
chi-

chiduce Auſtriæ 1594; in inferio
autem Breſenza, Seezinum, & Seg
ſtum arces á Serinio & Nadaſtio C
mitibus expugnatæ 1595. Tranſſ
vania item cum Walachia & Mold
viâ Hungariæ reſtituta, 1598. un
innumeræ clades, & miræ viciſſit
dines rerum. *Thuan. in Annis huc p*
tinentibus. Hiſtoria Auguſt. Tom. VII.
vitâ rebusque geſtis Rudolphi II. tot.

Turcica. Apud TURCAS *Amurathes III.* Se
mi II. vel, ut vulgo creditum, ſu
poſititius, ac Judæi cujusdam fili
Princeps naturâ quidem mitis,
ſuſpicax & avarus, regnum à p
ricidiô quinque fratrum, de mo
Ottomannicorum Impp. orſus, c
Ismaele II. Perſarum Rege, bellum
ſcepit: quod, ſublato per venen
Iſmaele, ſucceſſor ejus *Codabonda* (i
Dei ſervus) geſſit. Anno belli h
jus primo periiſſe dicuntur Tur
rum 70000. Acceſſit inſequenti
annis clades cladi, donec 1589. in
ciæ fierent, & ſubinde de pace a
retur. [*Thuan. lib. 59. fin. Petr. Biza*
Hiſt. Perſ. Iſthuanſ. de reb. Hungar.
25. & 26. Leuenclav. Supplem. Ann
Neueröffnete Ottomanniſche Pforte

R. in vitâ Amurathis III.] Bellavit & cum Rudolpho Imperatore Amurathes; atque inducias factas ſæpè fregit, neceſſitatemque apparatûs ingentis impoſuit. Vid. Appendic. Chron. Turcic. usque ad ann. 1594. [Adde Chytr. lib. 26. 27. 30. Wihitzium, Croatiæ oppidum 1590. Trenzinum, Siſeccum, Veſprinum, & Palottam, 1593. Jaurinum, Comitis Hardeccii proditione, nec non Pappam 1594. occupavit: Comarinum tamen propugnaculum fruſtra obſedit, à Transſylvanis interim, & fœderatis aliis, variis cladibus & innumeris damnis affectus. Iſthuanf. lib. 26. ſqq. Idem Tartaros Præcopenſes peremtô illorum Rege 1584. & ſequenti anno Maronitas, montis Libani accolas, ac Druſos, ſubjugavit: Obiit calculi doloribus 1595. cùm imperaſſet annos ferè 20. & vixiſſet 56. Cujus vitam & res geſtas deſcripſit Jo. Thom. Minadous; Mortem & mores Thuan. lib. 114. Salom. Schweigger. in Itinerar. lib. 2. c. 96. Lazar. Soranz. Ottoman. cap. 49. Ei ſucceſſit filius Muhammetes III fratricida, Veneri ac ventri deditus: qui tamen bella Hungarica, quamvis ſine

ſucceſſu, continuavit, & poſt Agria
1596. ſcelere captam, multasque a
ceptas clades, turpiter receſſit. *Thua*
lib. 115. *Iſthuanf. lib.* 30.]

[*Judicium de his &*
Comparatio.

Converſiones regnorum variæ.

IMperante Rudolpho II. German
tranquilla erat ac quieta, Imper
tore ſapientiæ plus quàm Reipubli
operam navante, pacemque inprim
ſectante; quippe cujus ſtudio ipſu
Ferdinandum I. & Maximilianum
longè ſuperavit. Unde & in Prot
ſtantes mitius ſemper conſuluit,
in Turcas potius, quàm German
Religione diſſidentes, arma conv
tit. Felicior itaque hâc in parte f
Germania, quàm cetera regna, p
tim civilibus, partim externis bel
jactata. Nimium tamen Alchim
ſtudium, &, quod otii amans in ar
Pragenſi deliteſceret, gemmarum
picturarum contemplationi, cont
quàm Imperatorem decebat, inte
tus, ipſum contemtui, & tandem
riculis objecit.

Forſtn. ad l. 13. Annal. Tac. c. 3.

In Hiſpaniâ Rex Philippus II. vi-
ens, ſe violentis ſuis conſiliis Belga-
um animos à ſe abalienaſſe, erro-
em iſtum quidem corrigere voluit,
ed juſtô ſerius, & cùm odium altas
am radices egiſſet. Quô nomine
lberto Auſtriaco, genero ſuo, pro-
incias Belgicas in dotem dedit, *ut*
bolitâ armorum civilium memoriâ, &
xtinctâ Hiſpanici nominis odiô, prom-
tius ad obſequium redirent, & ad unum
rpus coaleſcerent totius Belgii civitates,
dice Chriſtoph. Forſtnero. At Not. ad Tac. Annal. l. 13, p. 354.
onſilii hujus fructum, præter im-
edimenta alia, Hiſpanis eripuit
lberti ſterilitas.

Luſitania bellô in Africâ à R. Se-
aſtianô, Principe juvenili ardore &
mbitione tumidô, contra Sarace-
os temerè motô, eôq; in prœlio oc-
iſô, ſucceſſionis cauſâ, quam Henri-
us Cardinalis teſtamento indeciſam,
udicioque forenſi diſceptandam im-
rudenter reliquerat, inter plures
ompetitores turbis & factionibus
iſtracta tandem potentiori ceſſit.

Galliæ regnum totos jam 34. an-
os inteſtinis diſſidiis & bellis reli-

gionis & reipubl. obtentu agitatum, & in ſua viſcera converſum, ex Valeſiâ familiâ, cum Henrico III. extinctâ, ad Borboniam translatum in Henrico IV. antea Navarræ rege, qui Galliam in ſummum adduxit faſtigium, Hiſpanorumque labefactavit potentiam, &, quod illi antea, ipſe poſtea totius Europæ arbitrium & ſupremum in omnes gentes affectavit dominium.

In Angliâ Eliſabetha virilis animi fœmina *prudentia & felicitate imperandi omnes inde usque ab Auguſto Principes* (Jacobi ſucceſſoris elogio) *ſuperans* ea fecit, quæ vix maximus Regum poſſet: Hinc & ſub eâ regnum feliciſſimum ac florentiſſimum fuit, multò futurum felicius, ſi Veterum Regum ſeriem cum eâ finitam continuaſſet. A pluribus maximis ac potentiſſimis procis expetita connubium conſtanter recuſavit, cum regnum magis, quàm ſe, ab illis peti exiſtimaret. Ob ſecretas tamen libidines, & Mariæ Stuartæ cædem, pro vario hominum ingenio variis judiciis & reprehenſionibus fuit obnoxia. Scotia & Hibernia per hoc tempus turbis inquieta.

In Proœm. Dori Baſil.

Da-

Dania multis antea bellis attrita, ſub optimis ac prudentiſſimis regibus religione literiſque exculta effloruit.

Sueciam bella cum Moſcis variâ fortunâ geſta, & inteſtina Regum fratrum diſſidia exercuerunt, regnumq; Polonico conjunctum & ab eo rurſus avulſum eſt.

Polonia cum Moſcis bello decertans multis regni ſolium, ſemel atque iterum vacuefactum, prenſantibus propter electionem turbis involuta.

In Moſcoviâ defunctô Jo. Baſilide magna converſio facta eſt, multis provinciis amiſſis, plurimiſque poſt Theodori mortem regnum affectantibus. De cetero *Camdenus*, ſcriptor Anglus, id præcipuè laudi ducit Theodoro, Baſilidis filio ac ſucceſſori, quod recta conſulentibus morem geſſerit, omnibusque gentibus mercaturam in Ruſſiâ faciendi poteſtatem dederit. Rer. Angl. part. III. p. 365.

In Hungariâ Maximilianus & Rudolphus II. regnum à Turcis infeſtatum virtute & prudentia ſuſtentarunt: ille pacem quidem ingloriam, ſed pro temporum conditione neceſſariam, emit: hic velut Fabius ſe-

ſedendo etiam Turcas vicit, eosq; va
nâ virium fiduciâ elatos multis præ
liis & obſidionibus ita fatigavit, ut
quo ſe verterent, vix appareret, inſ
gni documento & exemplo poſter
relicto, ipſos utique vinci poſſe,
Chriſtianorum copiæ ſervatis ord
nibus, inprimis autem omiſſâ præd
cupidine, victoriam perſequantur.]

Eccleſiaſtica.

Pontifices.

Gregorius XIII.

ANno 1572. ut ſupra cœpimus d
cere, creatus eſt Pontifex Grege
rius XIII. qui obiit 1585. 10. Apri
cujus ſtudium in Scholis & religion
propagandâ, & ædificia laudat *Thu.*
nus, ſed licentiam in filio naturali ev
hendo, & in ſceleribus compeſcer
dis lentitudinem fatetur *lib. 81. f.*
Nunciô de laniená Pariſienſi allat
publicæ lætitiæ ſigna diſploſis to
mentis dedit, ſupplicationesque &
Jubilæum totô Orbe Chriſtianô in
dixit, *ut agerentur DEO gratiæ ob dele*
tos in Gallia veritatis & Eccleſiæ hoſtes
ut verba habent *Thuani lib. 53. p. 837*
Gabium Urſinum Cardinalem in Ga
lian

iam miſit, Regem ob id factum laudaturum; Belgas oppugnantibus omnium delictorum veniam conceſſit, & Hiſpaniæ Galliæque regibus ſubſidia miſit ad bellum contra Proteſtantes continuandum: Bellum autem inter Stephanum Poloniæ regem & Jo. Baſilidem Moſcoviæ ducem, miſſo legatô Antoniô Poſſevinô, compoſuit: Decretum Gratiani emendatum, opus jam â Pio IV. & V. cœptum, vulgavit, præfixâ ei bullâ, addere vel immutare quicquam, vel gloſſas interſerere vetante: Seminaria paſſim inſtituit ac Collegii de propagandâ fide prima fundamenta jecit: Jeſuitis impensè favit, iisque veterum & recentiorum ſcripta, ſicubi religioni ſuæ adverſarentur, mutandi licentiam conceſſit: Gebhardum Truchſeſſium, Archiepiſcopum Colonienſium, qui publicam purioris religionis profeſſionem ſuis indulſerat, exauctoravit, qui poſtea Agnetâ Mansfeldiâ in uxorem ductâ religionem mutavit: Tres Japoniæ reguli per legatos eidem obſequia detulerunt. *Thuan. lib. 81. p. 32. ſq. Chytr. lib. 27. p. 769.* Ejus Pontifica-

tus hiſtoriam deſcripſit *Ignatius Bom*
planus, pluresque alii, quos recenſe
Caſp. Sagittarius Introduct. in hiſt. Eccle
cap. 26. p. 702. ſq. Add. *Freher. Theatr*
viror. erudit. claror. Sect. 1. p. 8. ſq.]

Gregorio XIII. mortuo ſucceſſi
Sixtus V. *Sixtus V.* antea vocatus Frater Feli
Perettus de Monte alto ſ. Montalto
[domo, non natalibus, ſed lacero te
cto, ut ipſe jocabatur, illuſtri natus
primò Monachus Franciſcanus, dein
de Ordinis ſui Vicarius Generalis, &
Cardinalis, hinc ex Inquiſitore Pon
tifex factus, ſeveritate magis, quàn
clementiâ notus.] Obiit anno 159c
Inviſus plebi ob intolerabiles exacti
ones: quæ vacante ſede ad everten
dam ſtatuam ejus concurrit. Hin
decretum factum, ne vivo Pontific
ſtatua poneretur. Vendidit officia &
undiq; pecuniam corrogavit, quam i
ædificia, & amplitudinem ſuarum ne
ceſſitudinum impenderet, de quibu
prolixè *Thuan. l. 100. p. 114.* [*Cicarell. p*
513. Geniũ ejus delineavit *Piaſec. Chron*
p. 84. Vitam *Gregor. Leti.* Primo Pon
tificatus ſui anno Henricum Navarræ
regem, & Henr. Ducem Condæum
tanquam hæreticos, diris devovit, ac
cos

osque vi, ferrô, ac flammis perſe-
uendos regemGalliæ incitavit; hinc
verſa adverſus ipſum ſcripta partim
omæ publicis locis affixa, partim in
allia evulgata fuêre, inter quæ ce-
bre inprimis eſt *Brutum Fulmen*, cu-
s auctor creditur *Franciſc. Hottoman-*
n: Henrici III. Galliarum regis
ecem publicâ Oratione laudavit, &
carium, Jacobum Clementem, ſan-
orum numero adſcripſit: Anglos
l necandam Eliſabetham hortatus
t, Angliamque expoſuit occupanti.
bliorum verſionem Latinam vul-
tam ex Concilii Tridentini decre-
recognovit, & ſub execrationis
lmine recipi juſſit: Bibliothecam
aticanam liberalitate ſuâ auxit: Or-
nem ducentorum Lauretanorum
quitum inſtituit: Bellarmino, quod
ontifici poteſtatem ſecularem non
iſi indirectè convenire docuiſſet,
ehementer ſuccenſuit, parumque
bfuit, quin omnia illius opera abole-
et: Præter jam citatos Scriptores,
lures de eo vid. ap. *Caſp. Sagittarium*
ntroduct. in hiſt. Eccleſ. l. c. p. 703.]

Succesſit *Urbanus VII.* tredecim tan- Urbanus VII.
um dierum Pontifex: qui antea Jo.

Vu 5 Ba-

Baptiſta Caſtaneus erat, de quo itide
Thuan. lib. 100. *p.* 120. [*Cicarella in*
aliique à Caſp. Sagittario l. c. p. 704.
cenſiti. Conf. & Freher. l. c. p. 10.]

Gregorius XIV.

Hinc *Gregorius XIV.* Mediolanen
anno eodem 1590. factus Ponti
decem menſes tantum ſedit: dic
antea Nicol. Sfondratus. *Thuan. l.* 1
p. 123. *ſqq.* [Catholicæ religionis in G
lia conſervandæ ſtudio incenſus, &
ſpanorum ſuggeſtionibus excitat
eò nepotem Sfondratum cum ex
citu miſit in auxilium fœderator
contra regem Henricum IV. cui
crorum uſu interdixerat. In q
bellum, præter quadraginta aur
rum millia de ſuo peculio impe
de publico inſuper centena m
omnesque Sixti opes abſumſit.
rùm cùm armis nil proficeret, reg
victorem denuò diris devovit,
jectumque ipſi populum ab obſeq
abſolvit, conatu licet fruſtraneo,
nas ejus ſpernente irritasque de
rante Senatu Pariſienſi. De eo
Ant. Cicarella aliique à Caſp. Sagitt
l. c. p. 705. *adducti.* Quibus add.
deggerus in hiſt. Papat. Periodo
n. 204. & *Freber. l. c. p.* 10. *ſq.*]

Gregorio XIV. ſucceſſit *Innocentius* Innocentius IX.
[I]X. Bononienſis, antea Jo. Antonius
[Fa]chinettus, qui anno 1591. Pontifex
[cr]eatur; & duos tantum menſes &
[…] dies ſupereſt. *Thuan.lib.*102.*p.*192.*ſq.*
[Ci]*carella* in ejus Vita *p.* 501. [*Oratio*
[fu]nebris laudes ejus complexa habita eſt à
[B]enedicto Juſtiniano, *quæ cum Perpi-*
[ni]ani Orationibus recuſa eſt p. 694. *ſqq.*
[A]dd. *Freher l.c. p.*12.]

Inde *Clemens VIII.* Florentinus, an- Clemens IIX.
[te]a Hippolytus Aldobrandinus di-
[ct]us, creatur 1592. de cujus electione
[Th]*uan. lib.* 103. *p.* 224. [Duos erudi-
[ti]one ac meritis inſignes viros,
[Fr]anciſcum Toletum, & *Cæſarem Baroni-*
[um], quantumvis invitum ac reluctan-
[te]m, in numerum Cardinalium re-
[ce]pit: Regem Galliæ, *Henricum IV.* à 1595.
[ſe]ntentia excommunicationis abſol-
[vi]t, eumque & *Philippum II.* Hiſpaniæ
[R]egem, reconciliavit. *Thuan. lib.* 120.
[B]ullam abſolutionis unà cum diver-
[si]s ad hanc rem pertinentibus nego-
[ti]is exhibet. *Cæſar de Ligny in Legatio-*
[ni]bus Cardinalis Perronii, p. 176. *ſqq.*
[L]ectionem Bibliorum, certis cautelis
[à] Pio IV. Laicis conceſſam, prohi-
[b]uit: Opus Bibliorum Latinorum,
non

non obſtante Sixti V. decreto, q
illud pro immutabili haberi volu
recognovit, & â mendis repurgat
edidit. Vid. *Thom. Jameſii Bellum*
pale, ſeu *Concordia diſcors Sixti V.& C*
mentis VIII. circa Hieronymianam ver
nem. Unde conſtat, quantum edi
Clementina â Sixtina differat. Qua
vis utrâque correctione perfect
rem adhuc deſiderari affirmet *Lu*
Brugenſis, de quo vid. *Sixtinus Ama*
in Cenſura vulgatæ verſionis V. libro
Moſis, & quidem *Prolegom. cap.* 2.
1598. Adhæc Alphonſo II. Eſtenſi Ferra
duce ſine liberis mortuô, Ducat
Ferrariæ, tanquam ad Eccleſiam
ficiente prole legitimâ relapſum,
cupavit: *Thuan. lib.* 119. *p.* 773.
auctorque extitit *ſancti* illius *fœde*
ad extirpandos Evangelicos in
omnes Principes Pontificios, excep
Florentiæ Duce & Galliæ rege, in
Demum geminum inſtituit Senatu
unumq; *Congregationem de propaga*
fide, alterum *Congregationem ſacri*
deris appellavit. Vid. *Cicarella* alii
ap. *Sagittarium l. c. p.* 705.]

Calendariũ Gregorianũ 1582. Calendarium Gregorianum 15
ſuggeſtum miras turbas excita
p

ſiim, [aliis ſeu ſtudio Pontificis,
liberè illud recipientibus, aliis
ntra pertinaciter rejicientibus. Vid.
ytr. lib. 25. p. 711. &c. Thuan. lib. 76.
79. Inprimis magni inde motus
citati fuere apud Auguſtanos 1584.
Rigenſes in Livoniâ 1585. de qui-
s *Chytr. lib. 26. p. 741. & l. 27. p. 756.*
. De motibus verò Auguſtanis
nferri poterit liber peculiaris à
Georg. Mylio, illius Urbis tum teni-
ris Antiſtite primario, editus ſub
ulo: Augſpurgiſche Händel. Calen-
rium hoc Gregorianum impugna-
nt *Joſeph. Scaliger*, Commentar. de
nendat. temporum, & Elencho an-
Juliani: ac *Michaël Mæſtlinus*, Tu-
ngenſis Mathematicus, in Examine
lendarii Gregoriani. Contra vin-
carunt illud *Hugolinus Matellus*, Epi-
opus Glandatenſis, in Aſſertione
rorum temporum, & Clave Calen-
rii Gregor. *Chriſtoph. Clavius, Dio-*
ſius Petavius, & *Barthol. Scultetus*.]

Formula Concordiæ 1580. robora- Formula Concord. publicata 1580.
r ſubſcriptione multorum Princi-
um, Comitum, Baronum, Nobilium,
ivitatum, & ultra 8000. Eccleſiæ
holæque miniſtrorum. *Fabric. Sa-*

xon.

xon. p. 129. *aliique.* [Quanquam ill
editio gravia poſtea certamina co
movit inter Theologos, quorum a
qui Concordiæ hujus doctrinar
tanquam Auguſtanæ Confeſſioni
multis capitibus oppoſitam, publi
ſcriptis improbarunt. Inter alia v
rò 1599. prodiit liber ſub nomi
Erneſti Friderici, Marchionis Bad
ſis, à loco, ubi excuſus, *Stafforticus*
ctus; ſed à Theologis Würtemb
genſibus 1601. prolixè confutatu

In Palatinatu Lutherana religio reſtituitur.

[In Palatinatu El. Fridericô,
1576. mortuô filius ipſius & ſucc
ſor Ludovicus IV. dimiſſis Reforn
tis, exterminatâque ConfeſſioneH
veticâ, Auguſtanam puram reſtit
ac libro etiam Concordiæ ſubſcrip
Thuan, l. 62. *p.* 135. *Hutteri Præfat. Conc*
Concord. Contrà an. 1583. Jo. C
mirus, Electoratus Palat. Adminiſt
tor, & tutor patruelis, ejectis Lut
ranis Reformatam religionem in
latinatum reduxit. *Pareus hiſt. Pa*
p. 352.]

In Duc. Bipont. Reformata Religio invecta 1588.

In Ducatum Bipontinum, à Joan
II. per Pantaleonem Candidum,
antea Formulæ Concordiæ ſubſ
pſerat, ſed poſtea Reformatis acce

t, ſeducto religio Reformata inve-
a, evulgatô Catechiſmô à Panta-
one conſcriptô, cui ipſe Princeps
ræfationem ſuâ manu exaratam
ræfixit. *Parei Hiſtor. Palatin. p. 206.*
ener. Syllog. Geneal. p. m. 242.]

[Jacobus, Marchio Badenſis, ab apo-
atâ Joh. Piſtoriô ad Pontificiam re-
gionem ſeductus eandem 1589. ſub-
cto ſuæ ditionis populo, dimisſis Ec-
eſiæ miniſtris Evangelicis, obtrude-
e molitur: ſed in ipſo conatu 1590.
nmaturâ morte abripitur. *Chytr. lib.*
9. p. 820. Thuan. lib. 99. p. 101. Jo. Fecht.
iſt. Colloqu. Emmending. c. 16. 17.]

Jacobus M. Bad. relig. Pontif. reducere conatur.

[Anno 1588. variæ mutationes in
lectorali Saxoniâ, obtentu ceremo-
iæ Exorciſmi, auctoribus Urbano
ierio, Henr. Salmuth, Chriſtian. Sa-
ittario, Nicol. Crellio, JCto, ejectis
nde ſinceris Theologis. *Sleidan. Con-*
nuat. Joh. Frimelii Witteberga à Calvi-
iſmo divexata & liberata, vernac. linguâ
dit. Witteb. 1646. 4to.]

Mutationes in Sax. ob religionem.

[Viſitatio Eccleſiarum in Saxoniâ
er Fridericum Wilhelm. Electoratus
Tutorem: Articuli viſitationis; &
Reformatorum ejectio, 1592.]

Viſitatio Eccleſ. Sax. 1592.

[Sam. Huberi, Theol. Wittenb. con-

Controv. Huberianæ

tro-

troverſia, de Univerſali omnium h
minum ad ſalutem electione, 15
Vid. *Acta Huberiana* 1597. *Tubingae e.*
ia. Ægid. Hunnii *Narratio Hiſtor.*
Initiis & auctore, nec non progreſſu H
beriani certaminis, Tom. I. Opp. p. 6
ſqq. Hutterus *Commentar. in Form.C*
cord. Artic. 11. p.1046. & 1116. Polyca
Lyſerus *in peculiar. ſcripto contra Hu*
rianismum. Lucas Oſiander, *Epit. H*
Eccleſ. Cent. XVI. p.1090. Theoll. W
tenb. Antwort auf D. Sam. Hub
Bekenntiß/ etc.]

Pucciani-ſmus. [Eod. ann. Franc. Puccii hær
exorta, de Fide naturali, viribusc
omnibus hominibus poſt lapſun
naturâ conceſſis; de Chriſti Ser
toris efficacitate; de peccato,
quam publico ſcripto 1593. im
gnavit *Luc. Oſiander*: qui & in E
tom. Hiſtor. Eccleſ. Cent. 16. lib. 4
46. Puccium Romæ exuſtum e
tradit.]

Colloquia. [Plura ſub Rudolpho II. Imp. re
gionis cauſa inſtituta fuere Colloqu
nempe: *Sangerhuſanum* inter Jacobu
Andream, & Cyriacum Spangenb
gium, de ſubſtantia Peccati orig. 15
Jeverenſe in Friſiâ, inter Hamelm
nu

ium & Japetum Quantium, & alios, de re Sacramentariâ præcipuè 1577. *Langenſalzenſe*, inter Theologos Saxonicos & Haſſiacos, de Libro Concordiæ 1578. *Herzbergenſe*, inter Theologos Anhaltinos, Formulæ Concordiæ ſubſcribere recuſantes, & Saxonicos, aliosque, an. eod. 1578. menſe Auguſt. *Quedlinburgenſe*, de ubiquitate Chriſti hominis, inter trium Electorum Palatini, Saxonis, & Brandenburgici Theologos & Miniſtros, 1583. *Heidelbergenſe*, de S. Cœna, inter ejus loci Theologos, ſinceræ religionis propugnatores, & Jo. Jac. Grynæum, Calviniani dogmatis ſectatorem, 1584. *Montisbelgardenſe*, inter Jac. Andreæ & Theod. Bezam, de perſonâ Chriſti, Cœnâ Domini &c. 1586. *Thuan. lib.* 85. *Badenſe* inter Jacobum Andreæ & Jo. Piſtorium, Pontificium, de Eccleſia 1589. *Emmendingenſe* inter Jo. Pappum & Jo. Zehenderum 1590. à *Jo. Fechtio* an. 1694. ex tabulis publicis primùm deſcriptum ac editum. *Neoburgenſe* inter Heilbrunnerum & Phil. Mich. Beutherum 1593. *Eperienſe* in Hungariâ, inter Severinum Scultetum, Paſtorem Seniorem, & Jo. My-

 lium,

lium, Rectorem Leutſchovienſem, Calviniſtam, de erroribus quibusdam circa articulum de Chriſto, 1593. *Keysmarcenſe*, inter Alb. Grauerum, Theologum Lutheranum, & Sebaſt. Lamium, Paſtorem illius loci Calvinianum, de perſonâ Chriſti, præcipuè de ubiquitate ſeu omnipræſentiâ ejus 1595. *Thorunienſe* inter Lutheranos Calvinianos, & Husſitas, de mutua inter ſe concordiâ ſanciendâ, 1595 *Leutſchovienſe*, inter Alb. Grauerum Lutheranum, & Anton. Platnerum Calviniſmi ſuſpectum, 1597.

Synodus Upſal. [Synodus *Upſalienſis* in Sveciâ pr[o] retinendo libero exercitio Auguſta[na]næ Confesſionis 1593. *Jo. Loccen. Hiſ[t]. Suec. lib. 7. p.* 417.]

Jeſuitar. in Livon. ingreſſ. [Jeſuitæ Livoniam invadunt, & R[i]genſibus obtruduntur à Polonô 158[2] & 1583. *Chytr. lib.* 26. *p.* 720.]

Perſecutiones. [Perſecutiones contra Auguſt. Con[f]feſſ. ſocios Würzburgi 1586: Sa[l]lisburgi 1589: Græcii, & in totâ Sty[]riâ permiſſu Ferdinandi, qui ſucceſſ[it] Carolo, 1598: cujus poſtremæ H[i]ſtoria, ſub nomine *Amandi Hanaveri* deſcripta extat.]

Res literaria & Viri docti.

SUb Rudolpho II. Imp. cujus pluri- Hiſtoria literaria.
ma ſapientiæ favoriſque erga lite-
ras & literatos ſuperſunt documenta,
valdè crevit res literaria, præſertim
Aſtronomiæ, Chimiæ, ac Picturæ ſtu-
dia, quibus ipſe præ ceteris impenſè
delectatus illorum cultores magnis
ad ſe præmiis alliciebat. Inter Prin-
cipes etiam plures tunc temporis
omnis generis artes ac ſcientias al-
ius provehebant, Academiis Scho-
lisque paſſim vel conditis vel inſtau-
ratis. Ex quibus nominandi *Johan-
nes Caſimirus*, Electoratus Palatini
Tutor & Adminiſtrator: *Joannes II.*
Dux Bipontinus, Hiſtoricarum ac Ge-
nealogicarum rerum notitiâ clarus:
Philippus II. Dux Pomeraniæ, inſignis
Antiquitatis & Elegantiarum amator:
Joachimus Erneſtus, Anhaltinus, eru-
ditisſimus, & eruditorum amantis-
ſimus Princeps: *Nicolaus*, Comes
Salmenſis, ſingulari eruditione varia-
rumque linguarum peritiâ præſtans,

& tribus Impp. à Conſiliis bellicis; nec non *Huldericus Fuggerus*, Pauli III. Pontificis olim Cubicularius, qui primus è Fuggerorum gente puriorem doctrinam amplexus, & ſumtuoſâ rarisſimisq; manu ſcriptis Codicibus refertâ, ac Friderico IV. El. Palatino, apud cujus avum patremq; religionis cauſa exul vixerat, legatâ bibliothecâ illuſtre inter eruditos nomen adeptus eſt; de quo *Thuan. lib.* 80. *fin.*

Academiæ & Scholæ. Neoſtadiana [Schola *Neoſtadiana* ſ. Neapolitana Nemetum, vel Caſimiriana ab illius conditore Jo. Caſimiro, Comite Palatino Rheni, aperta 1578. qui & 1591.

Collegium Heidelbergenſe. ſplendidum illud Collegium *Heidelbergenſe*, Caſimirianum dictum, exſtruendum curavit. *Parei Hiſtor. Palat. p.* 347. & 355.]

Vilnenſis. [In Lithuaniâ Academia *Vilnenſis* condita à Stephano Rege anno 1579.]

Corbachienſis. [Schola *Corbachienſis* in Comitatu Waldeccenſi; & Zuiccavienſis in Miſniâ eod. anno.]

Altorfina. [Schola *Altorfina* 1575. aperta fit Academia 1581.]

Serveſtana. [Gymnaſium *Serveſtanum* à Joachimo Erneſto, Anhaltino Principe, excitatum eod. ann. 1581.]

[*Heil*-

[*Heilsbronnenſe* in Franconia à Georgiô Fridericô, Marchione Brandenburgico-Onoldsbacenſi, 1582.] Heilsbronnenſis.

[*Durlacenſe* ab Erneſto Friderico, Marchione Badenſi, 1583.] Durlacenſis.

[Academia *Franekerana* in Friſiâ occidentali d. 29. Jul. 1585. inſtituta. *Mart. Schoock, Belg. Fœd. lib. 16. c. 3. p. 392.*] Franekerana.

[Schola Regia *Soræ* Selandorum à Friderico II. Daniæ Rege 1585.] Sorana.

[In Comitatu Naſſovienſi Schola *Herbornenſis* 1585. & *Sigenenſis* 1589. condita.] Herborn. Sigenenſ.

[Schola *Stadenſis* ad Albim, 1588.] Stadenſis.

[Anno 1589. Gymnaſium Schuttorffii ab Arnoldo, Comite Benthemenſi & Tecklenburgico, inſtitutum; ſed 1590. commodioris loci cauſa, *Steinfurtum* translatum.] Steinfurtenſ.

[*Hardervicenſe* in Geldriâ ab illius Ducatus Ordinibus excitatum 1590.] Hardervicenſ.

[*Collegium Illuſtre* Tubingenſe à Ludovico Pio, Duce Wurtenberg. inauguratum 1592. d. 27. Septembr.] Colleg. Illuſtr. Tubing.

[Academia *Paderbornenſis*, ab Epiſcopo Theodoro Fürſtenbergio eod. an. fundata. *Panegyr. à Colleg. Jeſuitar. die illius natali habitus, & Monumentis Paderbornenſ. ſubjunctus.*] Paderborn.

Dublinenſ. [*Dublinenſis* in Hiberniâ 1520. con dita ab Eliſabethâ Reginâ inſtauratu 1592.]

Quitoana. [*Quitoa* quoque in regno Perua no à Jeſuitis Schola 1586. aperta tra ditur.]

Biblioth. Polotiana direpta 1579. [In Lithuaniâ Polotiæ *(Plotzka)* B bliotheca, libris ex Græcâ in Slavicar linguam à Methodio & Conſtantin converſis inſtructisſima, à Polonis d repta 1579. *Thuan. lib. 69. p. 368.*]

Bibliotheca Bodlejana, 1598. [In Angliâ Thomas Bodlejus, re publ. curis liber, in Academiâ Ox nienſi Bibliothecam ab Humfredo Duce Gloceſtrenſi, olim inſtitutan at temporum injuriâ, regnante Edv ardo VI. omni librariâ ſuppellect ſpoliatam, conquiſitis undique e omni genere lectisſimis libris, m gno ſumtu inſtruxit: quæ ab ejus n mine Bodlejana hodie vocatur. C jus, aliarumque Oxonienſ. Academi Bibliothecarum, Hiſtoriam deſcripſ *Antonius Wood*: Catalogum verò *Thomâ Jameſiô* quondam evulgatu locupletiorem dedit *Thomas Hide*, 167 *Camden. Annal. Anglic. Part. IV. p. 72* *ſq. Morhof. Polyhiſt. lib. 1. c. 17. de Scripto Bibliothecar. p. 195.*]

[Ne

[Nec omittenda hîc notiſſima illa in Academiâ Helmſtadienſi 1597. excitata controverſia inter Philoſophos ac Danielem Hoffmannum, Philoſophiam, etiam in vero ſuo uſu, pugnare cum Theologiâ, aſſerentem.] De Philoſoph. uſu certamen.

Sub hoc tempus è Theologis Germanis mortui: Viri Eruditi:

[HARTM. BETERUS, Mœno-Francofurtenſis, ibique Eccleſiæ miniſter, natus 1517. ob librum Interim loco motus 1548. ſed an. 1553. reſtitutus, ob. 1577. relictis Scriptis Theologicis variis, & filio *Johanne Hartmanno*, Philoſophiâ, Medicinâ, librisque editis claro. *Melch. Adam. Vit. Germ. Theol. p.* 516. *Freher. p.* 245.] Theologi Lutherani.

[PAULUS CRELLIUS, Theol. Wittebergenſis, Islebiæ natus 1531. ob. 1579. primò Crypto-Calvinianis adhæſit, ſed ad ſaniorem poſtea mentem reverſus opus Concordantiarum, it. Harmoniam IV. Evangeliſt. German. edidit. *Adam. p.* 518. *ſqq. Freher. p.* 248. *Jo. Bismarci Vit. præcip. Theol.*]

[GEORG. COELESTINUS, (vulgo Himmliſch) Eccleſiaſtes & Præpoſitus Berolinenſis, vir magnæ eruditionis ac diligen-

ligentiæ, Plaviæ in Voitlandia natus 1525. ob. 1579 Scripſit Hiſtoriam Comitior. Auguſtan. an. 1530. ex tabulis publicis depromptam, & anno 1597. Francof. ad Oder. in fol. excuſam.]

[BALTHASAR BIDEMBACHIUS, Grunbergenſis Haſſus, Eberhardi & Wilhelmi frater, Ducis Würtenbergici Concionator aulicus, & poſt mortem Brentii Eccleſiæ Stutgardianæ Præpoſitus, ob. 1579. Colloquio Maulbrunnenſi interfuit, & Eccleſias Palatinas ab erroribus Calvinianorum repurgavit. *Jo. Fecht. Appar. ad ſupplem. Hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. p. 130.*]

[NICOL. RHODINGUS, Dreiſâ Haſſus, natus 1519. ob. 1580. primò Philoſophiam, poſtea Theologiam Marpurgi docuit, & Opuſcula varii argumenti evulgavit. *Adam. p. 521. Freher. p. 248.*]

[JO. MARBACHIUS, Lindavienſis Suevus, nat. 1521. mort. 1581. Diaconus Jenenſis, pòſt Paſtor Yſnenſis; ſed à Zvvinglianis ejectus Diaconus primùm, dein Paſtor Eccleſ. Argentorat. ad D. Nicol. conſtitutus, demum Profeſſor Theologiæ: Synodo Tridentinæ, & Conventibus aliis interfuit, Palatinas Eccleſias poſt mortem Fri-

de-

rici Electoris reformavit. Scripſit
e Miraculis ex verbo Dei dijudican-
s, de Cœna Domini, & alia. *Melch.*
dam. p. 525. Freh. p. 256. Appendix Chro-
l. Melch. Sebizii ad Schmidii Conc. Jubil.]
[ANDR. MUSCULUS, Theologus ac
uperintendens Marchicus, nat 1514.
b. 1581. Francofurti ad Viadrum.
cholceri Index Chronol. ad h. ann.]
[Eodem anno moritur Jo. GIGAS,
orthuſanus, natus 1514. In Valle Jo-
himicâ, Freyſtadii, & Svidnicii in
eſiâ Evangelium docuit, variaque
heologica ac Poëtica ſcripta reli-
uit. *Melch Adam. p. 828. ſq. Ireh. p. 250.*]
[LUCAS POLLIO, Diaconus & Paſtor
ratislavienſis, natus ibid. 1536. ob.
83. Scriptis Theologicis patrio
rmone editis clarus. *Melch. Adam p.*
2. Freher, p. 256.]
[ABRAH. BUCHOLCERUS, Saxo, The-
ogus & Chronologus inſignis, nat.
29. ob. 1584. relictis ſcriptis Chro-
ologicis & Theologicis. *Melch. Adam.*
48. ſqq. Ireher. p. 258. Thuan. l. 80. fin.]
[FRIDERIC. WIDEBRAMUS, Peſnecciâ
oitlandus, nat. 1532 primùm Ser-
eſtanæ & Iſenacenſi Scholis præfe-
us, poſtea Jenæ Eloquentiæ ac Dia-

lectices Profeſſor ; inde Wittebe
Paſtor ac Theol. Doctor renuncia
eſt : ſed ob Calviniſmum ejec
in exilium, poſt compoſita diſſi
Bremæ inter Theologos exorta, I
delbergam conceſſit, ibique obiit 1
Paraphraſin Poëticam ſuper Pſa
rium Davidis, & alia pia Poëm
publicavit. *Melch. Adam. p. 562.*
Freher. p. 260.]

[HULDERICUS COCCIUS, Friburg
ſis Brisgojus, Theologus Baſileen
natus 1525. ob. 1585. 5. Id. Febr.
Fecht. in Appar. ad Supplem. Hiſtor. Ec
Sec. XVI. p. 109. ſqq.]

[Hunc eodem anno excepit SIM
SULCERUS, amicus ipſi conjunct
mus, qui 22. Junii itidem Baſileæ,
puriorem Evangelii doctrinam n
prudentiâ plantaverat, obiit, n
Bernæ 1508. Vid. *Jo. Fecht. l. c. p.*

[JOSUA OPITIUS, Concionator
cundiſſimus, Geræ ad Eliſtrum,
tisbonæ, & Viennæ Evangelium
cuit : inde exul poſt multas pere
nationes Budingæ, Comitatus I
burgici oppido, ob. 1585. Opuſc
quædam Theologica German. edi
Freher. p. 262.]

[M

[MARTINUS KEMNIZIUS, aliàs Che-
nitius, Britzæ in veteri Marchiâ an.
522. natus, Lutheri & Melanchtho-
is diſcipulus, in Poruſſiam Georg.
abinum agnatum ſuum ſecutus, ubi
rincipis Alberti Bibliothecæ præfe-
tus Patres diligenter evolvit: inde
Vittebergam, hinc ad munus Eccle-
aſticum vocatus Brunſuigam abiit,
bi 1586. an. æt. 64. mortuus eſt.
cripta in uſum poſteritatis elucu-
ravit iſta: Examen Concilii Triden-
ni, Locos Theologicos, libellum de
uabus in Chriſto naturis, de Theo-
ogia Jeſuitarum, Harmoniam Evan-
eliſtarum à Polycarpo Lyſero con-
nuatam, à Gerhardo verò abſolu-
am. Laudat eum *Thuan. lib. 79. p. 667.*
lib. 84. p. 115. Melch. Adam. p. 572.
q. Freher. p. 264. Theoph. Spizel. Templo
onor. reſerat. pr.]

[PRIMUS TRUBERUS, Carnus in agrô
abacenſi natus 1508. primò Ponti-
cius & Sacerdos Laceæ, ſed ob taxa-
os ſuæ religionis errores inde eje-
tus Rotenburgi, Labaci, Derendingæ
vangelium docuit, varioſque The-
logicos libellos, adjutus liberalitate
aronis Jo. Ungnadii, primus in lin-
guam

guam Slavonicam traduxit. obiit 15
Melch. Adam. p. 574. ſqq. Freher. p. 26

[THEODORICUS SNEPFIUS, Wim
nenſis Suevus, Erhardi filius, Jo. Br
tii gener, natus 1525. ob. 1586. T
bingæ linguam Græcam primùm
poſt Theologiam docuit, Colloq
etiam Wormatienſi interfuit.
Eſaiam Commentarium, Enarra
nes in Pſalmos, & Diſputationes r
voſas reliquit. *Cruſ. Annal. Suev. Me
Adam. p. 578. ſqq. Freher. p. 266.*]

[TIMOTHEUS KIRCHNERUS, natus
Comitatu Gleichenſi 1533. Jer
Wolferbyti, Helmſtadii, Heidelb
gæ, ac Vinariæ Paſtor & Profeſſor
cra docuit, Altenburgenſi item
Quedlinburgenſi Colloquiis int
fuit: obiit 1587. Ejus inter alia
tat Theſaurus Theologicus Expl
tionum è ſcriptis Lutheri. *Jo. Fe
in Appar. ad Suppl. Hiſt. Eccleſ. Sec. X
p. 147. ſq. Freher. p. 270.*]

[JO. WIGANDUS, Mansfeldenſ
Hiſt. Eccleſ. Cent. 16. l. 4. c. 32. Theologus (Oſiandro judice) exc
lens & ſincerus, ac Flacii in conc
nandis Centuriis Magdeburgenſ. a
jutor, natus 1523. primùm Nori
bergenſi Scholæ præfuit, deinde

triâ, Magdeburgi item, Jenæ, Vi-
ariæ, Regiomonti in PoruſſiâSacra
cuit, poſtremo Epiſcopus Pomeza-
enſis ultimus obiit 1587. plurima
genii monumenta relinquens, ut,
ntagma doctrinæChriſtianæ,Com-
entar. in libros Biblicos, nec non
ationes varii argumenti, &c. De
s vitâ, obitu, ſcriptisque vid. Oratio
rad. Schlüſſelburgii, Francof. ad Mœn.
91. excuſa Melch. Adam. p. 603. ſqq.
ber. p. 270. Thuan. lib. 88. p. 208.]
TILEM. HESHUSIUS, Veſalienſis, ex-
lentis quidem at vehementioris
enii Theologus, natus 1526. ob.
8. Heidelbergæ primùm, ac Jenæ
cuit; inde Reformatorum & In-
imiſtarum odiô pulſus in Porus-
n venit; ſed cùm Wigando repu-
aret iterum diſceſſit, & Helmſta-
m vocatus doctrinam de Ubiqui-
e damnavit, multipræſentiam ſta-
ens. In Pſalmos, Eſaiam, Epiſtolas
li, commentatus: Examen The-
gicum & alia contra Calvinianos
dit. *Melch. Adam. p. 621. Freber. p.*
4. Add. *Ruel. Tom. IV. Concilior. p. 654.*]
[GEORG. SOHNIUS, Wetteravus,
rpurgi primùm, poſtea Heidelber-
gæ

gæ Profeſſor, nat. 1551. ob. 1589. c
jus Opera extant III. Tomis compr
henſa. *Adam. p. 624. ſqq. Freher. p. 27*

[DAVID. VOITUS, Ronneburgen
Oſterlandus, natus 1529. ob. 15
Jenæ, Regiomonti, Dantiſci, & W
tebergæ Paſtoris ac Profeſſoris m
nere functus. *Melch. Adam. p. 633. F
her. p. 272. Jo. Fecht. l. c. p. 105. Jo. 1
marci Vit. præcip. Theol.*]

[HENR. MOLLERUS, Hamburgen
D. Joachimi fil. Theologus inſign
Hebr. Chald. ac Græcæ linguæ pe
tiſſimus, natus 1530. ob. in patria 15
Scripſit in Pſalmos Davidis. *Thu
lib. 96. p. 475. Freher. p. 272. ſq.*]

[JAC. ANDREÆ, Waiblingenſis S
vus, à commilitonibus & adverſar
quòd fabri eſſet filius, Schmied
dictus, Lutheranæ religionis vin
ac propugnator acerrimus, atque
Concordiæ Chriſtianæ libro noti
mus, natus 1528. mort. 1590. p
varia obita Eccleſiaſtica munia The
Profeſſor, Cancellarius & Præpoſi
Acad. Tubingenſis factus, multis C
loquiis religionis cauſa inſtitutis
terfuit, plurimasque Germaniæ Ecc
ſias reformavit. Opera ejus in luc
e

litâ à *Jo. Heerbrando in Orat. parenta-* & à nepote, *Jo. Val. Andreæ*, *in Vitæ ſ deſcriptione* recenſentur. *Melch. dam. p. 636. ſqq. Freher. p. 277. ſq. Jo. chi. l. c. p. 92. ſqq. Thuan. l. 99. p. 101.*]

[Hieron. Mencelius, Suidnicii in leſiâ natus 1517. ob. 1590. Islebiæ, i poſt Erasmi Sarcerii obitum ſu-emam ſacrorum curam geſſit. *Fre-r. p. 278.*]

[Jo. Avenarius, vulgò Habermann/ hemus, natus Egræ circa an. 1516. an. eod. 1590. primùm Schönfel-, Falckenaviæ, & Freibergæ Paſtor, inde Jenæ ac Wittebergæ Theolo-æ Profeſſor, Lexicô Hebraicô, & li-llô Precationum in lucem emiſſô rus *Freher. p. 280.*]

[Simon Pauli, Theologus Roſto-ienſis, pietate ac editis ſcriptis cla-s, obiit 1591. *Freher. p. 284.*]

[Matthæus Vogelius, Norim-rgenſis, Lutheri & Melanchthonis ditor, primùm Scholæ præfuit, poſt- Lauffæ & in patriâ Eccleſiaſtico unere functus, ſed ob Interreligio-s formulam inde pulſus Regiomon-m in Poruſſiam, hinc ob diſſidia in icatum Würtenbergicum profectus

Su-

Superintendens & Abbas factus ob
1591. nat. 1519. Theſaurum Bib
cum,opus 40 annorum,Latin. &Ge
man. edidit. *Melch. Adam, p. 660. F*
ber. p. 285.]

[NICOL. SELNECCERUS, Hersbru
cenſis, Noricus, vir eruditus & pi
nat. 1532. denat. 1592. Witteberg
Dresdæ, Jenæ, ac Lipſiæ docuit, m
tisque Colloquiis interfuit, & va
ſcripta, tùm Exegetica tùm Polemi
inter quæ Pædia Chriſtiana præſt
IV. Tomis digeſta edidit. *Melch. Ad*
p. 663. Freher. 286.]

[LUDOVICUS RABUS, Memminge
ſis Suevus, primùm Argentoraten
poſtea Ulmenſis Paſtor, natus 15
ob. 1592. Martyrologio & Conci
tionibus locorum Scripturæ editis
clytus. *Freher, p. 285.*]

[MART. MIRUS, Weidâ Variſc
Profeſſor Theologiæ Jenenſis, hi
Concionator aulicus Dresdenſis,
1593. æt. 61. obiit, natus 1532. *Fre*
p. 288.]

[CHRISTOPH. CORNERUS, Fagis(
cha) Franconiæ Oriental. oppido 15
natus, Francofurti ad Oderam The
Profeſſor, & Superintendens Marc
c

‹tus, ob. 1594. æt. 76. ſucceſſorem ‹nactus Chriſtoph. Pelargum. Scripta ‹ejus Theologica & Philoſophica ſunt, ‹Melch. Adam. p. 664. Freher. p. 290.]

[CONRAD. LAUTENBACHIUS, Thu‹ringus, nat. 1534. variis officiis Eccle‹ſiaſticis functus moritur Francof. ad ‹Mœn. 1595. Joſephum, & Catalogum ‹Teſtium veritatis in Germ. linguam ‹traduxit, & Sleidani hiſtoriam conti‹nuavit. Melch. Adam. p. 665. ſq. Freher. ‹p. 290. ſq.]

[JAC. RUNGIUS, Pomeranus, Paſtor ‹et Profeſſor Gryphisvvaldenſis, Da‹vidis Rungii, Theol. Witteberg. pa‹rens, natus 1527. denatus 1595. Col‹loquio Wormatienſi interfuit, & jux‹ta cum Paulo à Rhodâ & Georg. Ve‹netô Corpus Doctrinæ Pomeran. ‹conſcripſit. Jo. Fecht. l. c. p. 90.]

[Jo. BRENTIUS, junior, HalenſisSue‹vus, Profeſſor Tubingenſis, & Abbas ‹Hirſaugienſis, nat. 1539. mort. 1596. ‹Præter Commentar. in Epiſtolam ad ‹Hebræos, InnocentiamBrentii contra ‹eos, qui patrem Calviniſmi accuſa‹verant, edidit. Freher. p. 298. Fecht. l. ‹c. p. 143.]

[Jo. GEORG. VOLCMARUS, Witte-

bergæ primò Hiſtoriarum, hinc The
olog. Profeſſor, natus 1567. & in ipſ
ætatis flore 1596. morte abreptus
Jo. Bismarci vit. præcip. Theoll. Freher
p. 299.]

[DANIEL ARCULARIUS, Caſſellanus
Profeſſor Tubingenſis per 25. annos
ibid. obiit 1596. *Freher. p.* 300.]

[SIGFRID. SACCUS, Northuſanus, Re
ctor Scholæ Magdeburgenſis, & pri
mus poſt Reformationem ibi Concio
nator, natus 1527. denat. 1596. ſcri
pto de Juſtificatione contra Pontif
cios, aliisque vernaculâ linguâ editi
clarus. *Freher. p.* 301.]

[PAULUS ab EITZEN, Patricius Ham
burgenſis, Lutheri & Melanchthon
auditor, nat. 1521. denat. 1598. e
Gymnaſii Colonienſis ad Suevur
Rectore, & Profeſſore Roſtoch. Di
lectico, primùm Paſtor, hinc toti
Eccleſiæ Hamburgenſ. Antiſtes, d
mùm Superintendens Slesvicenſis
Variis Colloquiis interfuit, Formul
Concordiæ ſubſcribere recuſavit,
quibusdam editis ſcriptis inclaru
Jo. Molleri Iſagog. ad Hiſt. Cimbr. Par
2. p. 177. *ſqq.*]

[LEONH. KRENTZHEMIUS, Ipho
Fran

Francus, Theologus ac Chronologus inſignis, Eccleſiarumque in Ducatu Lignicenſi Superintendens, editâ Chronologiâ, opere eximiô, celebris, Fraunſtadii in Poloniâ Eccleſiaſticô munere fungens obiit 1589. *Abrah. Bucholceri Index Chronol. ad h. ann.*]

[Claruit & circa hoc tempus SAM. HUBERUS, Bernas Helvetius, Theologus Witteberg. & ob errorem, quem de Electione hominum Univerſali fovebat, notiſſimus; cui ſe Ægidius Hunnius & alii oppoſuerunt. *Freber. p. 286. & ſupr. p. 688.*]

E Pontificiis Theologis doctrinâ & ſcriptis in Germaniâ celebrioribus hoc tempore obierunt: Pontificii.

[JOAN. MATERUS, Theologus & Concionator eximius, ac Græcè doctiſſimus, natus in Geldria, obiit circa annum 1577. Scripſit Commentar. in pleraſque D. Pauli Epiſtolas, Orationes Latinas, Græcas, & alia. *Philin. Theatr. Ital. vir. doct. Freber. p. 244. ſq.*]

[Jo. MAHUSIUS, Aldenardenſis Flander, Theol. Lovanienſis, ob. 1577.

Eraſmi Annotationes in Nov. Teſtan
in Compendium contraxit, aliaqu
ſcripta in lucem emiſit. *Fr. Sweer*
Athen. Belg. Freher. p. 246.]

[LAURENT. SURIUS, Lubecenſis, Th
ologus, Philoſophus, & Hiſtoricus ir
ter ſuos celebris, calumniarum tame
& convitiorum architectus, imp
Hiſt. Luth. dentiſſimus (Seckendorfio judice
l. 3. §. 107. A Parentibus Lutheranis puer Col
p. 437. niam miſſus, ibique religione Pon
ficiâ imbutus Carthuſianorum Ordi
nomen dedit, ob. 1578. æt. 52. Pr
ter Theologica, Commentarios r
rum in orbe geſtarum ab an. 150
usque in an. 1574. edidit, à Mich.
Iſſelt ad an. usque 1586. continuat
Thuan. lib. 65. p. 255. Freher. p. 24
Seckend. Hiſt. Luth. Ind. I.]

[PETRUS MONTANUS, Brabantu
Ordinis Minorum monachus, mag
inter ſuos nominis Philoſophus
Theologus, ob. 1578. Comment
in 7. Pſalmos pœnitent. & Enarrati
nem Perpeſſionis ſalutiferæ, ſecu
dum IV. Evangeliſtas ex veterum D
ctor. Commentariis concinnatam, r
liquit. *Fr. Sweert. Ath. Belg. Freh. p. 247.*]

[JO. LATOMUS, Bergâ Brabant
Th

heologus eximius,& Canonicus re-
ularis, ob. Antuerp. 1578. Sacra
uædam Poëmata, & Pſalterium Da-
idis carmine expreſſum, edidit *Ghil.*
heatr. Ital. Viror. doct. Freher. p. 248.]

[Deceſſit & eod. anno MARTINUS
ISENGREIN, Theologiæ Doctor, & Pro-
Cancellarius Ingolſtadienſ. Pontificiæ
eligionis propugnator acerrimus.]

[ARNOLDUS MERMANNUS, Aloſta-
us Flander, Theologiæ Profeſſor Lo-
anienſis, & Franciſcanorum Provin-
ialis, ob. 1578. Auctor Theatri Con-
erſionis Gentium, pluriumque ope-
um Theologicorum. *Ghilin. Theatr.*
al. vir. lit. Freher. p. 248.]

[CUNERUS PETRUS, Zeelandus, Leo-
ardenſium primus Epiſcopus, Coad-
utor Monaſterienſis, & Theol. Pro-
eſſ. Colonienſis, ob. 1580. relictis plu-
imis ſcriptis Theologicis. *Franc.*
Svveertii Athen. Belg. Freher. p. 246.]

[Jo. COVILLONIUS, Inſulanus, vir
ius & eruditus, Soc. Jeſu addictus,
Conimbricæ, Romæ, & Ingolſtadii
Philoſophiam ac Theologiam docuit,
mortuus Romæ 1581. Edidit ſcripta
quædam Theologica. *Franc. Svveert.*
Athen. Belg. Freher. p. 248. ſq.]

[ADRIAN. ADRIANI, Antuerpienſi
Soc. Jeſ. ſcriptis clariſſimus, obiit 158
Petr. Ribadeneiræ Catal. Script. Soc. Je
Freher. p. 251.]

[THEODORUS ANTONIUS, Belga, So
Jeſ. Lingu. Græc. Hebr. & Theologi
in Academia Ingolſtadienſi Profeſſor
ob. Auguſtæ Vindelicorum 1584. Mu
ta Patrum ſcripta ex Græco in Lat
num convertit, plurimaque & ip
ſuo meditatus eſt ingenio. *Fran*
Svveertius Athen. Belg. Ribadeneir. Cat
Script. Soc. Jeſ. Freher. p. 258.]

[JO. MOLANUS, Inſulanus, Theolo
Profeſſor Lovanienſis, multis edit
ſcriptis clarus, natus 1533. ob. 15
Franc. Sweert. l. c. Freher. p. 262.]

[GUIL. LINDANUS, Dordracenſi
Theologus Lovanienſis ac Dillinge
ſis, primusque Ruremundanus in G
driâ, poſtea verò Gandavenſis E
ſcopus, Cornelii Janſenii ſucceſſo
natus 1525. ob. 1588. plurimis ing
nii monumentis relictis. *Ghilin. Thea*
Ital. vir. Lit. Freher. p. 273.]

[MARTINUS DUNCANUS, Kempe
ſis ex agrô Colonienſi, Paſtor Eccl
ſiæ Goricomianæ, poſt Decanus H
gæ Comitis, nat. 1505. denat. 159
Sc

ſcripſit contra Philippi Marnixii Api-
rium Rom. Eccleſiæ, Catechismum
Catholicum contra Reformatos, &
lia. *Franc. Svveert. Athen. Belg. Freher.*
.279. Add. *Jo. Hezius, qui Vitam ejus*
Belgico ſermone deſcripſit.]

[Jo. LENSÆUS, Flander, Theologus Lovanienſis, vir doctrinâ & candore præſtans, ſuæque religionis defenſor ſtrenuus, mortuus 1593. Cujus quamplurima extant ſcripta. *Ghilin. Theat. Ital. Vir. lit. Freher. p.* 287.]

[Jo. RUBUS, Athenſis Hanno, Theol. Lovanienſis & Duacenſis, vir eximiæ ſanctitatis ac doctrinæ. Habetur inter alia ejus Harmonia IV. Evangeliorum ad mentem ferè Corn. Janſenii concinnata. ob. 1595. *Franc. Svveert. Athen. Belg. Freher. p.* 294.]

[MICHAEL ab ISSELT, Doccomienſis Friſius, Theologiæ, Philoſophiæ, variarumque Linguarum peritus, & Concionator diſertus, Hamburgi Catholicorum Parochus ob. 1597. Scripſit de Bello Colonienſi lib. IV. Hiſtoriam ſui temporis ab an. 1566. usque ad an. 1597. & alia Theologica. *Franc. Svveertii Athen. Belg. Freher. p.* 303.]

[PETRUS CANISIUS, Noviomagen-

ſis, Henrici, JCti Ingolſtadienſ. frate
Soc. Jeſ. per Germaniam ſuperiore
primus Præpoſitus Provincialis, a
ctorq; Collegii Pragenſis, natus 152.
ob. 1597. edito Catechiſmo, aliisqu
pluribus ſcriptis Theologicis, notiſſ
mus. *Franc. Svveertii Athen. Belg. Fr*
ber. p. 303.]

[PETRUS BINSFELDIUS, Epiſcop
Azotenſis, & ſuffraganeus Trevire
ſis, vir Juris Canonici peritiſſimu
qui Enchiridio pro animarum Cur
toribus evulgato magnum inter ſu
nomen meruit. ob. 1598. *Jac. Maſe*
Epit. Annal. Trevir. Freher. p. 306.]

[GEORG. SCHERER, Tirolenſis, So
Jeſ. Theologus, Philologus, & Conci
nator egregius, Collegii item Vie
nenſis Rector, circa an. 1590. clarui
& ſcripta quædam German. lingu
edidit. *Ribadeneir. Catal. Script. Soc. Je*
Freher. p. 273.]

Reformati. [EX Reformatis hoc tempore i
Germaniâ mortuis referend
ſunt:

[ZACHARIUS URSINUS, Vratislavienſis
Melanchthonis auditor, vir in omn
di-

iſciplinarum genere verſatiſſimus, atus 1534. ob. 1583. Heidelbergæ, oſt Neoſtadii docuit, multa in Theologicis commentatus III. Tomis diincta, & Heidelbergæ 1612. alibique dita. Seorſim verò prodierunt: dmonitio Neuſtadiana, Comment. e mortalitate & conſolationibus hriſtianis, Exegeſis veræ doctrinæ e Sacramentis, & Epigrammata. De ta ejus & obitu vid. *Oratio funebris à . Junio Neoſtadii habita. Melch. Adam. t. Theol. Germ. p. 529. ſqq. Freher. p. 553. q. Gesner. Biblioth.*]

[Ludovicus Lavaterus, Tigurinus, enr. Bullingeri gener, & in patriâ cholæ & Eccleſiæ miniſter, ob. 1585. us extant in pleroſque Sacr. Scripturæ libros Homiliæ & Commentar. liber de ſpectris &c. & Hiſtoria de rtu & progreſſu Controverſiæ Sacramentar. *Thuan. lib. 84. p. 114. Melch. dam. p. 571. ſq. Freher. p. 262. Hofman. exic. Univerſ. in eo.*]

[Rudolph. Gualterus, Tigurinus, in patriâ Sacrorum antiſtes, Joſiæ mleri ſocer, Homiliaſtes celeberriius, natus 1519. mort. 1586. æt. 68. didit lucubrationes in omni ferè

doctrinæ genere innumeras, inpri
mis Homilias in pleroſque V. & N
Teſtam. libros. TranslationemScrip
Sacr. quam vulgo Vatablo tribuun
ab eodem eſſe concinnatam, Gerha
dus apud *Placcium de Pſeudon. p.* 27
affirmat. *Thuan. lib.* 84. *p.* 114. *Melc.*
Adam. p. 592. *Freher. p.* 267.]

[CASP. OLEVIANUS, Trevirenſi
Juris primùm, poſt Theologiæ D
ctor, multa ob religionem in pat
perpeſſus Heidelbergæ ac Herbor
docuit: nat. 1536. denat. 1587. a
ctor plurium ſcriptorum. De e
vita & obitu extat narratio *Jo. Piſ*
toris. Melch. Adam. p. 596. *ſqq. Freher*
268. *ſq.*]

[HIERON. ZANCHIUS, gente Itali
Petri Martyris diſcipulus, primu
Genevæ, deinde Argentorati The
logiam profeſſus Auguſtanæ Conf
ſub certâ conditione: *ſi nempe orth*
doxè intelligatur; ſubſcripſit. P
Heidelbergam, hinc Neoſtadiu
conceſſit, & rude donatus cùm H
delbergam denuò amicos ſalutatu
abiiſſet, an. 1590. æt. 75. ibi mortu
eſt. In lucem emiſit Miſcellar
Theologica, Comment. in Hoſeam

[...]iquot Pauli Epiſtolas, & multa alia. [...]huan. *lib.* 99. *p.* 101. *Melch. Adam. in* [...]*t. Theol. Exter. p.* 148. *ſq. Freher. p.* [...]*79. ſq.*]

[Casp. Cruciger, Junior, Optimi [...]arentis cognominis degener filius, [...]rimùm Wittebergæ Profeſſor, ſed [...]nde ob craſſos in religione errores [...]jectus ad Reformatos tranſiit, factus [...]cclesiæ Paſtor Caſſellis, ubi 1597. ob. [...]*reher. p.* 302.]

[Petrus Calaminus, Sileſius, Wit[...]ebergæ primùm, dehinc Heidelbergæ [...]heologiæ Profeſſor, ob. 1598. ætat. [...]2. *Bucholcer. Ind. Chronol. ad hunc ann.*]

EX Juriſconſultorum & Politico-rum Germanorum ordine ſub Ru-dolpho II. vita functi ſunt: Juris Conſulti.

[Viglius ab Atta, nobilis Friſius, [...] Zuichemo, pago avito propè Leo-[...]ardiam, Zuichemus cognominatus, [...]ummus in omni legum doctrinâ vir, [...]nat. 1507. obiit 1557. Biturigibus & [...]atavii aliquandiu Jus docuit, deinde [...]ribunalis Imperii Spirenſis Aſſeſſor, [...]mox Profeſſor Juris Ingolſtadienſis, [...]poſt ſupremi in Belgio Senatûs Can-[...]cellarius. Theophili Inſtitutiones

Græ-

Græcas ex Beſſarionis bibliothe
primus in lucem protraxit, & in 1
Titulos IIdi libri Inſtitut. Juris Con
mentaria, Patavii olim publicè pra
lecta, edidit. *Thuan. l.64. p.209. Suffri*
Petri Dec. XII. de Script. Friſ. p. 18
Melch. Adam. Vit. JCtor. Germ. p. 22
ſqq. Freher. p. 875. ſq.]

[JOAN. RAMUS, Belga, JCtus & Ph
loſophus Duacenſis ac Lovanien
Græcè Latinèque doctiſſimus, n
1535. mort. 1578. Inter alia Oecon
miam & Enchiridion regularu
utriusque Juris, libellum egregiu
edidit. *Fr. Svveert. Ath. Belg. Freh. p. 88*

[LAUR. KIRCHOFIUS, Juris Profeſſ
Roſtochienſis, ob. 1580. editis Co
munionum opinionum ſcriptorib
celebris.]

[CONRADUS MATTHÆUS, Haſſus, Ph
lippi & Antonii, ſummorum JCt
rum, pater, nat. 1519. ob. 1580. *Mel*
Adam. p. 239. Freher. p. 882. item p. 88

[FRIDERICUS SCHENCK, Baro de Ta
tenburg, divini humanique juris ſ
entiſſimus, & ſcriptis inclutus: Car
V. Conſiliarius, Epiſcopus Ultraje
nus, & Cameræ Spirenſis Præſes, o
1580. ætat. 87. *Franc. Svveert. Ath*
Belg. Freher. p. 882.] [J

[Jo Fichardus, Mœno-Francofur-
nſis, Zaſii auditor, & JCtus ſummus,
it. 1511. denat. 1581. primùm in ſu-
emo Imperii Tribunali foro præ-
ratus patavii & Bononiæ Jura do-
it, inde in Patriâ Syndicus factus
ulgatis veterum JCtorum Com-
entariis, aliisque ingenii ſui monu-
entis, magnum nomen meruit.
uan. lib. 74. fin. Melch. Adam. p. 250.
Freher. p. 884.]

[Jodocus Damhouderus, Brugenſis,
aroli V. Imper. & Philippi II. regis
ſpaniæ, in Belgio Conſiliarius, ſcri-
is celebris, inter quæ Praxis Rerum
vilium & Criminalium: ob. 1581.
tus 1507. *Melch. Adam, p. 243. ſq.*
eher. p. 885.]

[Jo. Thom. Freigius, Friburgenſis
isgojus, Zaſii, Glareani, & Petr. Ra-
i diſcipulus, Friburgi & Altdorfii
cuit: ob. 1583. relictis ſcriptis Ju-
dicis, Hiſtoricis, ac Philoſophicis.
elch. Adam. p. 252. ſqq. Freher. p. 889.]

[Nicol. Cisnerus, Mosbacenſis Pa-
tinus, JCtus ſolidè doctus, Profeſſor
eidelbergenſis, & Imperialis Judicii
irenſis Aſſeſſor, Conſiliarius deniq;
latinus Heidelbergæ, ubi obiit 1583.
na-

natus 1529. Plurima ejus tùm in Jure
tùm in Humanioribus, & Hiſtorici
extant opera, inter quæ: Aventinu
Lat. & German. ex MS. Codd. reſtau
ratus; Cranzii Vandalia & Metro
polis recognita. Alia quoque elu
cubravit à Quirino Reutero, Theo
Heidelberg. an. 1611. evulgata; qu
& auctoris vitam deſcripſit. *Melch.
Adam. p. 255. ſeqq. Freher. p. 890.*]

[LUDOV. GREMPIUS, Stutgardi
1509. natus, JCtus eruditione prob
tate & candore præſtans, ac Reipub
Argentoratenſis Syndicus, cujus no
mine multis Comitiis interfuit, mo
tuus 1583. Bibliothecâ ſuâ Academi
Tubingenſi legatâ, ubi hodienu
aſſervatur. Scripſit in Inſtitution
& Codicem Juſtinianeum. *Melc
Adam. p. 261. ſqq. Freher. p. 890.*]

[CASP. WILDIUS, Spirenſis, Con
liarius Wurtenbergicus, Conſtituti
num Eccleſiaſticarum & Scholaſtic
rum, itemque Juris municipalis D
catus Wûrtenbergici, auctor, nat. 152
ob. 1584. *Melch. Adam. p. 263. Frehe
p. 893*]

[BALTHASAR AYALA, Antuerpie
ſis, JCtus & Hiſtoricus eximius, ſi

Al

lexandro Farneſio Judex Caſtrenſis
premus, moritur 1584. editis III.
oris de Jure, officiis bellicis, & di-
plinâ militari Farneſio inſcriptis
tiſſimus. *Franc. Svveert. Athen. Belg.*
eher. p. 895.]

[AMBROS. LOBWASSER, Schneeber-
nſis Miſnicus, Profeſſor Regiomon-
nus, variarum linguarum peritus,
t. 1515. mort. 1585. Pſalteriô Da-
dis rhythmis German. redditô, ali-
que ſcriptis clarus. *Melch. Adam. p.*
7. *ſqq. Freher. p.* 896. *ſqq.*]

[CHRISTOPH. HERDESIANUS, Halber-
dienſis, Jureconſultus θεολογώτα-
-, & Theologorum Jurisconſul-
ſimus, Reipubl. Norimberg. Conſi-
rius, natus 1523. mort. 1585. Varia
idit vel ſuppreſſô, vel ſub Ambroſii
olffii, vel Hermanni Pacifici, aut
hriſtiani Heſſiandri nomine: Lau-
tus Franciſc. Duareno, & Joh.
hom. Freigio. Vitam ejus deſcri-
it Marqu. Freherus *Freher. p.* 898.]

[MATTHÆUS WESENBECIUS, Antuer-
e 1531. natus, JCtus eruditus &
us, Jenæ ac Wittebergæ magnâ no-
inis famâ jus docuit, ſcriptisque
regiis illuſtravit, obiit 1586. *Thuan.*
lib.

lib. 84. *p*. 114. *Melch. Adam. p*. 27c.
Freher. p. 900]

[Michael Teuberus, Islebienſis, r
tus 1524. Luthero familiaris, Hier
Schurffii & Conr. Mauſeri auditor,
ceri, Benedicti Pauli JCti, ſucceſſ
inde Cancellarius Epiſcopatûs Car
nenſis, & urbis Stettinenſis Syn
cus: poſtea VVittebergam revo
tus, tum docendo tum conſulen
reipubl. profuit, mortuus 1586. Sc
pſit de Proceſſu judiciario brevem
ſtructionē, &c. *Adam. p*. 277. *Freh. p*. 9c

[Matthias Colerus, Altenburg
ſis Miſnicus, Profeſſor Jenenſis ce
berrimus: Cujus præter alia ex
luculentus Commentarius de P
ceſſibus Executivis. natus 1530.
natus 1587. *Freher. p*. 905.]

[Paulus Montanus, Ultrajectin
Regis Hiſpan. Conſiliarius, eod. an
obiit, natus 1530. ScripſitComm
tarium prolixum de Tutelis poſt
lius mortem editum. *Franc, Svve*
Athen. Belg. Freher. p. 905.]

[Mich. Beutherus, JCtus & Hiſ
ricus Argentoratenſis inſignis, var
que ſcriptis inclutus, ob. 1587. *Buchol*
Ind. Chronol. ad h. an. Freher. p. 1479.]

[Hei

[Henr. Husanus, Iſenacenſis Thu-
ingus, Orator, Politicus, & JCtus præ-
larus, Saxoniæ & multorum Princi-
um Conſiliarius & Legatus; hinc
Cancellarius Megapolitanus, demum
yndicus Luneburgenſis, dexteritate
: uſu rerum conſpicuus, nat. 1536.
ort. 1587. Quædam etiam opuſcula
didit. *Melch. Adam. p. 287. ſqq. Freber.*
908.]

[Andr. Gailius, Colonienſis, ma-
iæ eruditionis & famæ JCtus, na-
s 1525. ob. 1587. Summi Tribunalis
nperii Aſſeſſor, deinde Maximiliani
Imp. Conſiliarius, poſtea Electoris
olonienſis Cancellarius. Præter
bſervationes Practicas edidit & alia
vulgus nota. *Melch. Adam. p. 292.*
eber. p. 908. ſq. Jo. Deckherri Introduct.
Notit. Rei Juriſque Cameralis cap. 8.
48.]

[Joach. Mynsingerus, à Frundeck,
utgardienſis Suevus, JCtus genere
eruditione illuſtris, nat. 1514. ob.
88. Primum Profeſſor Friburgen-
deinde Aſſeſſor Cameræ Imperia-
, poſt Cancellarius Brunsvicenſis;
num Profeſſor Academ. Juliæ, cu-
condendæ ipſe auctor ſuaſorque

Principi fuerat. Obſervationum Ca
meral. Centur. VI. Decades Conſi
liorum,& alia edidit. *Melch. Adam. p.*
293. Freher. p. 909. Jo. Deckherr. l.c.p.
45. ſq.]

[Lambertus Distelmeyer, Lipſi
enſis, Cancellarius Brandenburgicus
Conſtitutionum Marchicarum pe
filium publicatarum collector, natu
1522. ob. 1588. Tractatui Paſſavien
& Conventui Auguſtano interfui
Freher. p. 910. ſq.]

[Petr. Peckius, Ziricæus, Regius i
magno Senatu Belgico Conſiliariu
& libellorum ſupplicum Magiſte
nat. 1529. denat. 1589. Inter inge
monumenta, quæ reliquit, emine
Commentar. de Teſtamentis conj
gum,& de Jure ſiſtendi. *Melch. Ada*
p. 302. Freher. p. 915.]

[Ludolf. Schraderus, Patrici
Brunsvicenſis, JCtus celeberrimu
Imperatoris, & plurimorum Prin
pum Conſiliarius, ob. 1589. Scrip
inter alia, poſt illius exceſſum pu
cata, de Feudis. *Bucholcer. Ind. Chr.*
h. an.]

[Christoph. Ehemius, Patricius A
guſtanus, Philoſophiam Tubingæ,
H

Heidelbergæ docuit, poſt Conſiliarius Palatinus Colloquio Maulbrunnenſi interfuit, multisque legationibus cum laude perfunctus eſt: natus 1528. ob. 1592. Cujus extant VII. de Principiis Juris libri elegantiſſimi. *Melch. Adam. p. 312. Freher. p. 930.*]

[Augerius Gislenius, Busbequius, nobilis Flander, vir prudentiâ, legationibus Conſtantinopolitanâ & Gallicâ, itemque libris editis clariſſimus, mortuus 1592. æt. 70. *Thuan. lib. 104. p. 262. ſq. Melch. Adam. p. 315. Freher. p. 931.*]

[Paulus Busius, Amersfortius, Syndicus primùm Leidenſis, dein magni ſigilli in Hollandiâ cuſtos, & naſcentis Academiæ Leidenſis curator ſecundus, nat. 1531. mort. 1594. Scripſit Subtilitatum Juris libros VII. & alia. *Melch. Adam. p. 318. ſq. Freber. p. 932.*]

[Joan. à Borcholten, Patricius Luneburgenſis, Roſtochii & Helmſtadii Juris Profeſſor, nat. 1537. ob. 1594. multis ſcriptis, Commentario præſertim in Inſtitut. Juris, clarus. *Melch. Adam. p. 319. Freher. p. 933.*]

[Julius Betma, Friſius, nat. 1546. ob. 1595. VVittebergæ, Lugduni, &

Franekeræ magnâ nominis famâ do-
cuit, ſcriptis quibusdam clariſſimus
Melch Adam. p. 323. Freher. p. 935.]

[Hieron. Panschmannus, JCtus Sa-
xonicus, & Cameræ Imperialis Aſſes
ſor, ob. 1595. ætat. 55. Quæſtione
Practicas edidit.]

[Joach. à Beust, nobilis Miſnicus
Juris Profeſſor VVittebergenſis, IV
Electorum Saxoniæ & Anhaltinorun
Principum Conſiliarius, nat. 1522. de
nat. 1597. JCtus eruditione, vitæ in
tegritate, ſcriptisque illuſtris, quorun
præcipua habentur de Jure Connu
biorum, & de Jurejurando. *Freher. p*
941.]

[Andr. Cludius, Brunsvicenſis, Ju
risque Profeſſor Helmſtadienſis, nat
1555. ob. 1598. Præter alia Rerun
quotidianarum & de Jure Sequeſtra
tionis libros edidit. *Freher. p. 942.*]

[Philip. Marnixius, Eques Sant
Aldegondanus, Bruxellenſis, natu
1538. mort. 1598. pluribus muneribu
& legationibus cum laude perfun
ctus. Scripta quoque partim Theo
logica, partim Politica, ab eo in lucen
edita, ex quibus Alveariam Romanun
1571. evulgatum in vulgus notum
Melch

Melch. Adam. p. 333. ſqq. Freher. p. 944. ſqq.]

[Elbertus Leoninus, BommelâGeller, Juris Profeſſor Lovanienſis, & poſtea Geldriæ Cancellarius, ob. Arnhemii 1598. ætat. 79. Inter plura ejus ſcripta Conſiliorum Centuria, & Emendationum ſ. Obſervationum libri VII. eminent. *Franc. Swveert. Athen. Belg. Freher. p. 946.*]

[Petr. Heigius, Stralſundenſis Pomeranus, VVittebergenſis Profeſſor, & Conſiliarius Sax. nat. 1558. ob. 1599. Cujus Quæſtiones Iuris Civilis & Saxonici extant. *Melch. Adam. p. 339. Freher. p. 947.*]

[Boetius Epo, Friſius, JCtus Antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus, Pariſiis, Lovanii, & Duaci docuit, mort. 1599. ſeptuagenar. major. Opera ejus circumferuntur hæc: Syntagmata, & Eccleſiaſticæ ac heroicæ quæſtiones; de Honorum Academicorum uſu & progreſſu liber; Commentarii IX. Teſtamentarii. *Melch. Adam. p. 340. Freher. p. 947.*]

Iisdem etiam temporibus doctrinâ ſcriptisque inclaruerunt:

[Petrus Cornelius Brederodius, Bel-

ga, ICtus muneribus, & ſcriptis, Repertorio Iuridico imprimis, ſ. Theſauro Verborum & rerum, inclutus. *Valer. Andr. Bibliothec. Belg. p. 731.*]

[Henr. Canisius, Neomagenſis, Petri Ieſuitæ frater, Iuris Canon. in Academ. Ingolſtadienſ. Profeſſor: Corpus Canonicum in Epitomen redegit, & Antiquarum Lectionum Tomos VI. edidit. *Petr. Lambec. Append. ad libr. 3. Commentar. de Bibliothec. Vindobon.*]

Præter hos à Melch. Adamo in hæc
tempora referuntur: *Chriſtoph. Carle*
vvitzius, Cyprian. Vomelius, Joan. Heinzen
berger, Petr. Beutrichius, Jo. Clotzius, An
dreas Pauli, Jo. Wameſius, editis Conſilii
clarus, *David Lucanus, Eraſmus Neu*
ſtetter, Sturmer dictus, *Wenceslaus Zule*
ger, Georg. Tradelius. Sam. Grynæus. Hi
addantur ex Frehero, *Florian. Bernbec*
cius, Albert. Knopperus, Jac. Lersnerus
Henr. Schneidevvinus, Joannis frater, *Va*
Volzius, Philip. Geuderus, Bernh. Copius
Chriſtoph. Dürfeldius, Jo. Hofferus, Mar
Gerſtmannus, filiorum Maximiliani I
Imp. Præceptor, poſtea Vratislavien
ſis Epiſcopus: *Victorin. Grunerus, Sam*
Brothagius, Profeſſores Jenenſes: *Leon*
hard. Badehorn, Ordinarius Lipſienſis

Er

Ericus Volcmarus, Aſſeſſor CameræSpi-renſis ; *Henr. Petræus*, Hardeſianus, Conſiliarius Brunſvicenſis ; *Chriſtian. Steinacker*, *Georg. Tilenus* ; *Bartholom. Poemerus*, Triumvir Noricus,& Scholarcha Altdorfinus ; *Jo. Limmerus*, VVittebergenſis ; *Anaſtaſius Demlerus*, Tubingenſis ; *Dan. Eulenbeccius*, Ienenſis ; *Andr. Laubmarius*, Tubingenſis ; *Liborius Hoffmannus* & *Joſias Marcus*, *Jo.* item *Monachus*, Ienenſes Profeſſores.

INter Medicos Germanos eruditione ſcriptisque claros vivere per hoc tempus deſierunt : Medici.

[ADAM BODENSTEINIUS, Medicus Baſileenſis, Andr. Bodenſteinii, à patria Caroloſtadii dicti, Theologi notiſſimi, filius, nat. circa an. 1528. denat. 1577. Paracelſi interpres, quippe cujus libros Germanicè ac Latinè vertit ac edidit juxta cum ſuis. *Thuan. lib. 64. p. 212. Melch. Adam. in Vit. Med. Germ. p. 231. Freher. p. 1273.*]

[THOMAS ERASTUS, Badenâ Helvetius nat. 1523. ob. 1583. Medicus primùm Hennebergicus, inde Heidelbergæ, pòſt Baſileæ Medicinam pro-

feſſus, vir acri judicio, & in omni ferè diſciplinarū genere verſatus, prout ex ejus ſcriptis, de Aſtrologiâ, Cometis, metallis, putredine, Magiâ, in Medicinam Paracelſicam; de Cœna Domini-ni, & quamplurimis aliis, apparet, Laudatus *Thuano lib.* 78, *p.* 637. *Schenck. Bibliothec. Medic. p.* 500. *Melch. Adam, p.* 242. *ſqq. Freber. p.* 1280.]

[Rembertus Dodonæus, Mechliniensis Belga, Maximil. & Rudolphi II. Impp. Archiater, hinc Lugduni Batavor. Medicinæ Profeſſor Botanicis illuſtratus, natus 1517, ob. 1585. relictis plurimis ingenii monumentis, *Thuan. lib.* 82. *p.* 61, *Schenck. l. c. p.* 465, *Melch. Adam. p.* 258. *Freber. p.* 1283.]

[Jo, Crato, à Crafftheim, Vratislavienſis, trium Impp. Medicus atque Conſiliarius, nat. 1519. mort. 1585. Varia ſcripſit, Conſilia ſcil, Epiſtolas, & alia Opuſcula lectu digniſſima à *Laurent. Scholzio* junctim edita. *Thuan. lib.* 82. *p.* 62. *Schenck. Biblioth. Medic. p.* 293. *Melch. Adam. p.* 261. *Freber. p.* 1284.]

[Andr. Mirica, Friſius, Latinè, Græc. Hebr. & Chaldaicè doctiſſimus, ob. 1585. In Medicinâ non ſolùm, ſed & in

in Sacris plurima ſcripſit, quæ tamen omnia morti proximus igni tradidiſſe fertur *Melch. Adam. p. 277. Freber. p. 1284.*]

[ADAM. LONICERUS, Marpurgenſis, Ioan. filius, Medicus ac Philoſophus eximius, nat. 1528. denat. 1586. In patriâ Matheſin profeſſus, Francofurti Medicinam fecit, & ſcriptis illuſtravit. *Schenckii Bibliothec. Medic. p. 9. Melch. Adam. p. 278. ſq. Freberus p. 1285.*]

[IAC. SCHEGKIUS, Schorndorffenſis Suevus, Medicus & Philoſophus Tubingenſis celeberrimus, natus 1511. ob. 1587. relictis ſcriptis Medicis & Philoſophicis. *Thuan. lib. 88. p. 208. Schenck. l. c. p. 260. Melch. Adam. p. 290. Freber. p. 1287.*]

[THEODORUS ZVINGERUS, Baſileenſis, plurimæ lectionis Medicus, ac Polyhiſtor, natus 1533. mort. 1588. Theatri vitæ humanæ, & plurium ſcriptorum auctor. *Thuan. lib. 89. p. 265. Schenck. Biblioth. Med. p. 494. ſq. Melch. Adam. p. 301. Freber. p. 1289.*]

[Incidit & in hunc annum (teſte *Thuano lib. 89. p. 265.*) Jo. WIERI, famoſiſſimi illius Medici, obitus, ſupra p. 605.

605. aliorum fide ad an. 1570. perperam relatus.]

[MELCH. GUILANDINUS, Boruſſus, in rei herbariæ ac foſſilium cognitione excellens, Patavii docuit, ibique horto Medico præfectus Petr. Andr. Matthiolum adverſarium habuit, mortuus 1589. Cujus inter alia extat Commentarius de Papyro. *Thuan. lib. 96 p. 475. Schenck. l. c. p. 403. Melch. Adam. p. 309. Freher. p. 1291.*]

[JACOB. THEODORUS, Tabernæmontanus, Acidularum Svalbacenſium primus inventor, ob. 1590. Inter ſcripta ejus præcipua ſunt: Hydrothesaurus (Waſſerſchatz) libellus, *judic. Conringio*, doctus & ſummè utilis Herbarium item copioſiſſimum, 3[illegible] quidem annorum opus, nec tamen perfectum & abſolutum. *Melch. Adam. p. 314. Freher. p. 1292. Herm. Conring. Introd. in Art. med. c. 9. n. 5. & cap. 1[illegible] n. 40.*]

[JO. SCHROETERUS, Vinarienſis Thuringus, Medicus, Mathematicus, [illegible] Philoſophus inſignis, primusque Academiæ Ienenſis Rector, & variis ſcriptis inclutus: natus 1513. denat. 15[illegible] *Schenck. l. c. p. 342. Melch. Adam. p. 31[illegible] Freher. p. 1294.*]

[P

[Petr. Forestus, Alcmarienſis, Aca-
dem. Lugdun. Bat. primus Medicinæ
Profeſſor, nat. 1522. ob. 1597. Obſer-
vationum & Curationum Medicina-
lium libris aliisque in lucem emiſſis
inclaruit. *Schenck. l. c. p. 445. Melch.
Adam. p. 328. Freber. p. 1299.*]

[Joach. Camerarius, Joachimi Po-
lyhiſtoris Lipſienſis filius, Medicus
Norimbergenſis, rerum naturalium,
foſſilium, lapidum, metallorum &c.
indagator ſolertiſſimus: natus 1534.
ob. 1598. Petr. Andr. Matthioli Her-
barium, novis figuris & obſervatio-
nibus auctum: Emblematum Cen-
turias tres, & alia reliquit. *Thuan. lib.
120. p. 80. Schenck. l. c. p. 270. Melch.
Adam. p. 344. ſqq. Freber. p. 1300.*]

[Jo. Schenckius, à Gravenberg,
magnæ vir diligentiæ, Argentoraten-
ſis ac Friburgenſis Medicus, nat. 1530.
ob. 1598. Cujus extant Obſervatio-
nes Medicæ, Bibliotheca item Medi-
ca per filium Jo. Georgium, Hageno-
enſem Medicum, Francoforti 1609.
edita, quæ hîc vid. *p. 335. Melch. Adam.
p. 357. Freber. p. 1302.*]

[Laur. Scholtzius, Vratislavienſis,
ubi & Medicinam feliciter fecit, rei

Bo-

Botanicæ præcipuè deditus, nat. 155
denat. 1599. Scripſit Aphoriſmorum
Medicinalium, Theoricorum & Pra
cticorum, Sectiones IIX. item Con
ſilia Cratonis & aliorum; Epiſtola
quoque Medicas variorum Medico
rum, edidit. *Schenck. Bibl. Medic. p. 37*
ſq. Melch. Adam. p. 363. Freber. p. 1303.

Præter hos etiam hoc tempor
claruerunt, quorum anni emortua
les annotati non reperiuntur:

[BRUNO SEIDELIUS, Querfurtenſi
Saxo, Poëta ac Medicus Arnſtadienſi
& Erfordienſis, aliquot librorum, qu
bus innotuit, auctor. *Melch. Adam.*
235. Freber. p. 1273.]

[LEONHARDUS RAUVVOLFF, Augu
ſtanus, Itinere in Orientem, rei her
bariæ cauſâ inſtitutô, atque poſte
deſcriptô ac editô, notiſſimus. *Melch.*
Adam. p. 246. Freber. p. 1288.]

His accedunt à *Melchiore* quoqu
Adamo proditi, à nobis verò hic tan
tùm brevitatis ſtudiô enumerandi:

Gervaſius Marſtallerus, Saxoniæ, a
Brunsvicenſium Ducum Medicus
Mathematicus item ac Poëta eximius
Cornelius Gemma, Lovanienſis, patr
cognominis filius: *Andreas Ellinger*

Je

enenſis, *Wolffg. Meurer*, Lipſienſis, *Sam. Siderocrates*, ac *Jo. Viſcherus*, Tubingenſes Profeſſores: *Petr. Monavius*, Medicus Cæſareus; *Sebaſt. Havenreuter*, Argentoratenſis; *Levin. Battus*, & *Henr. Brucæus*, Roſtochienſes Profeſſores: *Paulus Lutherus*, Martini Theologi filius, Jenenſ. primùm Profeſſor, hinc Vinarienſis, Brandeburgicus, ac Elect. Saxon. Medicus; *Jo. Opſopæus*, Heidelberg. Profeſſor; *Jo. Poſthius*, Archiater Palatinus; *Georg. Laubius*, Phyſicus Auguſtanus, Roſæ Anglicæ auctor: *Michaël Meuerus*, Medicus Elbingenſis, & *Gerhard Bontius*, Lugduni Batavor. Profeſſor.

Inſuper à *Frehero* quoque recenſentur: *Melch. Ayrerus*, Norimbergenſis, *Nicol. Saſcherius* & *Volquinus Vitelius*, Marpurgenſes, *Mich. Neander*, *Henr. Milichius*, Jacobi filius, Jenenſes Profeſſores: *Remaclus Fuchſius*, & *Jo. Richolz*, uterque Botanicus inſignis; *Victorinus Schoenfeldius*, Matheſ. ac Medicinæ Profeſſor Marpurgenſis: *Georg. Hamberger*, *Daniel Mœglinus*, *Hieron. Viſcherus*, Johannis antea laudati filius, Medicus Norimberg. *Michaël Zieglerus*, Profeſſor Tubingenſis.

De

Demum agmen claudant tùm a
Adamo tùm à Frehero omiſſi: J
Bauhinus, & *Jo. Jac. Weckerus*, Baſil
enſes Medici; nec non *Bartholo*
Schœnborn, Medicus ac Philoſophu
Wittebergenſis.]

E Philoſophis Germanis, qui ci
ca hæc tempora mortem obi
runt, quorumque in monumentis e
tat memoria, huc pertinent:

[LAMBERT. HORTENSIUS, Montfo
tius, natus 1501. ob. 1577. Scho
Nardenſi præfuit, &, præter alia Ph
lologica, bellum Smalcaldicum V
libris, bella civilia Ultrajectina, T
multus Anabaptiſticos, aliaque be
deſcripſit. *Melch. Adam. Vit. Philoſ. Ger*
p. 295. *Freher. p.* 1472.]

[ACHILLES GASSARUS, vulgò PIRMINI
Lindavienſis, nat. 1505. ob. 1577. M
dicus Auguſtanus, & Hiſtoricus c
riſſimus, cujus præter nonnu
Medica hæc extant ſcripta: Lind
vienſis & Auguſtanæ Urbium deſc
ptiones; Regum Chriſtianorum
Hieroſolymitanorum Catalogus; E
tome Chronicorum totius Mun

Mel

Melch. Adam. in vit. Medicor. Germ. p. 233. Freher. p. 1275.]

[CORNEL. VALERIUS, Belga, Philoſophus ac Philologus inſignis, & majoris, quàm vulgò ſit, æſtimandus, nat. 1512. ob. 1578. Petr. Nannii in Collegio Buslidiano apud Lovanienſes ſucceſſor Eloquentiam docuit, multisq; ſcriptis editis inclaruit. *Melch. Adam. p. 298. Freher. p.* 1474.]

[GERHARD. FALCKENBURGIUS, Neomagenſis, Philologus Græcè doctiſſimus, ob. 1578. æt. 40. Vixit in aulâ Comitis Benthemenſis, & Nonni Dionyſiaca Græc. & Latin. cum notis eruditisſimis primus edidit. *Thuan. l. 65. p. 255.*]

[JO. HARTUNGUS, Miltenbergenſ. Francus, Græcarum literarum in Heidelberg. & Friburgenſi Academiis Profeſſor, ob. 1579. æt. 75. Apollonii Argonautica Latinè vertit, Ariſtotelem & Strabonem multis locis reſtituit, & alia ſuo marte elaborata edidit. *Thuan. lib.* 68. *p. 355. Melch. Adam. p.* 300. *Freher. p.* 1474.]

[ERASMUS OSVVALDUS SCHRECKENFUCHSIUS, Auſtrius, Sebaſt. Münſteri diſcipulus, Philologus ac Mathematicus

cus præclarus, nat. 1511. ob. 1579
Friburgi Matheſin & Hebr. linguam
docuit. Præter alia, quæ edidit, No-
vum Teſtamentum in linguam He-
braicam primus convertit. *Thuan.lib*
68.p.355. Melch. Adam. p. 299. Freher.
p. 1474.]

[Jo. STADIUS, Brabantus, nat. 1526
mort. Pariſiis 1579. Matheſin & Hi-
ſtoriam Lovanii docuit, Ephemeri-
dum ſcriptor, ab anno 1554. usque ad
an. 1606. curioſis Aſtrologicis prædi-
ctionibus, quibus in aulâ Pariſinâ ni-
mium indulgebat, infamatus. Idem
etiam elaboravit Tabulas Mathema-
ticas, Bergenſes dictas; Præterea Fa-
ſtos Romanos, ab Huberto Golzio
poſtea editos, & Florum Commenta-
rio illuſtravit. *Thuan. lib. 68. p. 555*
Melch. Adam. p. 302.]

[LUDOV. REGIUS, Conſtantienſis
Philologus utrâque linguâ doctisſi-
mus, ob. 1579. Multa ex Platone
Ariſtotele, & Xenophonte Gallicè
reddidit. *Thuan. lib. 68. fin. Sammarth.*
Elog. lib. 3. p. 14.]

[HIERON. WOLFFIUS, Oetingenſis
exactâ Græcæ linguæ cognitione cla-
rus, nat. 1516. ob. 1580. Mulhuſii pri-
mùm

mum in Thuringiâ Scholæ præfuit, inde poſt varias profectiones Auguſtæ Vindelicorum conſedit, Jo. Jac. Fuggeri Bibliothecæ, & paulo poſt Anneæ Scholæ, præfectus Demoſthenem, Iſocratem, Suidam, Zonaram, Gregoram, & alios auctores Græcos Latinos fecit; in Ciceronis de Officiis & Tuſculanarum Quæſt. libros Commentaria & Annotationes, it. de vero & licito Aſtrologiæ uſu librum, aliaque nonnulla elucubravit. *Thuan. lib. 71. p. 445. Geſner. biblioth. Melch. Adam. p. 304.*]

[ANDR. PAPIUS, Gandenſis, Lævini Torrentii ex ſorore nepos, utriusque Linguæ ac Muſicæ Poëticæque peritisſimus, obiit juvenis 1581. perpauca ingenii ſui monumenta relinquens. *Thuan. lib. 75. fin.*]

[LUCAS LOSSIUS, Vachenſis Haſſus, Luneburgenſis Gymnaſiarcha multis eruditis libris de re literariâ præclarè meritus, obiit an. 1582. *Melch. Adam. p. 309.*]

[PETRUS NIGIDIUS, Haſſus Allendorfenſis, nat. 1501. denat. 1583. poſt varia officia ſcholaſtica Marpurgi Phyſices Profeſſor, conſignavit Elen-

chum Profeſſorum Academiæ Marpurgenſis vitâ defunctorum Marpurgi 1591. in 8vo editum. *Freher. p.* 1475. *Henr. Pantaleon Proſopograph. part. III. p.* 462.]

[Hubertus Golzius, Venloâ Gelder, Pictor excellens, & cui antiquitas Græca & Romana plurimum debet, nat. 1526. mort. 1583. Numiſmata antiqua, ex iisque Hiſtoriam ſummô ſtudiô aliquot voll. collegit, quæ Antuerpiæ 1645. & 1664. denuô conjunctim edita ſunt. *Thuan. lib.* 78. *p.* 637. *Melch. Adam. p.* 309. *Freher. p.* 1477.]

[Adam Siberus, Miſnenſis, Rector Scholæ Grimmenſis, vir doctus, & bonus ſui temporis Poëta, natus 1515. ob. 1583. Scripſit carmina varia, Orationes, Epiſtolas & alia. *Henr. Pantaleon. l. c. p.* 548. *Freher. p.* 1477.]

[Janus Guilielmius, Lubecenſis, cultisſimi ingenii adoleſcens, natus 1555. Avarici Biturigum (*Bourges*) ad audiendum Cujacium profectus ob. 1584. Cujus extant Quæſtiones in Plauti Comœdias & carmina quædam cum Gruteri & Acidalii Poëmatibus Lignitii excuſa. Idem Ciceronis opera ad Codd. manu ſcriptos re-

co-

cognovit, poſtea Jani Gruteri curâ Hamburgi an. 1618. II. Voll. edita. Laudatur is *Lipſio* & *Rubenio* in Epiſtolis, *Scioppio* de arte Critica, & inprimis *Thuano lib.* 80. *fin.* ubi tamen in Genevenſi editione maxima & præcipua elogii Thuanei pars, neſcio quô conſiliô, omiſſa, ex Francofurtenſi reſtituenda. Add. *Melch. Adam. p.* 317. *ſq.*]

[JO. SCHOSSERUS, Thuringus, Poëta & Orator celebris, in Academ. Viadrinâ Profeſſor, ob. an. 1585. quo ipſo & ejus Poëmata in II. libros diviſa Francofurti prodierunt. *Melch. Adam.* p. 319. *ſqq.*]

[LUCAS CRANACHIUS, Lucæ, illius Germani Apellis, ſupra laudati Filius, p. 447. ingeniô ac arte æmulus, Conſul Wittebergenſis, natus 1515. denat. 1586. *Gotfr. Suevi Acad. Witteb. Freber. p.* 479.]

[JAC. PAMELIUS, Brugenſis, Philologus & Theologus præſtans, in patriâ Archipresbyter, poſt Epiſcopus Audomaropolitanus, natus 1536. mort. 1587. in Tertullianum Cyprianum, aliosque Scriptores Commentariis editis clarus *Fr. Svveert. Athen. Belg. Freber. p.* 270.] Aaa 2 [MAT-

[Matthæus Hostus, Græcarum literarum & antiquitatum peritiſſimus, Profeſſor in Academ. Francofurtanâ, ob. 1587. Cujus Hiſtoria rei numariæ ibidem 1580. & nuperrimè Lipſiæ cum aliis edita.]

[Petrejus Tiara, Worcumenſis Friſius, trium linguarum exactè peritus, in Academiâ Lugduno-Batavâ Græcæ linguæ Profeſſor, ac primus Rector, poſt Franekeræ easdem literas docuit, nat. 1514. ob. 1588. Græcorum aliquot Gnomicos Poëtas Latinô Carmine redditos, it. Poëma de Nobilitate & diſciplinâ Veterum Friſiorum militari edidit, quod inter Delicias Poëtarum Belgicorum extat. *Melch. Adam. p. 340. Freher. p. 1480.*]

[Christian. Urstisius, Matheſeos Profeſſor Baſileenſis, Hiſtoriæ patriæ antiquitatisque peritiſſimus, ob. 1588. Edidit Epitomen Hiſtoriæ Baſil. 1577. Chronicon Baſileenſ. Germanicum 1580. it. Germaniæ aliquot Hiſtoricos illuſtres 1585. Francof. ad Mœn. 1670. recuſos. *Mart. Zeilleri Index Hiſtoricor. & Chronol. part. 2. p. 160.*]

[Jo. Sturmius, Sleidanus, vir eloquentiſſimus, & de melioribus liter

pra

præclarè meritus, nat. 1507. ob. 1589. relictis ſcriptis quamplurimus. *Thuan. lib. 96. p. 475. Manes Sturmiani Argentorati 1590. excuſ. Melch. Adam. p. 342. Freher. p. 1482.*]

[CHRISTOPH. PLANTINUS, Turonenſis Gallus, Civis poſtea Antuerpianus, Typographus regius, & inſignis Mathematicus, ob. 1589. ex cujus officinâ emendatisſimi libri prodierunt. *Thuan. lib. 96. p. 475. Freher. p. 1482.*]

[NICOD. FRISCHLINUS, Balingenſis Suevus, Poëta, Orator, & Philoſophus clarisſimus, nat. 1547. miſerè periit Uraci 1590. ruptô, quô ſe ex carcere demittebat, funiculô. Scripſit Comœdias, Tragœdias, Epithalamia, Gratulationes, Epicedia, & plura alia. *Thuan. lib. 99. p. 101. ſq. Melch. Adam. p. 356*]

[Jo. POSSELIUS, Parchimenſis Mecklenburg. literis Græcis egregiè inſtructus, nat. 1528. ob. 1591. Varia edidit, inter quæ Colloquiorum Græcorum libellus, & Calligraphia Oratoria Græcæ linguæ, eminent. *Melch. Adam. p. 368. Freher. p. 1484.*]

[VICTOR GISELINUS, Sandfortenſis Flander, Poëta, Philologus, ac Medicus inſignis, Lipſio familiaris, nat. 1519.

ob. 1591. Præter Poëmata varia in lucem edidit Adagia, & eruditas in Prudentium Notas. *Thuan. lib.* 100. *fin. Melch Adam. Vit. Medic. Germ. p.* 239. *ſq. Freher. p.* 1278.]

[ADOLPH. METKERCUS, Brugenſis, Eques, & Flandriæ Conſilii Præſes, Ordd. Belgii Legatus, vir Græcè Latineque doctiſſimus, JCtus & Hiſtoricus inſignis, ob. Londini 1591. Poſteritati reliquit: Poëmata varia; libellum de veteri & rectâ linguæ Græcæ pronunciatione: Moſchi & Bionis Idyllia Scholiis illuſtrata, & Theocriti Epigrammata in Latinum ſermonem translata. *Thuan. lib.* 100. *fin. Fr. Swveert. Ath. Belg. Freher. p.* 926.]

[JO. LEUENCLAVIUS, ſ. Leuenclajus, Nobilis Weſtphalus, in utrâque linguâ exercitatiſſimus, Lazari Suendii, & Baronis Serotinii domeſticus, ac in variis itineribus Comes, à Caſimiro Palatino Heidelbergam ad juvandas Græcas literas vocatus Viennæ obiit 1593. multis ex Græcâ in latinam linguam traductis auctoribus, ſuoque ingenio elaboratis ſcriptis, inprimis Annalibus Turcicis ex ipſis Turcarum monumentis collectis celeberrimus:

Thuan.

Thuan. lib. 104. fin. Melch. Adam. Vit. Philoſ. Germ. p. 379.]

[GERHARD. MERCATOR, Rupelmundâ Flander, Wilhelmi Ducis Cliventis Mathematicus, & Coſmographus ſui temporis celeberrimus, Carolo V. Imp. cui varia Inſtrumenta Mathematica confecit, carus, nat. 1512. ob. Duysburgi 1594. relictis ſcriptis Theologicis, Geographicis aliisque Mathematicis. *Thuan. lib. 109. fin. Henr. Pantaleon. de Vir. illuſtr. Germ. part. 3. p. 443. Poſſevin. lib. 2. Biblioth. ſelect. Melch. Adam. p. 392. Freher p. 1487.* Vitam ejus deſcripſit *Gualt. Ghimmius.*]

[LEVIN. TORRENTIUS, vulgò von der Becke/Gandenſis Philoſophus, Philologus, & Poëta Lyricus poſt Horatium princeps, Epiſcopus Antuerpienſis, hinc Archiepiſcopus Mechlinienſis, nat. 1525. deceſſit 1595. Multa ejus extant opera Theologica, Philologica, & Hiſtorica. *Thuan. lib. 113. p. 570. Ghilin. Theatr. Ital. Vir. Lit. Fr. Svveert. Athen. Belg. Freher. p. 58.*]

[MICH. NEANDER, Soravienſis Sileſius, Vir trium linguarum cognitione præſtans, Rector Scholæ Ilfeldenſis ad Sylvam Hercyniam per 40. annos, &

poſt Philippum Melanchthonem communis quaſi Germaniæ Præceptor habitus, nat. 1525. ob. 1595. In omni ferè doctrinarum genere libros edidit, qui doctorum manibus volvuntur, *Thuan. lib. 113. p. 571. Melch. Adam. p. 395.* Elogium ejus legitur apud *Morhofium in Polyhiſt. paſſim, inprimis lib. 1. c. 17. p. 201.*]

[HENR. PANTALEON, Baſileenſis, Theologus primùm ac Concionator, poſt ob linguæ præcipitantiam Medicinæ operam dedit, & in patriâ Dialecticam ac Phyſicam docuit, nat. 1522. ob. 1595. Præter Proſopographiam, Baſileæ 1565. apud Nic. Brylingerum excuſam, de Ordine etiam Militari S. Johannis XII. libros edidit, *Melch. Adam. p. 396. ſqq.*]

[REINERUS REINECCIUS, Steinhemio Weſtphalus, magnæ eruditionis ac diligentiæ Hiſtoricus & Polyhiſtor, Profeſſor item Helmſtadienſis celeberrimus, ob. 1595. Auctor Hiſtoriæ Juliæ, pluriumque librorum, de quibus vid. *Martin. Zeiller. Ind. Hiſt. & Chronol. part. 2. p. 122. ſq. & part. 3. p. 195. Mich. Neandri Orb. Terræ deſcriptio, Part. I. p. 152. ſeqq. Thuan. lib. 113. p. 571.*]

[VA-

[Valens Acidalius, Witſtochio Marchicus, multijugæ eruditionis juvenis, ſed immaturô fatò reipubl. literariæ ereptus 1595. Curtium & Vellejum Paterculum notis illuſtravit, idem in Plautum & Gellium, ſi ſupervixiſſet, facturus. *Thuan. lib.* 113. *p.*571. *Gaſp. Sciopp. de art. Crit. p.* 18.]

[Georg. Calaminus, Sileſius, Philologus & Poëta doctus, Linzii in Gymnaſio Procerum Auſtriæ illuſtrium pietatem & literas docuit, nat. 1517. denat. 1595. Ejus extat Heli Tragœdia; Rudolphottocarus, Tragœdia Hiſtorica, Rudolphi Habsburgici ſeculum & res geſtas continens; Anagrammata, & Euripidis Phœniſſæ Latinitate donatæ. *Melch. Adam. p.*407.]

[Frid. Sylburgius, Wetterâ Haſſus, inter ſummos Germaniæ viros, quotquot Græcè ſciverunt, excellens, Jenæ Laur. Rhodomanni diſcipulus, in Scholâ Lichenſi, & Gymnaſio Neuhuſiano Palatino docuit, dehinc Græcis aliisque bonis auctoribus in Wecheliana & Commeliniana officinis emendandis & illuſtrandis utilem operam navavit; ob. 1596. Ejus curæ inter alia debentur, Etymologi-

cum magnum, Herodotus, Juſtinus Martyr, aliique plures. *Thuan. lib. 117. p. 701. Melch. Adam. p. 416. ſqq.*]

[JANUS DOUSA, Jani Filius, admirandi ingenii juvenis, ex longinquâ peregrinatione redux factus eodem anno obiit, ætat. 24. *Thuan. l. c.*]

[PETR. LINDENBERGIUS, Roſtochienſis, Poëta comtus ac diligens, Henricum Ranzovium Mecænatem coluit; natus 1562. ob. privatus Roſtochii 1596. ſcripſit & edidit Chronicon Roſtochienſe, Juvenilia, & alia carmina H. Ranzovii honori dicata. *Melch. Adam. p. 418. ſqq. Zeiller. Ind. Hiſtor-Chronol. & Geograph. celebr. part. 2. p. 86.*]

[SUFFRIDUS PETRI, Leovardiâ Friſius, linguarum, quam Hiſtoriarum peritior, Hiſtoricus tamen Friſiæ Ordinum, nat. 1527. ob. 1597. Ciceronis Orationes cum MSS. Bibliothecæ Erfordienſis à ſe collatas cum Jano Guilielmio communicavit, à Grutero poſtea editas: Plutarchi nonnulla Latinè vertit, præcipuè verò de Friſiæ ſcriptoribus Decades XVI. edidit. *G. J. Voſſii* de eo judicium vid. *lib. 2. de Hiſtor. Lat. cap. 32. Thuan. lib. 119. p. 772. Melch. Adam. p. 422. Valer. Andre*

Bi

Biblioth. Belg. Zeiller. l.c. part.3.p. 176.]

[JOSIAS RIHELIUS, Haganoenſis, Scholarcha & XIIIvir Argentoratenſis, Typographus eruditus, & rei literariæ promovendæ perquàm ſtudioſus, nat. 1525. ob. 1597. *Freher. p.* 942.]

[FRANCISCUS RAPHELENGIUS, Lanojus, ditionis Inſulanæ in Flandriâ, Hebraicæ & Arabicæ linguarum peritiſſimus, & utriusque in Academia Lugduno-Batavâ Profeſſor, Plantini gener, inque typographicis laboribus ſocius & adjutor, nat. 1538. ob. 1597. Scripſit dictionarium Chaldaicum, Tabulas in Grammaticam Arabicam, Lexicon Arabicum poſt mortem ejus editum, & alia. *Thuan. lib.* 119. *p.* 773. *Melch. Adam. p.* 423. *Freher. p.* 1491.]

[HIERON. COMMELINUS, ſ. *Santandreanus*, gente Gallus, domicilio, quod Genevæ ac Heidelbergæ fixerat, Germanus, typographus eruditus, ac de re literariâ præclarè meritus, ob. 1597. poſt edita Athanaſii, Chryſoſtomi, aliorumque Græcorum præcipuè auctorum opera. *Thuan. l. c.*]

[NATHAN. CHYTRÆUS, Menzingâ

Cra-

Creichgojus, Davidis Theologi frater, Philologus ac Poëta doctiſſimus, Acad. Roſtochienſ. primùm Profeſſor, dein Rector Gymnaſii Bremenſis, nat. 1543. ob. 1598. Ejus inter alia habentur: Faſtorum Eccleſiæ Chriſtian. libri XII, heroicô carmine ſcripti, ac Hanov. 1594. excuſi: &, quæ præcipuè commendari merentur, Itinerum deliciæ. *Jo. Fecht. Appar. ad ſupplem. Hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. p. 132.*]

[THEODORUS de BRY, ſculptor eximius, ob. Francofurti 1598. Cujus artificioſâ manu complures libri Hiſtorici in lucem prodiêre.]

[FRIDER. TILEMANNUS, JCtus & Hiſtoriarum Profeſſor Wittebergenſis clariſſimus, obiit 1598. Scripſit Diſcurſum Philologicum de Hiſtoricorum delectu, libellum commendatiſſimum, Wittebergæ anno 1597. excuſum. *Zeiller. Ind. Hiſt. Chronol. & Geograph. part. 2. p. 151. ſq.*]

[ABRAHAM. ORTELIUS, Antuerpianus, Philippi II. Hiſpan. regis Geographus, & in hoc genere ſui ævi princeps, nat. 1527. mort. 1598. Scripta ejus ſunt: Theatrum Orbis terrarum, Theſaurus Geographicus, Pa-

rer-

rergon Geographiæ veteris; Deorum Dearumque capita ex veter. numiſmatibus; Aurei ſeculi imago, ſ. Germanorum veterum mores, vita, ritus & religio; Synonymorum opus, laudatum *Thuano lib.* 120. *p.* 801. *Melch. Adam. p.* 429. *Freher. p.* 1492.]

[Jo. LIVINEJUS, Teneramundanus Flander, Levini Torrentii ſororis filius, Lipſii amicus, Græcè doctiſſimus, Græcorumque Patrum interpres diligentiſſimus, ob. 1599. Præter Scriptores Veteres Græcos, Latinos etiam Panegyricos XII. recenſuit ac notis illuſtravit. *Thuan. lib.* 122. *p.* 867. *Franc. Sweert. Athen. Belg. Freher. p.* 1494.]

[FRANC. MODIUS, Brugenſis Flander, Philoſophus ac JCtus eximius, poſt variam fortunam Canonicus Audomaropolitanus, nat. 1556. denat. circa ann. 1599. Poëmata, Lectiones Novantiquas per Epiſtolas, & Pandectas Triumphales in uſum poſteritatis elucubravit. Præterea Frontinum, Vegetium, Modeſtum, Ælianum, rei militaris ſcriptores. Livium itẽ, Curtium, ac Juſtinum emendavit: Inſuper Petr. Cornel. Brederodii Repertorium Juris Juſtinianei recognovit,

&

& à mendis repurgatum edidit 1587. Francof. ap. Sigiſmund. Feyerabend, quæ editio ceteris præferenda. *Freher. p.* 1492. *Melch. Adam. p.* 425.]

Neque hic prorſus tacendi viri alii doctrinâ inſignes, quorum latè ſe diffundens fama Rudolphi II. tempora illuſtravit, præter ſupra dictos à *Melch. Adamo*, *Paulo Frehero*, aliisque recenſiti, quales ſunt: *Martinus Smetius*, *Sixtus ab Hemmingâ*, *Petrus Rivander*, *Joach. Meiſterus*, *Georg. Tilenus*, *Esromus Rudinger*, Camerarii gener, Wittebergæ; *Samuel Heilandus*, Tubingæ Profeſſores; *Orlandus Laſſus*, ſive *di Laſſo*, Muſicus ſui ævi excellens, & *Thuano* (*lib.* 109. *fin.*) laudatus: *Laurentius Ludovicus*, *Hartvicus Smidenſtet*, Regiomonti & Helmſtad. Profeſſor: *Petrus Opmeerus*; *Lambertus Ludolph Pithopœus*, Profeſſor Heidelbergenſis; *Laur. Circlerus* Goldbergenſis, *Hulderieus Schoberus*, Thorunienſis Scholæ Rectores: it. *Auguſtin. Hunnæus*, Profeſſ. Lovanienſis; *Mich. Rotingus*, Norimberg. Gymnaſii Rector, poſt Profeſſor Altdorfinus; *Theodor. Pulmannus*, ex fullone Poëta & Criticus egregius: *Simon Fabricius*, Profeſſor ac Biblio-

bliothecarius Auguſtanus, Hieron. Wolffii ſucceſſor: *Jo. Magirus*, Marpurgenſis Profeſſor, Phyſicâ Peripateticâ celebris: *Fortun. Crellius*, Philoſophus ac Profeſſor Heidelbergenſis; *Jac. Pontanus*, Soc. Jeſu, Auctor Progymnaſmatum; *Chriſtoph. Stymmelius*, *Georg. Ratallerus*, *Jo. Lauterbachius*, Poëtæ: *Paulus Wittichius*, *David. Volckenſteinius*, *Tilem. Stella*, *Paulus Fabricius*, Mathematicâ ſcientia incluti, innumerique plures.

Expeditis Germaniæ illuſtrioribus viris nunc Exteros in omni doctrinarum genere celebriores ſparſim poſitos, ſed per claſſes ex ſingulorum profeſſione diſtinctos, enumerabimus: Eruditi exteri.

[Jo. MONLUCIUS, Condomenſis Gallus, Epiſcopus Valentiæ, Concionator facundiſſimus, multisque Legationibus cum laude perfunctus, ob. 1578. *Thuan. lib. 68. p. 325. Sammarth. Elog. lib. 3. p. 3. Freher. p. 246.*] Theologi.

[STANISLAUS HOSIUS, Cracovienſis Polonus, Epiſcopus Varmienſis & Cardinalis, eruditionis ac eloquentiæ laude inter ſuos celeberrimus, fidei præ-

præterea Catholicæ propugnato acerrimus, & Concilii Tridentin Præſes, nat. 1503. ob. 1579. Bibliothe câ Academiæ Cracovienſi, cum an nuo cenſu in illius augmentum, le gatâ. Multa edidit unô volumin junctim excuſa. Vitam ejus deſcri pſit *Stanislaus Reſcius. Thuan. lib. 68. p. 355. Ghilin. Theatr. Ital. Vir. liter. Fre ber. p. 45.*]

[FRANCISCUS FORERIUS, Olyſſipo nenſis Luſitanus, magnæ eruditioni Theologus, & Profeſſor Conimbr cenſis, in Concilio Tridentino Secre tarius, in pleroſque Sacri Codic libros editis Commentariis clarus. o 1580. *Thuan. lib. 70. p. 404. Freber. p. 245.*]

[HIERON. OSORIUS, Olyſſiponen ſis, Theol. Profeſſor Conimbricenſi & poſtea Epiſcopus Silvenſis, ob. 158 varia ſcripta tùm Theologica tùr Philoſophica edidit, inter quæ libri d Nobilitate Civili & Chriſtianâ notiſſ mi ſunt. Vitam ejus conſcripſit *Hi ron. Oſorius* fratris filius. *Freb. p. 246. ſq.*

[BARTHOL. MEDINA, à patria ſic d ctus, Theologiæ Scholaſticæ in Aca Salmanticenſi Profeſſor, ob. 158

Ed

Edidit Compendium Caſuum Conſcientiæ; Expoſitionem Operum Thomæ Aquinatis; & in ejusdem primam Secundæ, & Tertiam partem Theolog. Scholaſticæ Commentarium. *Ghilin. Theatr. Ital. Vir. liter. Freher. p.* 249.]

[JAC. BILLIUS PRUNÆUS, Gallus, Vir pius & religioſus, Gilberto Genebrardo familiaris, ob. 1581. Multa ex Damaſceno, Chryſoſtomo, Baſilio, potiſſimum Nazianzeno, tranſtulit, ſuoque ingenio plurima meditatus eſt. *Thuan. lib.* 74. *p.* 533. *Sammarth. Elog. lib.* 3. *p.* 18. *Freher. p.* 251.]

[PETR. CIACCONIUS, Toletanus Hiſpanus, Varro ſui temporis, idemque Theologus inſignis; Chriſtophoro Clavio in corrigendo Calendario adjutor, nat. 1527. ob. 1581. Scripſit de Triclinio, Ponderibus, Menſuris, Numis, & multa alia: Saluſtium etiam ac Julium Cæſarem notis illuſtravit. *Thuan. lib.* 74. *p.* 534. *Ghilin. Theatr. Ital. Vir. lit. Jan. Nic. Erythræus part.* 1. *Pinacoth cap.* 112. *Freher. p.* 251.]

[PETR. BOQUINUS, Gallus, primum Wittebergæ Theologiam excoluit, deinde Petr. Martyrem ſecutus Cal-

vinianorum ſententiam eſt amplexus, & Argentorati, Biturigibus in Gallia, Heidelbergæ ac Lauſannæ docuit; Colloquio etiam Maulbrunnenſi interfuit. Scripſit examen libri de præſentia corporis Chriſti in S. Cœna à Tilem. Heshuſio compoſiti pro multipræſentia, item, exegeſin divinæ Communicationis, & alia. obiit, 1582. *Melch. Adam. p.* 143. *Freher. p.* 253.]

[Jo. MALDONATUS, Hiſpanus, Soc. Jeſ. Franciſci Toleti diſcipulus, Theologiæ Profeſſor Romæ ac Lutetiæ, ob. 1583. Scripſit Commentarios in Sacram Scripturam, & Caſus Conſcientiæ. *Thuan. lib.* 78. *p.* 636. *Petr. Ribadeneiræ Catal. Script. Soc. Jeſu, Freher. p.* 255. *ſq.*]

[GENTIANUS HERVETUS, Gallus, Theologus Pariſienſis Pontificius, Claudii Albaſpinæi in Gallia, & Arturi Poli in Anglia Præceptor, Græcis in Latina vertendis nobilis, natus 1499. ob 1584. Idem Orationes tres de alenda & radenda barba ſcripſit. *Thuan lib.* 80. *p.* 715. *Freher. p.* 257.]

[Jo. FRANCISCUS COMMENDONUS, Venetus, Cardinalis, multis legationibu cũ laude obitis clarus, ob. 1584. *Thuan l.* 80. *p.* 716. *Freh. p.* 50.]

[FRAN

[FRANCISCUS TURRIANUS, Legionenſis Hiſpanus, Theologus, Philoſophus, Philologus ac Antiquarius inſignis, ob. 1584. Ingolſtadii ac Romæ docuit, multisque editis libris inclaruit. *Thuan. lib. 80. p. 716. Freher. p. 259.*]

[GUIL. SIRLETUS, Cardinalis ac Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, Stili oppido Calabriæ natus 1514. denatus 1585. Vir omni diſciplinarum genere excellens, & trium linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ ac Græcæ peritiſſimus, variisque ſcriptis inclutus. *Thuan. lib. 82. p. 60. Ghilin. Theatr. Ital. Vir. Lit. Freher. p. 51.*]

[LUDOV. CAPPELLUS, Gallus, Reformatus Paſtor & Profeſſor Eccleſiæ Sedanenſis in Thalmudicis verſatiſſimus, natus 1534. mort. 1586. Hiſtoriæ Apoſtolicæ Genevæ Anno *1634.* recuſæ; itemque Commentarii in Apocalypſin Johannis aliorumque ſcriptorum auctor. *Freher. p. 264.*]

[Jo. FOXUS, Anglus, itidem Theologus Reformatus, & in Academia Oxonienſi Profeſſor trium linguarum peritiſſimus, natus 1517. ob. 1587. Inter ingenii, quæ reliquit, monumen-

ta eminent, Commentar. rerum in Eccleſia geſtarum, maximarumque per Europam perſecutionum à Wiclefi ad ſuam ætatem; item, Martyrologium, quod inſcribitur acta & monumenta Eccleſiæ Anglicæ Tom. II. comprehenſa; & meditationes in Apocalypſin Johannis, & alia. *Freher. p. 269.*]

[Andr. Duditthius, Hungarus, Quinqueeccleſienſis Epiſcopus, ac trium Impp. Conſiliarius & Legatus, variarum linguarum artiumque peritia clarus, & Tullianæ Eloquentiæ ſectator, obiit Vratislaviæ 1589. multis Legationibus cum ſumma prudentia laude perfunctus. *Thuan. lib. 96. p. 476 Freher. p. 913.*]

[Aloysius, ſ. Ludov. Granatensis, Hiſpan. Theologus, Philoſophus ac Concionator diſertiſſimus, nat. 1505. ob. 1589. Multa ſcripſit ac edidit linguâ Hiſpanica, quæ XIV. voll. comprehenſa Antuerpiæ excuſa, inque varias linguas converſa ſunt. *Freher. p. 275.*]

[Petr. Picharellus, Monachus Gallus, trium linguarum peritia præſtans, Comment. in Matthæum, Lucam & Epiſtolas Pauli celebris, ob. 1590. *Thuan. in vit. ſua. Freb. p. 276.*]

[Fran-

[FRANC. RIBERA, Hiſpanus, Theologus Latinè Græcè & Hebraicè doctiſſimus, obiit Salmanticæ, ubi Theologiam magnâ nominis famâ docuit, 1591. Evulgavit Commentarios in XII. Prophetas minores, Apocalypſin, Epiſtolam Pauli ad Hebræos, & alia. *Ribaden. Catal. Script. S. Jeſ. Freb. p. 282.*]

[ANTON. SADEEL, Gallus, Reformatus Theologus, natus 1543. ob. 1591. Lutetiis, Aureliæ ac Genevæ docuit, variisque Synodis interfuit, & plurima Scripta Theologica edidit, quatuor Tomis poſtea conjunctim excuſa. *Melch. Adam. Vit. Theol. exter. p. 153. ſqq. Freher. p. 283.*]

[CLAUDIUS SANCTIUS, Epiſcop. Ebroicenſis, Concionator egregius, ac Theologus eruditus, Concilio Tridentino & Rotomagenſi, quod ipſe edidit, aliisque colloquiis interfuit, ob. 1591. *Genebr. in Chron. Verderius in Biblioth.*]

[ALPHONSUS SALMERON, Toletanus Hiſpanus, inſignis inter ſuos Theologus ac Concionator, primusque in regno Neapolitano Præpoſitus generalis, variorum Comment. S. Scripturæ auctor ob. 1595. *Ribadeneir. Catal. Script. Soc. Jeſ. Freh. p. 292.*]

[Guil. Whitakerus, Lancaſtrenſis Anglus, Theologiæ Profeſſor celeberrimus, Collegii S. Johannis Cantabrigienſ. Præfectus, Rob. Bellarmini, quem in X. controverſiis refutavit, aliorumque Pontificiorum adverſarius, eruditione, probitate ac ſcriptis inclutus, ob. 1595. *Thuan. lib.* 113. *p.* 571. *Melch. Adam. l. c. p.* 163. *Freher. p.* 294.]

[Philippus Nerius, Florentinus, magni nominis inter Pontificios Theologus, auctorque Cæſari Baronio, ut Annales adverſus Centuriatores Magdeb. ſcriberet, ob. 1595. cum Ignatio Loyola & Franciſco Xaverio an. 1626. in Sanctorum numerum relatus. Ejus vitam ſcripſit *Anton. Gallonius. Thuan. lib.* 113. *p.* 571. *Freher. p.* 294.]

[Franciſc. Toletus, Cordubenſis Hiſpanus, Cardinalis, Theologus juxta ac Philoſophus doctiſſimus, ob. 1596. Salmanticæ primùm, poſt Romæ Theologiam docuit, hinc tribus Pontificibus à concionibus ſacris fuit, ob. 1596. relictis ſcriptis Theologicis & Philoſophicis. *Ribadeneir. Catal. Script Soc. Jeſ. Thuan. lib.* 117. *p.* 700. *Freber. p.* 58.]

[Lambertus Danæus, Aurelianenſis Gal-

Gallus, Paſtor Eccleſiæ Geneveníis, in Patrū lectione verſatiſſimus, ob. 1596. Cujus plurima extant ſcripta Theologica, Exegetica & Philoſophica. *Thuan. lib. 117. p. 702. Melch. Adam. p. 177. Freber. p. 298.*]

[EMANUEL SA, Luſitanus, Theologus, Philoſophus ac Concionator egregius, ſcriptisque inclutus, inter quæ illius Notationes in univerſam S. Scripturam reliquis præferri merentur, obiit 1596. *Ribadeneiræ Catal. Script. Soc. Jeſ. Freher. p. 302.*]

[GILBERTUS GENEBRARDUS, Avernus, Benedictinus, Turnebi, Carpentarii & Sanctii diſcipulus, Philologus ac Chronologus inſignis, linguæ Hebraicæ, cujus peritiſſimus erat, Pariſiis Profeſſor regius, poſt Archiepiſcopus Aquenſis; quâ tamen dignitate ob acerbiores in Regem conciones exutus Heduis Sacerdotium nactus eſt. obiit 1597. ſcripſit in Pſalmos, contra Antitrinitarios, Chronographiam usque ad an. 1584. continuatam poſtmodum à Jo. March. Medico; Liturgiam Apoſtolicam, verſionem Joſephi &c. *Thuan. lib. 119. Sammarth. Elog. lib. 4. p. 102. Freher. p. 59. Bolduan. in*

Biblioth. Hiſt. p. 72. ſq. Morerius in Diction. Hiſt. & Hofm. Lex univ. p. 689.]

[ROBERTUS ROLLOCUS, Scotus, primum, Andreapoli Philoſophiam, poſtea Theologiam Edinburgi docuit, nat. 1555. ob. 1598. Scripſit Commentarios in aliquot Pſalmos, Danielem, S. Johannem, Epiſtolas Pauli ad Epheſios, Theſſalonicenſes, Coloſſenſes, & alia. *Melch. Adam. p. 179. ſqq. Freher. p. 304.*]

[ALPHONSUS CIACCONIUS, Hiſpanus, Ord. Prædicat. omnis antiquitatis peritiſſimus, ob. 1599. Inter alia vitas ac res geſtas Pontificum Romanorum & Cardinalium cum eorundem inſignibus edidit. *Thuan. lib. 122. p. 866. Ghilin. Theatr. Ital. Vir. liter. Freh p. 276.*]

[GARSIAS LOAISA, Nobilis Hiſpanus, Theologus Complutenſis, poſt Philippi III. Hiſpan. R. ſtudiis præfectus, hinc Archiepiſcopus Toletanus, ob. 1599. ætat. 65. Conciliorum Hiſpaniæ collectione famam adeptus. *Thuan lib. 122. fin. Freher. p. 60.*]

[JOSEPH. ACOSTA, Methymnenſis Hiſpanus, Præpoſitus Provincialis in Peru, Rector Collegii Salmanticenſis, obiit 1599. Hiſtoria naturali & morali

rali Indiæ, ac de natura novi orbis, aliisque notiſſimus. *Ribadeneiræ Catal. Script. Soc. Jeſ. Freher. p.* 307.]

[BLASIUS VIEGAS, Luſitanus & in Academ. Eborenſi Theologiæ Profeſſor, ob. 1599. Cujus Commentarii Exegetici in Apocalypſin Apoſtoli S. Johannis apud eruditos magno in pretio habentur. *Ribadeneiræ Catal. Script Soc. Jeſ. Freher. p.* 308.]

[Eodem etiam anno deceſſit PETRUS FONSECA, itidem Luſitanus, Theologus ac Philoſophus inſignis, Rector Collegii Conimbricenſis, & Epiſcopus Japonenſis. Ejus extat accuratus in Metaphyſica Ariſtotelis in linguam latinam ab ipſo translatam Commentarius, & alia. *Freher. p.* 309.]

[His ex *Frehero* addantur alii eruditione pariter ac ſcriptis clari, *Franciſc. Garſias*, Theol. Profeſſor Tarraconenſis, auctor emendationum in D. Thomam ; *Laur. Humeredus*, Anglus, Theol. Reformatus, & Profeſſor Oxonienſis ; *Joſeph. Anchieta*, Braſiliæ Apoſtolus ; *Eduard. Sandius*, ſcriptor itinerarii Legatorum nomine 4. Principum Japonenſium ad Pontificem miſſorum ; *Robertus Perſonius*, Anglus,

excitatis paſſim ſeminariis Jeſuiticis, ſcriptisque clarus; *Flaminius Nobilius*, Italus, verſione Bibliorum in linguam Latinam celebris; *Caſpar. Sanchez*, Hiſpanus, ſcriptis concionibus, per Franc. Labatam II. Tomis editis notus; *Paulus Argolus*, Andreæ, Mathematici clariſſimi frater; *Stanislaus Warſevicius*, *Franciſc. Bonaventura*, Hiſpanus, moralium ſcriptor; *Franciſc. Panigarola*, Mediolanenſis, Epiſcopus Aſtenſis; *Lucas Pinellus*, Italus, *Jo. Slangendorffius*, Theologus Danus; *Jac. Uviecius*, Polon. Philologus ac Concionator diſertus; *Alphonſus Piſanus* actorum & Canonum primi œcumenici Nicæni Concilii editor.]

Jureconſulti INter Jureconſultos exteros Rudolphi II. ætate vitam cum morte commutarunt:

[DIDACUS COVARRUVIAS, Hiſpanus, magnæ famæ ac eruditionis JCtus, Epiſcopus Segovienſis, & Senatûs Regii Præſes, nat. 1512. mort. 1577. Cujus Opera in magno, uti debent, pretio apud JCtos habentur. *Thuan. lib. 64. p. 210. Ghilin. Theatr. Ital. Vir. liter. Freher. p. 874.*]

[AN-

[ANTON. CONTIUS, Gallus, Avarici Biturigum, & Aureliæ Juris Civilis ac Canonici interpres doctiſſimus, plurimisque, in lucem emiſſis ſcriptis celeberrimus, ob. 1577. *Thuan. lib.*64. *p.* 210. *Freber. p.* 880.]

[HUBERTUS LANGVETUS, Gallus, Electoris Saxoniæ, poſt Ducis Arauſionenſis Conſiliarius, ob. 1581. Scripſit epiſtolas Politicas lectu digniſſimas, & alia. Eidem etiam à nonnullis tribuuntur L. Junii Bruti Vindiciæ contra Tyrannos. *Thuan. lib.* 74. *p.* 532.]

[TIBERIUS DECIANUS, Italus, Juris Profeſſor Patavii, nat. 1508. ob. 1581. editis Conſiliis & Reſponſis aliisque ſcriptis inclutus. *Freber. p.* 885.]

[M. MANTUA BONAVITUS, vel Benafidius, Italus, Juris Profeſſor Patavii, natus 1489. ob. 1582. æt. 93. relictis plurimis ingenii monumentis. *Freber. p.* 888.]

[MARTINUS ab ASPILCUETA, Doctor Navarrus, jure Pontificio & Caſibus Conſcientiæ clarus: Salmanticæ primum, deinde Conimbricæ Juris Pontificii Profeſſor, nat. 1492. obiit Romæ 1586. ætat. 94. *Thuan. lib.* 84. *p.* 111. *Ghilin. Theatr. Ital. Vir. Lit. Freber. p.* 902.

Vi-

Vitam ejus deſcripſerunt *Simon Magnus Eburo* & *Julius Roſcius Hortinus*.

[Franciſc. Rualdesius, Gallus, Auguſtoriti & Toloſæ magnæ eruditionis JCtus, ſed nullis fere editis ſcriptis celebris, ob. 1589. *Thuan. lib. 96. p. 474. Freher. p. 912. ſq.*]

[Franciſc. Hottomannus, Pariſiis natus, gente Sileſius, ſummæ eruditionis JCtus, multisque de Jure & aliis ad antiquitatis ac elegantioris literaturæ illuſtrationem editis operibus, à Jac. Lectio conjunctim poſtea publicatis, clarus: Jac. Cujacio palmam dubiam fecit; ob religionem lanienæ Pariſienſis tempore Baſileam ſe recepit, ubi an. 1591. mortuus. *Thuan. lib. 99. p. 98. Sammarth. elog. lib. IV. p. 73. Freher. p. 916.*]

[Jacob. Cujacius. Toloſanus, Avarici Biturigum Juris Profeſſor, ac inſtaurator celeberrimus, præſertim antiquitatis, & Græcæ linguæ cognitione famam ſuam extulit. natus 1532. ob. 1590. Opera ejus Francofurti, Genevæ & Pariſiis junctim prodierunt. Vitam ejus deſcripſit *Papirius Maſſonius*. Laudes ex P. Pithœo repetit *Thuanus*, & ſuas addit *lib. 99. p. 99. Sammarth. Elog. lib. IV. p. 70. Freher. p. 919.*]

[Hu-

[Hugo Donellus, Gallus, perpetuus Cujacii adverſarius, Avarici Biturigum, Heidelbergæ, Lugduni Batavorum, poſtremò Altorffii Jus docuit, ſcriptisque eruditis illuſtravit, nat. 1527. ob. 1591. *Thuan. lib.* 100. *p.* 139. *Freher. p.* 924.]

[Guido Pancirollus, Regienſis Lombardus, Taurini ac Patavii Juris Profeſſor eleganter doctus. nat. 1516. ob. 1591. Multa eruditè ſcripſit & edidit, inter quæ Rerum memorabilium deperditarum ac noviter inventarum libri, ab Henrico Salmuth notis illuſtrati; item Commentarii in notitiam dignitatum utriusque imperii, & Theſaurus variarum lectionum eminent. *Jac. Philip. Tomaſin. in Elog. vir. Illuſtr. p.* 187. *ſqq. Freher. p.* 925.]

[Guarinus Piso, Patavinus, Hieronymi Cagnoli auditor, primùm Patavii, poſtea Piſis Juris Profeſſor clariſſimus, ob. 1591. Scripſit de feudorum uſu, & de Romanorum ac Venetorum Magiſtratuum inter ſe comparatione. *Freher. p.* 926.]

[Barnabas Brissonius, JCtus Gallus, Senatus Pariſienſis Præſes, tempore Ligæ Pariſiis à ſeditioſa plebe ſtran-

gu-

gulatus an. 1591. Vir Juris Romani omniſque antiquitatis peritiſſimus. Cujus inter alia extat opus egregium de formulis & ſolennibus populi Romani verbis, ex ipſis Romanæ prudentiæ penetralibus collectum, it. de verborum ſignificatione libri, auctiores à Jo. Chriſtiano Ittero editi; & de regio Perſarum Principatu. *Thuan, lib.* 102. *p.* 159. *ſq. Sammarth. Elog. lib. IV. p.* 82. *ſq. Freber. p.* 926.]

[GABRIEL. PALÆOTUS, Bononienſis, Cardinalis, divinarum juxta & humanarum rerum ſcientiſſimus, obiit Romæ 1597. *Thuan. lib.* 119. *p.* 772.]

[Præter hos ad Rudolphi II. tempora referendi: *Mich. Cabedius*, Luſitanus, JCtus Latinis Græcisq; literis excultus, & Poëta elegans; *Bonus Broacus*, Prof. Toloſanus, *Franciſc. Venerius*, Senator Venetus, *Sebaſt. Monticulus*, Vicentin9, Profeſſor Juris Patavii; *Henr. Sydnejus*, Anglus, primus Statutorum Hibernicorum editor; *Laur. Caſtellus*, & *Terentius Terentianus*, Patavini Profeſſores.]

Medici. MEdicorum exterorum tempore Rudolphi II. defunctorum præcipui atq; celebriores ſunt hi: [Jo.

[Jo. Gorræus, Gallus, Medicinæ Profeſſor Pariſinus, natus 1505. denatus 1577. Definitiones Medicas, Nicandri, Poëtæ Græci, Theriaca & Alexipharmaca verſibus latinis expreſſa cum notis evulgavit. *Thuan. lib. 64. p. 210. Sammarth. elog. lib. 3. p. 10. Schenck. Biblioth. Med. p. 308. Linden. renov. p. 595. Freher. p. 1275.*]

[Petr. Andr. Matthiolus, Medicus Senenſis, doctiſſimô in Dioſcoridem Commentario, aliiſque ſcriptis celebris, ob. 1577. *Thuan. lib. 64. p. 211. Schenck. p. 439. Linden. renov. p. 876. Freher. p. 1274.*]

[Petrus Nonius, Medicus Luſitanus, Henrici, Cardinalis & Regis Portugalliæ Præceptor, poſtea Conimbricæ Mathematicarum artium Profeſſor, ob. 1577. *Thuan. lib. 64. p. 211. Freher. p. 1274.*]

[Anton. Mizaldus, Monlucianus Gallus, Medicus, Philoſophus, & Mathematicus inſignis, ob 1578. Scripſit quamplurima, inter quæ rerum memorabilium centuriæ, & admirabilium operum naturæ commentarioli notiſſimi. *Thuan. lib. 65. p. 255. Ghilin. Theatr. Ital. Vir. Liter. Linden. renov.*

nov. p. 75. Schenck. p. 60. ſq. Freber. p. 1276.]

[JO. BAPTISTA RASARIUS, Novarienſis Medicus, verſione operum Oribaſii ex Græco in Latinum inclutus, obiit 1578. *Thuan. lib. 65. p. 256. Schenck. p. 284. Linden. renov. p. 537. Freber. p.* 1276.]

[FRANCISCUS VALERIOLA', Medicus & Auguſtæ Taurinorum Profeſſor doctiſſimus, obiit 1580. Ejus extant præter alia Loci Communes, Enarrationes & Obſervationes Medicinales. *Schenck. p. 172. Linden. renov. p. 301. Freber. p. 1278.*]

[JAC. PELLETARIUS, Cænomanus, Medicus, Mathematicus & Poëta egregius, ob. 1582. relictis variis ingenii monumentis. *Thuan. lib. 76. p. 581. Sammarth. elog. lib. 3. p. 24. Schenck. p. 259. Linden. renov. p. 491. Freb. p.* 1279.]

[LAURENT. JOBERTUS, Valent. Delphinas, Medicus regius Monspelienſis, 1582. mortuus. Plurima ſcripſit II. voll. excuſa. *Thuan. lib. 76. p. 581. Petr. Caſtellan. vit. illuſtr. Medic. p. 225. ſqq. Schenck. p. 367. ſqq. Sammarth. Elog. lib. 3. p. 31. Linden. renov. p. 733. Freber. p.* 1279.]

[Lu-

[LUDOV. DURETUS, Seguſianus, regius Profeſſor Pariſ. interpres Hippocratis doctisſimus. nat. 1527. ob. 1586. *Linden. renov. p. 761. Schenck. p. 384. Freber. p. 1285.*]

[AUGER. FERRERIUS, Toloſanus, Medicus & Mathematicus celeberrimus, Jul. Cæſ. Scaligero familiaris, mort. 1588. Veram medendi methodum, & de inſomniis ſcripſit. *Thuan. l. 89. p. 265. Sammarth. elog. lib. 3. p. 53. Schenck. p. 78. Linden. renov. p. 95.*]

[HIERON. CAPIVACCIUS, Nobilis Patavinus, Medicus & Philoſophus præſtantiſſimus, ob. 1589. auctor plurium ſcriptorum, quæ 5. voll. Francof. prodierunt. Vitam ejus deſcripſit A. T. Privatus, & cum methodo, ſ. arte curativa edidit. *Jac. Phil. Tomaſin. elog. vir. doct. Schenck. p. 226. ſq. Linden. renov. p. 413. Freher. p. 1291.*]

[JUL. ALEXANDRINUS à Neuſtein, Tridentinus, aliquot Imperatorum Medicus, nat. 1506. denat 1590. Ejus inter alia habentur annotationes in præcipua ſcripta Galeni. *Thuan. l. 98. p. 101. Linden. renov. p. 717. Schenck. p. 358. ſq. Freber. p. 1292.*]

[ANUTIUS FOESIUS, Medicus Pariſinus,

ſinus, Hippocratis illuſtrator, nat. 1528. ob. 1596. *Schenck. p. 67. ſq. Linden. renov. p. 84. Freher. p. 1296.*]

[ALEXANDER MASSARIA, Profeſſor Patavinus, Galeno addictiſſimus, ob. 1598. Scripſit de morbis mulierum; de peſte; de pulſibus & urinis; item, Reſponſorum & Conſultationum Medicorum librum, &c. *Schenck. p. 24. ſq. Linden. renov. p. 24. Freher. p. 1301.*]

[CASPAR TAGLIACOTIUS, Bononienſis, Medicus & Chirurgus excellentiſſimus, nat. 1553. denat. 1599. cui liber de Curtorum chirurgia per inſitionem magnum inter Medicos nomen conciliavit. *Ghilin. Theatr. Ital. Vir. lit. Linden. renov. p. 163. Freher. p. 1303.*]

[Inſuper his annumerandi *Bartholomæus Arnigius, Benedictus Patina, Jac. Dalechampius*, Commentariô in Plinii Hiſtor. natural. aliisque notiſſimus; *Gabr. Fraſcata*, Medicus & Aſtrologus præſtans; *Bernhardus Triviſſanus*, Prof. Patavinus. *Jo. Franciſcus*, Medicus & Prof. Hafnienſis ſcriptis clariſſimus; *Archilejus Carcanus*, Medicus Ticinenſis, Commentariô in aphoriſmos Hippocratis notus; *Jul. Caeſ. Arantius*, Chirur-

rurgus & Anatomicus Bononienſis ſcriptis celebris; *Aloyſius Triſſinus*, Prof. Vicentinus; *Jac. Anton. Cortuſus*, herbæ Cortuſæ inventor, *Marcus Oddus*, *Bernardinus Paternus*, Patavini Profeſſores; *Fabritius Boitus*, qui libro de cognoſcendi, curandi & præſervandi febres peſtilentes inclaruit; *Nicol. Abrah. Frambeſarius*, Canonum Medicinalium & Chirurgicorum ſcriptor; *Albert. Bottonus*, *Jo. Thomas Minadous*, Patavini Profeſſores, *Paulus Cigalinus*, prælectionibus de vera Plinii Secundi patria nomen adeptus, *Jo. Anton. Turcus*, Medicus Veronenſis, aliique.]

E Philoſophis exteris huc ſpectant: Philoſophi.

[Bernardinus Tomitanus, Philoſophus ac Medicus Patavinus variis in lucem emisſis ſcriptis clarisſimus, 1576. mortuus. *Jo. Imperial. Muſ. Hiſtor. p. 48. Freher. p. 1472.*]

[Petr. Danesius, Gallus, Regis Franciſci II. Præceptor, ac Lutetiæ linguæ Græcæ Profeſſor, ob. 1577. *Thuan. lib. 64. p. 210. Sammarth. elog. lib. 1. p. 17. Freher. p. 1479.*]

[Remigius Bellaqua, Poëta Gallus felicisſimus, mort. 1577. ſcripſit Ru-

ſtica, de lapidibus pretioſis &c. *Thuan. lib.* 64. *p.* 211. *Sammarth. elog. l.* 3. *p* 12.]

[Eod. anno HANNIBAL CRUCEJUS, Mediolanenſis, ab Epiſtolis Senatus, literis Latinis ac Græcis excultus, Poëta item perelegans, Achillis Tatii (non ut perperam ſcribitur Statii) interpres doctiſſimus. Cujus etiam extant Epiſtolæ nomine Senatûs Mediolanenſ. ad Pontifices, Impp. Reges ac Principes ſcriptæ. *Thuan. l. c. Freher. p.* 875.]

[Eodem anno JO. BARROSIUS, Luſitanus, Indicâ Hiſtoria clarus. *Thuan. ibid.*]

[LUD. ANDR. RESENDIUS, Poëta, Philologus ac Theologus inſignis, eod. an. 1577. deceſſit. *Thuan. ibid.*]

[Hunc eodem anno excepit, THOMAS SMITHUS, Anglus, rerumque Anglicarum peritiſſimus, Eques Auratus, & Reginæ Eliſabethæ Conſiliarius, qui de Republ. Anglorum opus eruditum, ſed imperfectum, itemque Commentarium de re numaria, reliquit. *Thuan. lib.* 64. *p.* 226. *Freher. p.* 873.]

[PETRUS LESCOTUS, Gallus, Mathematicorum ac Architectorum omnium ſuæ ætatis facilè princeps, ob. 1578. *Thuan. lib.* 65. *p.* 256.]

[ALE-

[ALEXANDER PICCOLOMINÆUS, Senenſis, ibique Archiepiſcopus, Vir omnium literarum genere inſtructisſimus, ob. 1578. Senex Ariſtotelem illuſtravit, & alia ſcripta edidit. *Thuan. l. 65. fin. Freher. p. 1473.*]

[JO. BAPTISTA HADRIANIUS, Florentinus, obiit 1579. Hiſtoriæ Franciſci Guicciardini continuator, ex quo plura, quam ex quovis alio ſe ſumſiſſe profitetur *Thuan. lib. 68. fin.*]

[EMANUEL TREMELLIUS, gente Judæus, natione Italus, linguæ Hebraicæ peritisſimus, Hornbaci, Heidelbergæ, Divioduri ac Sedani docuit; obiit 1580. Præter Grammaticam Chaldaicam & Syriacam, Biblia ex Hebræo translata brevibusque ſcholiis illuſtrata, Novum etiam Teſtamentum Syriacum, unà cum verſione in lucem emiſit; ob quod tamen à Gilb. Genebrardo & Theoph. Raynaudo plagii accuſatus, quaſi nempe Guidonis Fabricii Boderiani laborem ſibi vendicaverit; ſed ab hoc crimine eum liberat Franc. Junius Dialogo colloquentis cum Genebrardo Tremellii quaſi jam mortui, ejusdem operibus Theologicis ſub titulo *Specularii* inſerto. Vid.

Jac. Thomaſ. de plag. liter. §. 427. 566. 567. *Vinc. Placcius de Script. & Scriptor. Anonym. & Pſeudonymis p. m.* 193. *Ja. Deckherr. in conjectur. p. m.* 27. Add. *Melch. Adam. in Vit. Theol. exter. p.*142. *Freher. p.* 248.]

[GUIL. POSTELLUS, Neuſtrius, Matheſeos, Philoſophiæ & multarum linguarum cognitione clarus. Ob ſparſos in religione errores, & præcipuè quod Chriſtum ſolis maſculis datum contenderet, accuſatus ex Gallia in aulam Ferdinandi Cæſaris conceſſit, inde iisdem ejuratis ad priſtinum docendi munus rediit; ſed mox ad priora relapſus in Monaſterium D. Martini detruſus eſt, in quo an. 1581. vitam finiit, relictis variis ſcriptis, inter quæ ſunt: Clavis abſconditorum; de moribus, religione & Republ. Turcarum libr. 3. Gallicè editi; de Republ. ſeu Magiſtratibus Athenienſium liber; de Originibus ſ. antiquitate linguæ & gentis Hebrææ, deque variarum linguarum affinitate. *Thuan. lib.* 74. *p.* 533. *Sammarth. elog. lib.* 3. *p.* 22. *Freher. p.* 1474. *ſq.* Add. *Dan. Georg. Morhof. Polybiſt. lib.* 1. *c.* 8. *p.* 73. ubi ipſum contra Theoph. Raynaudum ab Atheiſmo defendit.] [Jo

[Jo. Baptista Camotius, Italus, obiit 1581. Philoſophiam Hiſpali docuit, poſt à Pontifice Romam vocatus Græcorum ſcripta interpretatus eſt, & commentarios in Theophraſti Metaphyſicam aliaque plura edidit. *Thuan. l. c. p. 534.*]

[Hubertus Folieta, Genuenſis, Hiſtoricus præſtantiſſimus, & ferè ſolus Paulo Jovio continuando par habitus, ob: 1581. Scripſit de laudibus Urbis Neapolis; de Republ. Genuenſi; deque ratione ſcribendæ hiſtoriæ &c. Plurima ex eo in ſuam Hiſtoriam redegit *Thuanus*, integris etiam verbis retentis, prout ipſe fatetur *lib. 74. p. 534.*]

[Eodem anno deceſſit, Francisc. Portus Cretensis, qui Ferrariæ ac Aureliæ Græcas literas docuit, ſcriptisq; ſuis eruditis illuſtravit *Thuan. l. c. p. 535.*]

[Eod. anno Francisc. Venerius, Venetus, Patavinæ Academiæ inſtaurandæ Præfectus, variis ſcriptis illuſtris. *Thuan. l. c.*]

[Georg. Buchananus, Scotus, Regis Jacobi VI. Præceptor, Hiſtoriæ Scoticæ ſcriptor elegans ac diſertus, idemq; Poëta felix, nat. 1506. obiit 1582. Præ-

ter Hiſtoriam rerum Scoticarum, libr. XX. comprehenſam, edidit Paraphraſin Poëticam Pſalmorum Davidis, ac Poëmata varia, it. de Jure regni apud Scotos Dialogum publicâ lege poſteâ in Anglia prohibitum, teſte *Camden. Hiſt. Eliſabeth part.3 p.366.* Add. *Thuan. lib. 76. p. 581. ſq. Freher. p. 1475.*]

[Jo. SAMBUCUS, Tirnavienſis Hungarus, magnæ eruditionis Medicus, Hiſtoricus, Poëta & Antiquarius, nat. 1531. mortuus 1584. Nonni, Ariſtænei, Eunapii, Heſychii, Illuſtril editione, aliisque egregiis ſcriptis clarus, *Thuan. lib. 80. fin. Freher. p. 1282.*]

[M. ANTONIUS MURETUS, Lemovicenſis Gallus, Criticus & Orator eximius, & latinè ſcribendi facultate inſignis, Lutetiæ, Romæ aliisque in locis cum admirabili applauſu docuit, nat. 1526. ob. 1585. Plurima proſâ verſuque ſcripſit, ex quibus Orationes & epiſtolæ, variæ lectiones, poëmata &c. extant. Inter infelices literatos refertur à *Theoph. Spizelio de vita & moribus literator. p. 14. Thuan. lib. 82. p. 60. Freher. p. 1477. Jo. Imperial. Muſ. Hiſt. p. 111.*]

[PETRUS VICTORIUS, Florentinus, magni

gni ingenii Criticus, ſcriptisque egregiis æternam apud poſteros famam promeritus, mortuus 1585. *Thuan. l. c. p. 61. Freher. p. 1478. Jo. Imperial. Muſ. Hiſt. p. 153.*]

[CAROLUS SIGONIUS, Mutinenſis Italus, doctrinâ, eloquentiâ & antiquitatis cognitione præſtans, nec non Hiſtoricus excellens, ob. 1585. In patria, Venetiis, Patavii ac Bononiæ humaniores literas docuit, ac varia ſcripſit, de quibus vid. *Mart. Zeiller. Ind. Hiſt. Chronol. & Georg. part. 2. p. 138. ſq.* Add. *Thuan. l. c. p. 61. Jo. Imperial. l. c. p. 58.* Judicium de ejus hiſtoria Regni Ital. legitur apud *Sagittar. Introd. in Hiſt. Eccleſ. cap. 11. p. 124. ſq.*]

[Eodem anno obiit SEBAST. ECHINUS, Venetus, Philoſophus & Antiquarius inſignis, cui famam conciliavit opus de numis antiquis, & Commentarius in Ariſtotelis Ethicam. *Thuan. l. c.*]

[Eod. anno PETRUS RONSARDUS, Gallus, Equitis torquati filius, Poëtarum ſui temporis princeps; cujus opera extant. *Thuan. l. c. Sammarth. elog. lib. 3. p. 33. Freher. p. 1478.*]

[OCTAVIUS FERRARIUS, Mediolanenſis, Philoſophus ac Medicus eru-

 ditio-

ditione ſcriptisque inclutus, obii
1586. *Thuan. lib. 84. p. 112.*]

[Hieron. Columna, Italus, variarum ſcientiarum cognitione præſtans, & Q. Ennii fragmentorum collectione nomen meritus, obiit 1586. *Thuan. lib. 84. p. 113.*]

[Franciscus Sansovinus, Venetus, Julii III. Pontif. Camerarius, cujus ſcripta Politica & Hiſtorica linguâ Italicâ editâ, ſingularem Viri peritiam ac prudentiam arguunt. obii 1586. *Ghilin. Theatr. Ital. Vir. lit. Freber p. 899.*]

[Elias Vinetus, Gallus, Criticu doctiſſimus, & omnis antiquitatis quam variis ſcriptis illuſtravit, ſcientiſſimus, ob. 1587. *Thuan lib. 88. p. 208 Sammarth. Elog. lib. 3. p. 45.*]

[Julianus Gosselinus, Romanus Hiſtoricus & Poëta illuſtris, ob. 1587 Ejus extant Epiſtolæ ac Carmina varia latinè, vita Ferdinandi Gonzagæ & alia Italicè ſcripta. *Ghilin. Theatr Ital. Vir. lit. Freber. p. 906.*]

[Bernardinus Telesius, Italus Phyſicus, Opticus & Mathematicu doctiſſimus, novæque in Philoſophia ſectæ, à nomine ipſius, Teleſianæ di

ctæ

ctæ, & Ariſtotelis potiſſimum placitis oppoſitæ, auctor. ob. 1588. *Thuan. lib. 89. p. 265. Jo. Imperial. Muſ. Hiſt. p. 79. Freher. p. 1480.*]

[SPERO SPERONIUS, Patavinus, ibiq; Philoſophiæ Profeſſor omnium literarum genere inſtructiſſimus, nat. 1500. ob. 1588. Oratione funebri ab Antonio Riccobono laudatus. Varia in lucem patriô ſermone ſcripta edidit. *Thuan. l. c. Ghilin. Theatr. Ital. vir. lit. Jac. Phil. Tomaſin. in Elog. vir. doctor. Freher. p. 1481.*]

[JO. AURATUS, Gallus, Vates Latinè Græceque doctus, Petri Ronſardi Præceptor, ob. 1588. Ejus Carmina à librariis poſt mortem præpoſterâ diligentiâ admixtis alienis in publicum protruſa. *Thuan. lib. eod. 89. p. 266. Sammarth. Elog. lib. 3. p. 55.*]

[MARTINUS CROMERUS, Polonus, Varmienſis in Boruſſia Epiſcopus, rerumque Polonicarum ſcriptor elegans ac diſertus, ſed quandoque fabulis indulgens. Mortuus 1589. *Thuan. lib. 96. p. 475. Freher. p. 914. ſq. Zeiller. Ind. Hiſt. Chronol. & Geogr. part. 1 p 32. ſq.*]

[JAC. ZABARELLA, Patavinus, acutiſſimi ingenii Philoſophus, ob. 1589.

Mul-

Multa in Logicis, Phyſicis, & de anim
ſcripſit, magni apud Peripatetico
æſtimata, & à Jo. Havenreutero, Me
dico & Philoſ. Argentorat. junctim
Francof. 1623. edita. *Thuan. lib. 96*
p. 475. ſq. Jo. Imperial. Muſ. Hiſt. p. 117
Jac. Phil. Tomaſin. Elog. vir. doct. Freber
p. 1483.]

[LUDOV. GUICCIARDINUS, *Franciſc*
ex fratre nepos, editâ accuratâ Belgi
deſcriptione, item Commentariis d
rebus memorabilibus, quæ in Euro
pa, maximè verò in Belgio, ab an
1529. usque 1560. evenerunt, inclu
tus. Obiit Antuerpiæ 1589. *Thuan. l. a*
fin.]

[GUIL. SALUSTIUS BARTASSIUS, Poët
Gallus celebris, cujus Hebdomas ſa
cra, Mundi creationem elegan
tiſſime deſcribens, applauſum ſecul
meruit, obiit 1590. Ejus Carmina in
varias poſtmodum linguas converſ
ſunt. *Thuan. lib. 99. p. 99. Sammarth*
elog. lib 4. p. 79.]

[JASON DENORES, Cyprius itidem
Poëta, ac in Gymnaſio Patavino
Philoſophiæ Profeſſor, vir genere,
eruditione ſcriptisque illuſtris, mor-
tuus 1590. Ob Tragicomœdias pa-
ſto-

ſtorales, Italis uſurpatas, acerrima ei fuit contentio cum Baptiſta Guarino, Equite Ferrarienſi. *Thuan.l.99.p.*100.]

[FRANCISC. SALINAS, Hiſpanus, utriusque linguæ peritiſſimus, Mathematicus etiam ac Muſicus præſtantiſſimus, ob. 1590. Salmanticæ, ubi Muſicam profeſſus, eruditiſſimos de ea libros reliquit. *Thuan.l.c.p.*102.]

[AMBROSIUS MORALES, Cordubenſis Hiſpanus, Hiſtoricus regius, ac Eloquentiæ Profeſſor in Acad. Complutenſi eod. anno deceſſit. Scripſit Annales & Antiquitates Hiſpanicas. *Thuan. l.c.*]

[MARCUS BRAGADINUS, vulgò *Mamugna* dictus, Cretenſis, Alcumiſta famoſus, ob impoſturas fraudesq; Monaci, quò ex Italia conceſſerat, 1590. capite plexus. *Thuan. l.c.*]

[JAC. AMOTUS, Melodunenſis Gallus, Regis Caroli IX. & Henrici III. Præceptor, poſt Epiſcopus Autiſſiodorenſis, ob. 1591. Diodoro, Plutarcho, aliisque Græcis ſcriptoribus in Gallicam linguam perquam eleganter translatis, magnam apud ſuos gloriam promeritus. *Thuan. lib.* 100. *p.*139. *Sammarth. elog. lib.* 4. *p.*84.]

[JO.

[Jo. ANTON. BAIFIUS, Lazari Baifi filius illegitimus, Poëta Græcus, Latinus & Gallicus inſignis, qui primus ad Veterum Græcorum & Latinorum numeros carmina Gallica effingere docuit, ob. 1591. Ejus opera Poëtica extant. *Sammarth. elog. lib.*1.*p.* 16. *Freher.p.* 1485.]

[FRIDERICUS FURIUS, Cæriolanus Hiſpanus, Philologus doctiſſimus, qu acri illa cum Bonna Siculo de Bibliis in linguam vernaculam vertendis diſceptatione, evulgatoq; Commentario de Conſiliis & Conſiliarii officio inclaruit. *Thuan. lib.* 104. *p.* 264. *Freher. p.* 1425.]

[MICHAEL MONTANUS, (*Michel de Montaigne*) Gallus, Senator Burdigalenſis, cui magnum nomen conciliavit pulcherrimum illud miſcellaneorum opus, quod *Les Eſſais* (Conatus) Gallicè inſcripſit, ob. 1592. *Thuan. lib.* 104. *p.* 264. *Sammarth. Elog. lib.*2.*p.*60 *Freher.p.* 1486.*Gumpelzheim.diſſ.p.* 117.]

[CYPR. SOAREZ, Hiſpanus, Theologiæ Prof. Complutenſis, Vir variarum linguarum artiumque ſcientiâ præſtans, ob. 1593. Ejus extant Comment. in Pſalmos, in Canticum Cantico-

ticorum, nec non de arte Rhetorica libri tres ex Ariſtotele, Cicerone & Quintiliano præcipuè depromti, *Freher. p.* 287.]

[TORQUATUS TASSUS, Neapolitanus, Italicorum poëtarum princeps, Alphonſo II. Ferrariæ Duci, & Carolo IX. Gall. Regi carus. nat. 1544. denat. 1595. Inter alia ejus carmina, linguâ Italicâ eruditè ſcripta, celebrantur *Hieroſolyma liberata, & Amyntas fabula*, paſtoralium Comœdiarum omnium prima. *Thuan. lib.* 113. *p.* 570. *Jo. Imperial. Muſ. Hiſt. p.* 132. *Jac. Phil. Tomaſin. in elog. illuſtr. Patav. Laur. Craſſus elog. vir. liter. Freher. p.* 1488.]

[PETR. ANGELUS, Bargâ Italus, Poëta itidem eruditus ac felix, in Gymnaſio Piſano humaniorum literarum Profeſſor, obiit 1596. Varia proſâ verſuque ſcripſit: illius generis ſunt, Hieroſolyma, libri de Venatione, libellus, quô Ordine Hiſtoria Romana legenda; hujus verò Ecclogæ, Carmina Græca, & quæ præcipuè laudari merentur Cynegetica ac Syrias. *Thuan. lib.* 117. *p.* 701. *Freher. p.* 1490.]

[NICOL. VIGNERIUS, Barrenſis Gallus, Hiſtoricus ac Medicus excellens,

na-

natus 1530. mort. 1596. Libros Gallicè & Latinè plurimos edidit, à *Mart. Zeillero* diligenter recenſitos *in Ind. Hiſtor. Chronol. & Geogr. part. 3. p. 249.* Præ ceteris autem magni fiunt ejus Bibliotheca hiſtorica; rerum Burgundicarum Chronicon, & Opus Chronologicum, imperiorum regnorumque initia & converſiones, veras populorum & familiarum origines eruditè explicans, *Thuan. lib. 117. p. 701. Sammarth. Elog. lib. 4. p. 99. Freher p. 1297.*

[Jo. BODINUS, Andegavenſis Gallus, JCtus, Politicus & Hiſtoricus ſummæ doctrinæ atque experientiæ, ſed infenſiſſimus Germani nominis hoſtis, obiit 1596. non ut volunt ali 1585. Scripſit de *Republ.* libros VI *Methodum Hiſtoriarum*; *in Oppiani Cynegetica Commentarium*, quem per pla gium Turnebo ſurreptum dicit *Conr. Rittershuſ. in Epiſt. ad Georg. Richter.* Porro & *Dæmonomaniam* contra Wie rum; *Naturæ Theatrum*, aliaque pu blicavit. Inprimis ejus *Theologia Naturalis* rarus eſt liber, ſed in quo nota Athei doctoris deprehenduntur. La titat & in quorundam Bibliotheci peſtifer & exitialis dialogus *de abditi*

re

rerum ſublimium arcanis, nondum editus, de quo *Morhof. Polyhiſt. liter. lib.* 1. *cap.* 8. *p.* 72. Judicium de eo vid. ap. *Thom. Lanſium in Orat. pro Germania p.* 30. *& in Orat. contra Galliam p.* 301. *ſq.* Plura habentur in *Magiri Eponymolog. Crit. p.* 137. *ſqq.* Add. *Thuan. lib.* 117. *p.* 701. *ſq. Sammarth. elog. lib.* 4. *p.* 92. *Freher. p.* 895.]

[Q. SEPTIMIUS FLORENS CHRISTIANUS, Aurelianenſis Gallus, Poëta Græcè Latineque doctiſſimus, Henrici IV. Gall. Regis Præceptor, ob. 1596. Ejus Carmina Græca, Latina & Gallica proſtant. *Thuan. lib.* 117. *p.* 702. *Sammarth. elog. lib.* 4. *p.* 93. *ſq.*]

[JO. LESLÆUS, Epiſcopus Scotus, auctor hiſtoriæ Scoticæ. obiit Bruxellis 1596.]

[PETR. PITHOEUS, Gallus, *Franciſci* frater, Hiſtoricus, Philologus & JCtus eximius, plurimisque in omni literarum genere lucubrationibus celebris, ob. 1596. Ejus inter cetera extant Hiſtoriæ Francorum & Annalium Scriptores unô volum. editi; Comment. de Comitibus Campaniæ & Briæ; Collatio Legum Moſaicarum & Romanarum; Adverſariorum ſubſeci-

vorum libri duo &c. *Thuan. lib.* 117. *p.* 703. *ſq. Sammarth. elog. lib.* 4. *p.* 97. *Freher. p.* 937.]

[FRANCISC. PATRICIUS, Senenſis, Philoſophus & Philologus Græcis Latiniſque literis egregiè inſtructus, ob. 1597. Scripſit ac edidit Parallela militaria, libros IX. de Reipublicæ, totidemque de Regni ac Regis inſtitutione, Argentorati 1608. recuſos; it. Diſcuſſionum Peripateticarum tom. IV. quibus Ariſtotelicæ Philoſophiæ univerſa Hiſtoria atq; dogmata cum Veterum placitis collata, eleganter & eruditè declarantur. *Thuan. lib.* 119. *p.* 772.]

[ALDUS MANUTIUS, Pauli filius, Aldi nepos, avitæ eruditionis hæres, ob. 1597. Vincentiæ primùm, deinde Bononiæ ac Piſis, poſtremò Romæ eloquentiam magnâ nominis famâ docuit, variaque tum Latinâ tum Italicâ linguâ ſcripſit, ex quibus extant Orthographia, Notæ in Cenſorinum, de quæſitis per epiſtolam libri III. &c. *Thuan. l. c. Freher. p.* 1491.]

[BENEDICTUS ARIAS MONTANUS, Andaluſius Hiſpanus, linguæ Hebraicæ peritiſſimus, Bibliorum Antuerpienſium

ſium quadrilinguium, Antiquitatum Judaicarum, pluriumque librorum auctor, ob. 1598. *Thuan. lib. 120. p. 801. Ghilin. Theatr. Ital. vir. lit. Rivetus tom. 2. Oper. p. 915. Freher. p. 1492.*]

[Eodem anno vita exceſſit DOMINICUS LAMPSONIUS, Brugenſis Flander, Pictor ac Poëta variâ ſcientiâ & publica functione clarus, qui vitam Lamberti Lombardi, pictoris celeberrimi, ſuique in arte pictoria Magiſtri vitam deſcripſit, in Tabulam Cebetis elegans Carmen compoſuit, Belgicos Pictores claros iconibus verſibusque illuſtravit, paſſionem Chriſti ab Alb. Dürero æri inciſam carmine Heroico ornavit, Pſalmosque pœnitentiales Lyricis verſibus reddidit. *Thuan. l. c. Freher. p. 1493.*]

[Eodem anno vivere deſiit HENRICUS STEPHANUS, *Roberti* filius, & in juvandâ re literaria æmulus. Ex cujus taberna præter alia ſcripta quamplurima prodiit Theſaurus Græcæ linguæ, magna cum cura ac diligentia congeſtus, atque à Scapula deinceps in novum ordinem recoctus. *Thuan. lib. 120. p. 801.*]

[Eod. anno PETR. GUALTER. CHA-

BOTIUS, Gallus, qui totam vitam Horatio illuſtrando impendit, mortuus eſt. *Freher. p.* 1491.]

[PAULUS PARUTA, Patricius Venetus, Hiſtoriæ patriæ ſcriptor elegans ac diſertus, ob. 1599. Præter Hiſtoriam Venetam etiam de bello Cyprio, ac de rebus Politicis Commentarios multâ prudentiâ refertos, ſcripſit. *Thuan. lib.* 122. *p.* 866.]

[JOSEPH. ZARLINUS, Italus, Muſicæ artis ſcientisſimus, eod. an. 1599. deceſſit. Scripſit Italicè Inſtitutiones ac Demonſtrationes Harmonicas, & ſupplementa Muſica. *Thuan. l. c.*]

[Pertinet quoque ad hæc tempora JO. TISSIER, ſive JO. RAVISIUS TEXTOR, Nivernenſis Gallus, celebris literator, quod egregia excellentis illius ingenii monumenta teſtantur, cujusmodi ſunt: Dialogus, Epigrammata, Epiſtolæ, Sylloge variorum Apophthegmatum, & Cornucopiæ libellus, item, Opus Epithetorum, Officina ſ. Theatrum Hiſtoricum *Morhofio* laudatum *Polyhiſt. Lit. lib.* 1. *c.* 21. *p.* 246. Mortuus Lutetiæ, & in ſacrario Collegii Navarræi ſepultus, ſed quô annô, non invenio. Vid. *Mart. Zeiller. Itiner. Gall. cap.* 2. *p.* 172. & *cap.* 4. *p.* 235.] [Ne-

[Neque indicti hîc relinquendi ſunt *Anton. Auguſtinus*, Philoſ. Antiquarius & JC. egregius; *Melch. Cerda*, Apparatu Rhetorico clarus; *Jul. Caſtellanus*, *Laurent. Gambarus*, Poëta; *Jac. Gorſcius*, Cracoviæ, & *Jac. Mazzonius*, Romæ ac Piſis Profeſſores ſcriptis incluti.]

Et hi ferè ſunt præcipui atque inſigniores ex innumero illo Eruditorum numero, qui ſeculum hoc doctrinâ ſcriptisq; illuſtrarunt; Omnes enim velle percenſere nimiæ ac ſupervacaneæ foret diligentiæ, cùm Auctori nobisque propoſitum fuerit, eos tantum in omni doctrinarum genere celebres enumerare Viros, quorum potisſimum memoria in ſcriptis extet.

Memorabilia alia.

[NAvigationes *Ricciolus* libr. & cap. ſupra laudatis refert. In quibus celebris *Franciſci Draci*, ſeu *Draconis*, *Thom. Candiſchii*, vel *Cavendishii*. Vid. *Navigationes Anglorum* à Richardo Hacluito tribus voluminibus diligentiſſimè deſcriptæ; Jo. de Laët *Nov.*

orb. lib. 3. c. 5. & 6. Camden *rer. Anglic. p.* 319. 322. & 507. Thuan. *lib.* 71 *p.* 418. *ſq.* & *lib.* 89. *p.* 256. Chytr. *Sax. p.* 793. Freher. *Theatr. Vir. Erud. p.* 140. His addendæ navigationes Belgarum per fretum Magellanicum, prima quidem *Simonis Cordeſii* & *Jac. Mahuvii*, de qua Meteranus & Moriſotus in *Orbe maritimo*, it. Jo. de Laët *lib. cit. c.* 9. altera *Oliverii Nortii*, de qua Thuan. *lib.* 124. *p.* 911. & *lib.* 126. *p.* 971. *ſqq.* H. Grotius *Hiſt. & Annal. Belg. lib.* 10.]

[Martini Forbiſſeri, Prætoris Angli, in Septentriones & occidentis tractum ſuſcepta navigatio an. 1577. Cujus Hiſtoria ex Gallico in latinum ſermonem à Jo. Thoma Freigio translata Hamburgi 1675. recuſa extat]

[Jo. Winterus primus omnium per fretum Magellanicum in Angliam rediit 1580. *Camden. p.* 323.]

[*Nova Albion* alterâ Jo. Draci expeditione eod. anno detecta, *Camden. p.* 325.]

[Anglorum navigatio per Mare Cronicum ad Indiam quærendam eod. an. 1580. *Camden. p.* 329. Rurſus à Jo. Daviſio ſub Zona frigida per ſuperiorem Americæ partem eò quæſita via 1585. *Camden. p.* 416.]

[An-

[Anno 1596. navigationes à Batavis tertiùm verſus Septentrionem inſtitutæ mirabilis hiſtoria, Grot. *Annal. Belg. lib. 5. p. 383.*]

[*Virginia*, Americæ Septentrionalis Inſula, à Gualtero Ralegho, Equite Anglo detecta 1585; *Camden. p. 415. 416. Thuan. lib. 115. p. 630.* Tuncque primùm in Angliam inducta Indica illa planta, quam *Tabaccam* vocant, vel *Nicotiam* à Jo. Nicot, Gallico Legato, qui eandem 1560. ex Luſitania in Galliam primus intulit, & Reginæ Regis matri obtulit. De qua vid. deſcriptio peculiaris Amſtelrodami 1600. incertô auctore Belgicè edita.]

[Tycho Brahe, Nobilis Danus novum mundi ſyſtema excogitavit, de quo vid. *Petr. Gaſſendus in ejus vita, & Inſtitut. Aſtronom. lib. 3. cap. 12. ſqq.*]

Prodigia Conrad. Lycoſtenes exhibet.

[Stupendæ magnitudinis Cometes apparuit 1577. d. 11. Nov.]

[Terræ motus in Anglia 1583. *Camden. p. 366.* in Pannonia, Auſtria, Moravia & Bohemia 1590. *Chytr. lib. 29. p. 820. Chriſtoph. Beſold Hiſt. Conſtantinop. part. 2. p. 1215. ſq.* In Thuringia &

Miſnia 1598. *Hiſtor. Auguſt. Tom. VII. p.* 674.]

[Ob nimium æſtatis calorem & ſiccitatem multæ Germaniæ provinciæ annonæ caritate preſſæ 1590. *Fabric. Sax. lib. 9. p.* 137.]

[Anno 1593. natus eſt puero ſeptenni dens aureus, quæ hiſtoria deſcripta eſt à *Jac. Horſtio* & *Martino Rulando*. Vid. *Hiſt. admir. p.* 52.]

[Anno 1594. tempeſtas inſolita grandinis Treviris. *Chriſtoph. Brower. Annal. Trev. Tom. III. p.* 427.]

[Inedia prodigioſa puellæ Heidelbergenſis 1585. Colonienſis 1595. De quibus, aliisque vid. *Paul. Lentuli* Reipubl. Bernenſ. Medici *Hiſtor. Admirand. Bernæ* 1604. *excuſa.*]

INDEX I.
Rerum in diverſis Orbis partibus geſtarum.

AFRICANA 13. 27. 85. 97. 131. 133.
AMERICANA 16. 41.
ANGLICA 8. 18. 41. 49. 52. 55. 57. 59. 60. 61. 63. 71. 80. 81. 82. 84. 86. 91. 92. 93. 97. 98. 101. 102. 105. 107. 122. 124. 127. 128. 133. 137. 138. 143. 146. 151. 153. 155. 156. 157. 158. 159. 161. 163. 168. 170. 171. 172. 173. 242. 243. 368. *ſqq.* 388. 498. 562. 571. 666. *ſq.* 676.

BELGICA 10. 14. 31. 36. 40. 41. 57. 83. 85. 102. 107. 109. 111. 113. 114. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 128. 129. 130. 132. 133. 135. 136. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 145. 147. 149. 151. 152. 153. 155. 158. 160. 163. 164. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 175. 367. 497. 560. *ſq.* 661. *usq; ad* 666.
BOHEMICA 19. 40. 79. 252. 375. *ſq.* 500. 565.
BRANDENBURGICA 43. 59. 61.
BRUNSVICENSIA 66. 73. 77. 78.

COLONIENSIA 54. 68. 73. 79. 147. 150. 657.
CLIVENSIA 61. 64. 69. 169. 658.

DACICA 26. 133. 378.

Da-

DANICA 27. 35. 46. 54. 57. 65. 97. 101. 113. 116. 159. 245. 371. 389. 499. 564. 572. 668. 677.

FLANDRICA 60. 62.

FRISICA 2. 19. 33. 35. 49. 174. 217.

GALLICA 1. 3. 4. 5. 15. 19. 20. 30. 35. 37. 52. 63. 67. 69. 80. 81. 82. 86. 89. 91. 94. 95. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 106. 107. 108. 109. 111. 112. 114. 117. 119. 121. 125. 128. 129. 131. 132. 133. 134. 135. 137. 140. 142. 143. 148. 151. 154. 155. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 167. 168. 169. 171. 172. 173. 175. 236. 237. 354. *usq;* 365. 387. 495. 557. *ſqq.* 570. 571. 659. *ſq.* 675.

GELDRICA 6. 7. 23. 33. 35. 50. 60. 67. 69. 215.

GERMANICA 26. 28. 32. 33. 38. 40. 42. 44. 45. 46. 47. 51. 52. 53. 56. 58. 60. 62. 63. 64. 65. 66. 68. 69. 70. 71. 73. 74. 75. 76. 81. 82. 85. 87. 88. 89. 90. 94. 97. 98. 100. 101. 102. 113. 116. 117. 124. 127. 131. 134. 136. 148. 162. 168. 174. 175. 184. *usq;* 229. 300. *usq;* 349. 381. *ſqq.* 487. *usq;* 494. 567. *ſq.* 653. *ſqq.* 674.

HAMBURGENSIA 97. 111. 143.

HASSIACA. 49. 59. 79.

HELVETICA 211.

INDEX.

HIBERNICA 131. 137. 138. 142. 153. 176.
HISPANICA 3. 6. 7. 8. 9. 27. 28. 30. 95. 97. 101. 103. 114. 119. 147. 150. 169. 174. 238 *usq;* 242. 3[illegible]6. 388. 496. *ſq.* 560. 569. 661.
HOLSATICA 72. 101. 144.

INDICA 18. 19. 21. 27. 120.
ITALICA 9. 11. 23. 30. 31. 34. 35. 39. 40. 43. 44. 46. 48. 58. 67. 68. 80. 87. 91. 94. 95. 97. 99. 103. 104. 105. 110. 115. 119. 121. 133. 134. 135. 157. 159. 163. 164. 165. 229. *ſqq.* 349. *ſqq.* 494. 556. *ſq.* 659.

LIVONICA 35. 99. 100. 107. 109. 110. 112. 125. 147. 153. 164. 166.
LUBECENSIA 50. 54. 74. 111.
LUSITANICA 1. 32. 140. 142. 144. 147. 245. 368. 498. 562. 666. 675.

MAGDEBURGENSIA 84. 85. 87.
MOSCOVITICA 18. 83. 96. 99. 100. 102. 114. 119. 125. 127. 131. 135. 139. 142. 144. 145. 146. 147. 151. 154. 162. 170. 251. 373. *ſq.* 392. 500. 565. 670. 677.

PERSICA 83. 140. 142. 146. 148. 151.
POLONICA 120. 129. 130. 132. 135. 142. 147. 154. 155. 157. 160. 161. 164. 168. 170. 249. *ſq.* 373. 391. 499. 564. 572. 659. 677.
PRUSSICA 36. 38. 83. 148. 214.

RUS-

RUSSICA, *vid. Moſcovitica.*

SAXONICA 61. 77. 78. 83. 85. 87. 88. 90. 93. 116.
SCOTICA 18. 81. 82. 105. 110. 111. 117. 118. 120. 122. 124. 127. 128. 131. 136. 148. 152. 153. 156. 157. 161. 243. 371. 499. 562. 563. 564. 571. 667.
SVECICA 8. 26. 27. 32. 33. 38. 41. 59. 65. 72. 109. 111. 113. 116. 120. 131. 139. 146. 149. 154. 162. 163. 164. 165. 170. 171. 172. 174. 176. 245. *usq;* 249. 371. 499. 564. 572. 668.

TARTARICA 135. 161.
TRANSILVANICA 87. 91. 97. 105. 126. 133.
TREVIRENSIA 38[illegible] 144.
TURCICA 3. 16. 19[illegible] 20. 23. 32. 65. 8[illegible] 86. 91. 96. 104[illegible] 105. 107. 126. 127[illegible] 128. 135. 140. 142[illegible] 146. 148. 151. 156[illegible] 165. 168. 169. 171[illegible] 172. 175. 253. 377[illegible] *usq;* 381. 501. 565[illegible] 566. 567. 572. 672[illegible]

VENETA 8. 10. 11[illegible] 12. 13. 17. 18. 2[illegible] 23. 126.

UNGARICA 20. 2[illegible] 38. 39. 41. 42. 6[illegible] 66. 87. 88. 92. 9[illegible] 115. 117. 148. 17[illegible] 252. 375. *ſq.* 39[illegible] 500. 565. 572. 671. 677.

WURTENBERGIC[illegible] 41. 50. 53. 61. 77.

INDEX II.

Doctorum Virorum, quorum partim vita, partim ſcripta in hoc libello memorantur.

A.

Acidalius *Valens*, Philoſ. Germ. 745.
Acoſta *Joſeph*. Theol. Hiſp. 760.
Adriani *Adrian*. Theol. Belg. 710.
Æmilius *Paulus* Philoſ. Ital. 462.
Æpinus *Jo.* Theol. Germ. 429.
Agricola *Georg.* Med. Germ. 446.
Agricola *Jo.* Theol. Germ. 585.
Agrippa *Henr. Corn.* Med. Germ. 443.
Aicholz *Jo.* Med. Germ. 733.
Albertius *Jo.* Theol. Dan. 615.
Alciatus *Andr.* JC. Ital. 470.
Aleander *Hieron.* Theol. Ital. 466.
Aleſius *Alexander* Theol. Scotus 584.
Alexandra *Scala* Philoſ. Itala 281.
Alexandrinus *Jul.* Phil. Ital. 769.
Amalthæi *Hieron.* & *Jo. Baptiſt.* Poëtæ Ital. 641.
Amaſæus *Romulus*, Phil. Ital. 539.
Ambsdorffius *Nicol.* Theol. Germ. 422, 583.
Amerbachius *Bonifacius*, JC. Germ. 519.
Amerbachius *Vitus*, Philoſ. Germ. 457.
Amiotus *Jacob.* Phil. Hiſp. 781.
Amſtelredamus *Alardus*, Philoſ. Belg. 452.
Anchieta *Joſeph*. Theol. Hiſp. 761.

An-

Andreæ *Jacob.* Theol. Germ. 702.
Angelus *Petr.* Poëta Ital. 783.
Antonius *Franc.* Theol. Luſit. 620.
Antonius *Theodor.* Theol. Belg. 710.
Apianus *Petr.* Philoſ. Germ. 454.
Aquino *Amelius ab* JC Ital. 464.
Arantius *Jul. Caſ.* Med. Bonon. 771.
Arcularius *Daniel*, Theol. Germ. 706.
Aretinus *Petr.* Poëta Ital. 633.
Aretius *Benedict.* Theol. Helvet. 596.
Argenterius *Jo.* Med. Ital. 627.
Argolus *Paul.* Theol. Ital. 762.
Arias *Garſias*, Theol. Hiſp. 527.
Arias Montanus *Benedict.* Philol. Hiſp. 786
Arlenius *Arnold.* Philoſ. Gallo-Brabant. 541
Arnigius *Barthol.* Med. Ital. 770.
Aſchamus *Rogerius*, Philoſ. Angl. 636.
Aſpilcueta *Martin ab* JC. Navar. 763.
Avenarius *Jo.* Theol. Germ. 703.
Aventinus *Jo.* Hiſtor. Germ. 448.
Avila *Jo.* Hiſp. Theol. 615.
Auguſtinus *Anton.* JC. & Phil. Hiſp. 789.
Auratus *Jo.* Philoſ. Gall. 779.
Aurifaber *Jo.* Theol. Germ. 587.
Aurogallus *Matth.* Philol. Germ. 453.
Ayala *Balthaſ.* JC. Germ. 718.
Ayrerus *Melch.* Med. Germ. 733.
Ayta *Viglius ab* JC. Germ. 715.

B.

Badehorn *Leonhard.* JC. Germ. 726.
Baiſius *Jo. Anton.* Poëta Gall. 782.
Baiſius *Lazarus*, Philoſ, Gall. 477.
Bairus *Petr.* Med. Ital. 535.
Balæus *Jo.* Theol. Angl. 526.
Balduinus *Franciſc.* JC. Belga 601.
Barbarus *Daniel*, Phil. Ital. 636.
Barlandus *Hadrianus*, Phil. Belg. 466.
Barns *Robertus*, Theol. Angl. 459.
Baro *Eguinarius*, JC. Gall. 471.
Barroſius *Jo.* Phil. Luſitan. 772.
Bartaſſius *Gul. Saluſt.* Poëta Gall. 780.
Battus *Levin.* Med. Germ. 733.
Bauhinus *Jo.* Med. Germ. 734.
Baumgartnerus *Hieron.* JC. Germ. 598.
Beconus *Thomas*, Theol. Angl. 615.
Bellaji tres Phil. Gall. 476.
Bellaqua *Remigius* Poët. Gall. 771.
Belloinus *Petr.* Med. Gall. 537.
Bembus *Petr.* Phil. Ital. 469.
Bernbeccius *Florian.* JC. Germ. 726.
Beroaldus *Philippus*, Phil. Ital. 279.
Berus *Oswaldus*, Med. Germ. 605.
Betulejus *Xyſtus*, Phil. Germ. 455.
Beurlinus *Jac.* Theol. Germ. 515.
Beuſt *Joach.* JC. Germ. 724.
Beutherus *Mich.* JC. Germ. 720.

Beut-

Beutrichius *Petr.* JC. Germ. 726.
Beyerus *Hartm.* Theol. Germ. 695.
Beyma *Jul.* JC. Friſ. 723.
Bibliander *Theodor.* Theol. Helvet. 644.
Bidembachius *Balthaſ.* Theol. Germ. 696
Bieſius *Nicol.* Med. Belg. 606.
Binsfeldius *Petr.* Theol. Germ. 713.
Biſciola *Jo. Gabr.* Theol. Ital. 643.
Blancus *M. Anton.* JC. Ital. 470.
Blaurerus *Ambroſ.* Theol. Germ. 586.
Bloſius *Ludov.* Theol. Belg. 595.
Bodenſteinius *Adam.* Med. Germ. 727.
Bodinus *Jo.* Phil. Gall. 784.
Boëtianus *Steph.* JC. Gall. 534.
Boidus *Fabritius*, Med. Ital. 771.
Bonamicus *Lazarus*, Phil. Ital. 473.
Bonarotus *Mich. Angelus*, pictor Ital. 542.
Bonaventura *Franciſc.* Theol. Hiſp. 762.
Bonavidius *M. Mantua*, JC. Ital. 763.
Bonefidius *Evimund.* JC. Gall. 624.
Bonfadius *Jacob.* Phil. Ital. 471.
Bonfadius *Franciſc.* Phil. Ital. 534.
Bonnus *Hermannus*, Phil. Germ. 454.
Bontius *Gerh.* Med. Belg. 733.
Boquinus *Petr.* Theol. Gall. 753.
Borcholten *Jo.* JC. Germ. 723.
Bordingus *Jac.* Med. Belg. 521.
Borgia *Franciſc.* Theol. Hiſp. 617.

Bo

Bornerus *Caſp.* Philoſ. Germ. 425.
Borræus *Mart.* Theol. Germ. 596.
Boſchius *Wolffg.* JC. Germ. 518.
Boſtius *Arnold.* Theol. Belg. 287.
Bottonus *Albert.* Med. Ital. 771.
Brachelius *Jerem.* Med. Germ. 444.
Bradshaus *Henr.* Monach. Anglus 285.
Bragadinus *Marc.* Alcumiſta Ital. 781.
Brand *Sebaſt.* JC. Germ. 439.
Brederodius *Petr. Cornel.* JC. Belg. 725.
Brentius *Jo.* Theol. Germ. 588.
Brentius *Jo.* Junior. Theol. Germ. 705.
Briſſonius *Barnabas*, JC. Gall. 765.
Broacus *Bonnus*, JC. Ital. 766.
Brodæus *Jo.* Phil. Gall. 541.
Brothagius *Sam.* JC. Germ. 766.
Brucæus *Henr.* Med. Germ. 733.
Brunfelſius *Otto*, Med. Germ. 444.
Bruſchius *Gaſpar.* Phil. Germ. 524.
Bry *Theodorus*, Sculptor Germ. 748.
Bucaferreus *Ludov.* Philoſ. Ital. 469.
Bucerus *Martin.* Theol. Germ. 427.
Buchananus *Georg.* Phil. Scotus 775.
Bucholzerus *Abrah.* Theol. Germ. 697.
Budæus *Guil.* Phil. Gall. 465.
Bugenhagius *Jo.* Theol. Germ. 513.
Bullingerus *Henr.* Theol. Helvet. 596.
Burgius *Annas*, JC. gall. 532.

Busbequius *A. Gisl.* Polit. Belg. 723.
Buſchius *Herman.* Phil. Germ. 448.
Buſius *Paul.* JC. Germ. 723.
Buteo *Jo.* Phil. Germ. 542.

C.

Cabedius *Mich.* JC. Luſitan. 766.
Cagnolus *Hieron.* JC. Ital. 471.
Cajetanus *Thomas de Vio* Theol. Ital. 464.
Caimus *Marc. Anton.* JC. Ital. 533.
Cajus *Jo.* Med. Angl. 628.
Calaminus *Georg.* Philoſ. Germ. 745.
Calaminus *Petr.* Theol. Germ. 715.
Calcus *Jac.* Phil. 478.
Calvinus *Jo.* Theol. Gall. 530.
Camerarius *Joach.* Phil. Germ. 611.
Camerarius *Joach.* Med. Germ. 731.
Camotius *Jo. Baptiſt.* Phil. Ital. 775.
Caniſius *Henr.* JC. Germ. 726.
Canterus *Guil.* Phil. Belg. 611.
Cantiuncula *Claud.* JC. Germ. 441.
Capella *Galeatius*, Hiſtoricus Ital. 464.
Capellus *Ludov.* Theol. Gall. 755.
Capilupus *Lælius*, Phil. Ital. 541.
Capito *Wolfg. Fabricius*, Theol. Germ. 423.
Capivaccius *Hieron.* Phil. Ital. 769.
Carcanus *Archillejus*, Med. Ital. 778.
Cardanus *Hieron.* Med. Ital. 630.
Cario *Jo.* Phil. & Hiſt. Germ. 451.

Car

Carlevvitzius *Chriſtoph.* JC. Germ. 726.
Carolſtadius *Andr.* Theol. Germ. 423.
Carolus *Jo.* Phil. Ital. 281.
Cartagena *Anton.* Medicus 477.
Caſanova *Marc. Anton.* Poëta Ital. 461.
Caſſander *Georg.* Theol. Belg. 594.
Caſtalio *Sebaſt.* Theol. Allobrox. 530.
Caſtellanus *Julius*, Philoſ. Ital. 789.
Caſtellus *Laur.* JC. Ital. 766.
Caſtelvetrus *Ludov.* Phil. Ital. 638.
Catanæus *Jo. Marius*, Philoſ. Ital. 463.
Catharinus *Ambroſ.* JC. Ital. 472.
Cavalcantius *Barthol.* JC. Ital. 533.
Celtes *Conrad.* Poëta Germ. 281.
Cephalus *Jo.* JC. Ital. 625.
Cerda *Melch.* Philoſ. Hiſp. 789.
Cevalerius *Anton. Rudolph.* Phil. Norm. 639.
Chabotius *Petr. Gualter.* Phil. Gall. 788.
Checus *Jo.* Phil. Angl. 537.
Chemnitius *Mart.* Theol. Germ. 699.
Chriſtianus *Q. Septim. Florens*, Poëta Gall. 785.
Chytræus *Nathan.* Philoſ. Germ. 747.
Ciacconius *Alphonſus* Theol. Hiſp. 760.
Ciacconius *Petr.* Theol. Hiſp. 753.
Cigalinus *Franciſc.* Med. & Phil. Ital. 463.
Cigalinus *Paul.* Med. Ital. 771.
Circlerus *Laur.* Philoſ. Germ. 750.
Ciſnerus *Nic.* JC. Germ. 717.

Clarus *Jul.* JC. Ital. 624.
Clenardus *Nicol.* Philoſ. Belg. 452.
Clotzius *Jo.* JC. Germ. 726.
Cludius *Andr.* JC. Germ. 724.
Clutinius *Reginald. Flavin.* Philoſ. Gall. 641.
Cnophius *Andr.* Theol. Germ. 432.
Cnoxus *Jo.* Theol. Scotus 617.
Coccius *Hulder.* Theol. Germ. 698.
Cochlæus *Jo.* Theol. Germ. 436.
Codrus *Anton.* Phil. Ital. 286.
Codrus *Foroliivienſis*, Poëta Ital. 286.
Cœleſtinus *Georg.* Theol. Germ. 695.
Colerus *Matth.* JC. Germ. 720.
Coletus *Jo.* Theol. Angl. 288.
Collinus *Conrad.* Theol. Germ. 434.
Columen *Hieron.* Phil. Ital. 778.
Commandinus *Frider.* Phil Ital. 642.
Commelinus *Hieron.* Philoſ. Gall. 747.
Commendonus *Jo. Franciſc.* Theol. Ven. 754.
Comminæus *Philipp.* Hiſtor. Belg. 283.
Contarenus *Caſp.* Hiſtor. Ital. 466.
Contius *Anton.* JC. Gall. 763.
Copernicus *Nicol.* Mathem. Germ. 452.
Copius *Bernh.* JC. Germ. 726.
Copus *Guil.* Med. Germ. 443.
Coraſius *Jo.* JC. Gall. 623.
Corduba *Alphonſ.* Phil. Hiſp. 466.
Corduba *Martin.* Theol. Hiſp. 531.

Cor-

Cordus *Euricius*, Med. Germ. 444.
Cordus *Valer.* Med. Germ. 445.
Cornarius *Janus*, Med. Germ. 520.
Cornerus *Chriſtoph.* Theol. Germ. 704.
Cortuſus *Jac. Anton.* Med. Ital. 771.
Corvinus *Andr.* Phil. germ. 478.
Covarruvias *Didacus*, JC. Hiſp. 762.
Covillonius *Jo.* Theol. Belg. 709.
Crammerus *Thom.* Theol. Angl. 459.
Cranach, *Lucas*, pictor Germ. 447.
Cranach *Lucas*, junior, pictor Germ. 739.
Craneveldius *Franciſc.* JC. Geldr. 598.
Craſſus *Paul.* Med. Ital. 629.
Crato *Jo.* Med. Germ. 695.
Cravetta *Aimo*, JC. Ital. 623.
Crellius *Fortun.* Philoſ. Germ. 751.
Crellius *Paul.* Theol. Germ. 695.
Cretenſis *Franc. Portus*, Phil. Ital. 775.
Cromerus *Mart.* Phil. Polon. 779.
Crucejus *Hannibal*, Phil. Ital. 772.
Cruciger *Caſp.* Theol. Germ. 426.
Cruciger *Caſp.* junior, Theol. Germ. 715.
Cruſerius *Herman.* Med. Belg. 606.
Cujacius *Jac.* JC. Gall. 764.
Curæus *Adam.* Theol. Germ. 586.
Curæus *Joach.* Med. Germ. 607.
Curio *Auguſtinus*, Phil. Helvet. 646.
Curio *Cœlius Secund.* Phil. Ital. 646.

Curio *Jac.* Med. Germ. 606.
Curtius *Petr.* Theol. *Belg.* 596.
Cuſpinianus *Jo.* Germ. Phil. 448.

D.

Dalburgius *Io.* Epiſc. germ. 278.
Dalechampius *Io.* Med. Ital. 770.
Damhouderus *Iodoc.* JC. germ. 717.
Damianus *Coſmus,* Theol. Hiſpan. 614.
Decianus *Tiber.* JC. Ital. 763.
Decius *Philip.* JC. Ital. 464.
Demlerus *Anaſtaſ.* JC. germ. 727.
Denores *Iaſon.* Poëta gallus 780.
Deringus *Edoard.* Theol. Angl. 620.
Deſſenius *Bernh.* Med. Cronenburg. 607.
Diſtelmeyer *Lambert.* JC. germ. 722.
Dodonæus *Rembertus,* Med. *Belg.* 728.
Dominicus *Ludov.* Philol. Ital. 543.
Donellus *Hugo,* JC. gall. 765.
Douſa *Ianus,* Phil. *Belg.* 746.
Draconites *Io.* Theol. germ. 584.
Dryander *Franciſc.* Philoſ. Hiſp. 473.
Dryander *Io.* Med. germ. 473. 756.
Duarenus *Franciſc.* JC. gall. 532.
Dudithius *Andr.* Theol. Hungar. 756.
Dulcis *Ludov.* Poët. Venet. 635.
Duncanus *Martin.* Theol. germ. 710.
Durerus *Alb.* Pictor germ. 447.
Duretus *Ludov.* Phil. gall. 769.

Durfeldius *Chriſtoph.* JC. germ. 726.

E.

Eberhardus *Caſp.* Theol. germ. 594.
Eberus *Paul.* Theol. germ. 588.
Eccius *Io.* Theol. germ. 435.
Echinus *Sebaſt.* Phil. Ital. 777.
Egnatius *Io. Baptiſta,* Philoſ. Ital. 474.
Ehemius *Chriſtoph.* JC. germ. 722.
Eiſengrein *Martin.* Theol. germ. 709.
Eitzen *Paulus,* Theol. germ. 706.
Ellinger *Andr.* Med. germ. 732.
Emſerus *Hieron.* Theol. germ. 435.
Epiſcopius *Nicol.* Typogr. *B*aſil. 631.
Epo *Boëtius,* JC. germ. 725.
Eraſtus *Thom,* Med. Helvet. 727.
Erythræus *Valent.* Phil. germ. 612.
Eſpencæus *Claud.* Theol. gall. 616.
Everhardus *Nicol.* JC. *B*elg. 441.
Eulenbeccius *Dan.* JC. germ. 727.

F.

Faber *Baſilius.* Phil. germ. 478.
Faber *Iac.* Phil. gall. 470.
Faber *Io,* Theol. germ. 434.
Fabianus *Rob.* Hiſtor. Angl. 284.
Fabricius *Franciſc.* Phil. germ. 647.
Fabricius *Georg.* Philoſ. germ. 610.
Fabricius *Paulus,* Philoſ. germ. 751.
Fabricius *Simon,* Phil. germ. 750.

Faërnus *Gabr.* Phil. Ital. 541.
Fagius *Paul.* Theol. germ. 427.
Falckenburgius *Gerhard.* Philoſ. germ. 735.
Fallopius *Gabr.* Med. Ital. 536.
Farellus *Guil.* Theol. gall. 613.
Fernelius *Io.* Med. gall. 535.
Ferrarius *Io.* JC. germ. 518.
Ferrarius *Octav.* Phil. Ital. 777.
Ferrerius *Auger.* Med. gall. 769.
Ferronus *Arnold.* JC. gall. 534.
Ferus *Io.* Theol. germ. 436.
Fichardus *Io.* JC. germ. 717.
Finæus *Orontius*, Philoſ. gall. 475.
Fiſcherus *Io.* Theol. Angl. 459.
Flacius *Matth.* Illyr. Theol. germ. 478. 593.
Flinſchbachius *Cunmannus*, Theol. germ. 590.
Foëſius *Annutius*, Philoſ. Ital. 769.
Folengus *Io. Baptiſta*, Theol. Ital. 527.
Folengus *Theoph.* Poëta Ital. 468.
Folieta *Hubertus*, Phil. Ital. 775.
Fonſeca *Petr.* Theol. Luſitan. 761.
Forerius *Franc.* Theol. Luſitan. 752.
Foreſtus *Petr.* Med. Belg. 731.
Forſterus *Io.* Theol. germ. 431.
Foxus *Io.* Theol. Angl. 755.
Fracaſtorius *Hieron.* Med. & Phil. Ital. 474.
Frambeſarius *Nicol. Abrah.* Med. gall. 771.
Franciſcus *Io.* Med. Dan. 770.

Fra-

Fraſcata *Gabr*, Med. gall. 770.
Frechtus *Mart.* Theol. germ. 431.
Freigius *Io. Thom.* JC. germ. 717.
Frigimelica *Franciſc.* Med. Ital. 535.
Friſchlinus *Nicod.* Phil. germ. 741.
Friſius *Gemma*, Med. germ. 446.
Frobenius *Io.* Typograph. germ. 447.
Fruterius *Lucas*, JC. Belg. 633.
Fuchſius *Leonh.* Med. germ. 604.
Fuchſius *Remaclus*, Med. germ. 733.
Funccius *Io.* Theol. germ. 585.
Furius *Frider.* Philol. Hiſpan. 782.

G.

Gaguinus *Robert.* Hiſtor. gall. 278.
Gailius *Andr.* JC. germ. 721.
Galenus *Matth.* Theol. Belg. 595.
Gallus *Nicol.* Theol. germ. 589.
Gambarus *Laur.* Poëta gall. 789.
Garetius *Io.* Theol. Belg. 616.
Garſias *Franciſc.* Theol. Hiſp. 761.
Gaſſarus *Achilles*, Phil. germ. 734.
Gauricus *Lucas*, Aſtrol. Ital. 539.
Gauricus *Pomponius*, Poëta Ital. 466.
Gebhardus *Hier.* IC. germ. 602.
Geldenhauer *Gerhard.* Theol. germ. 423.
Gelenius *Sigismund.* Phil. germ. 455.
Gellus *Io. Baptiſta*, Phil. Ital. 541.
Gemma *Cornel.* Med. Belg. 732.

Gemu-

Gemuſæus *Hieron.* Phil. germ. 453.
Genebrardus *Gilb.* Theol. gall. 759.
Gentilis *Io. Valent.* Theol. Hiſp. 614.
Georgius Princeps Anhalt. 430.
Gerbelius *Nicol.* IC. germ. 519.
Gerſtmannus *Mart.* IC. germ. 726.
Geſnerus *Conr.* Med. Helvet. 604.
Geuderus *Philip.* IC. germ. 726.
Gigas *Io.* Theol. germ. 697.
Gillius *Petr.* Philoſ. gall. 475.
Giofii *Anton.* IC. Ital. 645.
Giraldus *Io. Baptiſta,* Med. Ital. 628.
Giſelinus *Victor.* Phil. Belg. 741.
Glareanus *Henr. Loritus,* Philoſ. germ. 526.
Goblerus *Iuſtin.* IC. germ. 598.
Goclenius *Conr.* Phil. germ. 449.
Gœden *Henningus,* IC. germ. 439.
Goës *Damainus* à Hiſtor. Luſitan. 478.
Gopilus *Iac.* Med. gall. 535.
Goropius *Io.* Med. germ. 605.
Gorræus *Io.* Med. gall. 767.
Gorſcius *Iac.* Philoſ. Polon. 789.
Goſſelinus *Iulian.* Phil. Ital. 778.
Goveanus *Anton.* IC. Luſitan. 622.
Granatenſis *Ludov.* Theol. Hiſpan. 756.
Gratarolus *Guil.* Med. gall. 523.
Grempius *Ludov.* IC. germ. 718.
Grevinus *Iac.* Med. gall. 627.

Gropperus *Io.* Theol. germ. 516.
Gruchius *Nicol.* Phil. gall. 640.
Grudius *Nicol.* Phil. germ. 610.
Grundlerus *Andr.* Med. germ. 446.
Grunerus *Victorin.* IC. germ. 726.
Grynæus *Sam.* IC. germ. 726.
Grynæus *Simon.* Phil. germ. 451.
Grynæus *Thom.* Theol. Helvet. 439. 517.
Gualterus *Rudolph.* Theol. Helv. 713.
Guevara *Anton.* Phil. Hiſp. 467.
Guicciardinus *Franciſc.* Hiſtor. Ital. 465.
Guicciardinus *Ludov.* Hiſtor. Belg. 780.
Guillandinus *Melch.* Med. Poruſſ. 730.
Guintherius *Io.* Med. germ. 607.
Gulielmius *Ianus*, Philoſ. germ. 738.

H.

Hadrianus *Io. Baptiſta*, Phil. Ital. 773.
Haloander *Gregor.* IC. germ. 441.
Hallerus *Berthold.* Theol. Helvet. 437.
Hamberger *Georg.* Med. germ. 733.
Happelius *Wigand.* IC. germ. 600.
Hartungus *Io.* Phil. germ. 735.
Havenreuter *Sebaſt.* Med. germ. 733.
Hedio *Caſp.* Theol. germ. 429.
Heigius *Petr.* IC. germ. 725.
Heilandus *Sam.* Philoſ. germ. 750.
Heinſius *Simon.* Theol. germ. 432.
Heinzenberger *Io.* IC. germ. 726.

Hel-

Heldingus *Mich.* Theol. germ. 516.
Hemminga *Sixtus*, Phil. germ. 750.
Hentenius *Io.* Theol. *Belg.* 595.
Herberſtein *Sigismund.* L. *B.* IC. germ. 518.
Herdeſianus *Chriſtoph.* IC. germ. 719.
Heresbachius *Conr.* IC. germ. 602.
Hervetus *Gentian.* Theol. gall. 754.
Heshuſius *Tilem.* Theol. germ. 701.
Heſſelius *Io.* Theol. *Belg.* 595.
Heſſus *Helius Eob.* Poëta germ. 451
Heſſus *Io.* Theol. germ. 425.
Heuslerus *Matth.* Med. germ. 523.
Hochſtrat *Iacob.* Theol. germ. 433.
Hofferus *Io.* IC. germ. 726.
Hoffmannus *Libor.* IC. germ. 727.
Holbenius *Io.* pictor germ. 447.
Hollerius *Iac.* Med. gall. 536.
Hopperus *Ioach.* IC. Friſ. 603.
Hortenſius *Lambert.* Philoſ. germ. 734.
Hortulanus *Cosmus Damianus*, Theol. Hiſp. 61
Hoſius *Staniſl.* Theol. Polon. 751.
Hoſpitalius *Mich.* IC. gall. 624.
Hoſtus *Matth.* Phil. germ. 740.
Hottomannus *Franciſc.* IC. gall. 764.
Huberus *Io.* Med. germ. 605.
Huberus *Sam.* Theol. germ. 707.
Humeredus *Laur.* Theol. Angl. 761.
Hunnæus *Auguſtin.* Phil. germ. 750.

Huſanus *Henr.* IC. germ. 721.
Hutten *Ulricus*, IC. germ. 440.
Hyperius *Andr. Gerhard.* Theol. germ. 439. 517.

I.

ambularius *Petr. Franciſc* Phil. Ital. 542.
anotius *Donatus*, Phil Ital. 640.
anſenius *Cornel.* Theol. *Belg.* 629.
ngraſſias *Io.* Philip. Med. Hiſp. 630.
oachimus *Georg.* alias *Rheticus* Phil. germ. 613.
obertus *Laur.* Med. gall. 768.
onas *Iuſtus*, Theol. germ. 430.
onas *Iuſtus*, Iunior, IC. germ. 599.
ovius *Paul.* Theol. Ital. 472.
lebius *Io. Agricola*, Theol. germ. 585.
ſelt *Mich.* Theol. germ. 711.
udæ *Leo* Theol. germ. 424.
udex *Matth.* Theol. germ. 478. 515.
unius *Adrian.* Med. *Belg.* 608.
ellus *Io.* Theol. Angl. 616.

K.

emnizius *Mart.* Theol. germ. 699.
entmmannus *Io.* Med. germ. 523.
rchnerus *Timoth.* Theol. germ. 700.
rchofius *Laur.* IC. germ. 716.
ing *Melch.* IC. germ. 600.
nopperus *Io. Albert.* IC. germ. 726.
olbius *Franciſc.* Theol. germ. 437.
onig *Chilianus*, IC. germ. 441.

Krantz

Krantzius *Albert*. Hiſt. germ. 287.
Krentzhemius *Leonh*. Theol. germ. 706.

L.

Lambinus *Dionyſ*. Philol. gall. 639.
Lampſonius *Dominic*. Poëta Flander 787.
Landsbergius *Io*. Theol. germ. 434.
Landus *Baſſianus*, Med. Ital. 536.
Langius *Carol*. Phil. germ. 647.
Langius *Io*. Med. germ. 604.
Langius *Rudolph*. Philoſ. germ. 287.
Langus *Io*. IC. germ. 442.
Languetus *Hubert*. IC. gall. 763.
Laſcus *Io*. Theol. Polon. 528.
Laſſus *Orlandus*, Muſicus germ. 750.
Latomus *Barthol*. Philoſ. Belg. 645.
Latomus *Iac*. Theol. Belg. 435.
Latomus *Io*. Theol. Belg. 708.
Lavaterus *Ludov*. Theol. Helvet. 713.
Laubmarius *Andr*. IC. germ. 727.
Laudebachus *Io*. Typogr. germ. 285.
Lautenbachius *Conr*. Theol. germ. 705.
Lauterbachius *Io*. Poëta germ. 751.
Laynez *Iacob*. Theol. Hiſp. 614.
Lazius *Wolfg*. Med. & Hiſtor. germ. 609.
Ledesma *Iacob*. Theol. Hiſp. 619.
Lemnius *Levinus*, Med. Belg. 521.
Lenſæus *Io*. Theol. Belg. 711.
Leonicenus *Nicol*. Med. Ital. 461.

Leoninus *Elbertus* IC. germ. 725.
Leopardus *Paulus*, Phil. Belg. 634.
Leovitius *Cyprian.* Philoſ. Bohem. 611.
Lersnerus *Iac.* IC. germ. 726.
Leſcotus *Petr.* Philoſ. Gall. 772.
Leslæus *Io.* Theol. Scot. 785.
Lesmus *Mart.* Theol. Hiſp. 618.
Leuenclavius *Io.* Phil. germ. 742.
Limmerus *Io.* IC. germ. 727.
Linacer *Thom.* Phil. Angl. 457.
Lindanus *Guil.* Theol. Belg. 710.
Lindenbergius *Petr.* Poëta germ. 746.
Lippomannus *Aloyſius*, Theol. Ital. 527.
Lipſius *Martin.* Phil. Belg. 455.
Livineus *Io.* Phil. Flander 749.
Loaiſa *Garſias*, Theol. Hiſp. 760.
Lobvvaſſer *Ambroſ.* IC. germ. 719.
Longolius *Chriſtoph.* Phil. Belg. 446.
Longolius *Gisb.* Med. germ. 445.
Lonicerus *Adam.* Med. germ. 729.
Lonicerus *Io.* Philoſ. germ. 609.
Lorichius *Io. Hadamarius*, IC. germ. 600.
Loſeus *Alexand.* IC. gall. 623.
Loſſius *Lucas*, Philoſ. germ. 737.
Lotichius *Petr.* Med. germ. 522.
Lotichius *Petr.* Theol. germ. 586.
Loyola *Ignatius* Theol. Hiſp. 475.
Lucanus *David* IC. germ. 726.

Lu-

Ludovicus *Laur*. Phil. germ. 750.
Luiſinus *Franciſc*. Philoſ. Ital. 635.
Lutherus *Mart*. Theol. germ. 420.
Lutherus *Paul*. Med. germ. 733.
Lycoſthenes *Conr*. Theol. germ. 437. 517.

M.

Machiavellus *Nicol*. Polit. Ital. 461.
Macrinus *Salmonius*, Phil. gall. 538.
Macropedius *Georg*. Philoſ. germ. 524.
Magirus *Io*. Philoſ. germ. 751.
Magius *Hieron*. Phil. Ital. 637.
Magnus *Io*. Hiſtor. Suec. 468.
Mahuſius *Io*. Theol. germ. 707.
Major *Georg*. Theol. germ. 592.
Majoragius *M. Anton*. Philoſ. Ital. 475.
Maldonatus *Io*. Theol. Hiſp. 754.
Manutius *Aldus*, Phil. Ital. 786.
Manutius *Paul*. Phil. Ital. 640.
Marbachius *Io*. Theol. germ. 696.
Marcellus *Io*. Phil. germ. 455.
Marcus *Ioſ*. IC. germ. 727.
Margareta Auſtriaca 448.
Margareta Henrici III. avia 282.
Marloratus *Auguſtin*. Theol. germ. 438. 517.
Marnixius *Philip*. IC. germ. 724.
Marotus *Clemens*, Poëta gall. 468.
Marſtallerus *Gervaſius*, Med. germ. 732.
Martyr *Petr*. Hiſtor. Ital. 476.

Mar-

Martyr *Petr.* Theol. Ital. 529.
Marullus *Mich.* Poëta *B*yzant. 284.
Maſius *Andr.* Theol. *B*elg. 618.
Maſſa *Niçol.* Med. Ital. 537.
Maſſa *M. Anton.* IC. Ital. 645.
Maſſaria *Alexand.* Med. Gall. 770.
Matthæus *Conrad.* IC. germ. 716.
Mattheſius *Io.* Theol. germ. 582.
Matthiolus *Petr. Andr.* Med. Ital. 767.
Maurolycus *Franciſc.* Mathem. Syracuſ. 648.
Mayerus *Io.* Theol. germ. 707.
Maynus *Iaſon.* IC. Ital. 287.
Mazarinus *Iul.* Theol. Siculus 621.
Mazzonius *Iac.* Phil. Ital. 789.
Medina *Barthol.* Theol. Hiſp. 752.
Meiſterus *Ioach.* Phil. germ. 750.
Melanchthon *Philip.* Theol. germ. 420. 514.
Mencelius *Hieron.* Theol. germ. 703.
Menius *Iuſtus* Theol. germ. 513.
Mercator *Gerh.* Mathemat. germ. 743.
Mercerus *Io.* Philol. gall. 637.
Mermannus *Arnold.* Theol. germ. 709.
Metkercus *Adolph.* Philoſ. germ. 742.
Metzlerus *Io.* IC. germ. 442.
Meuerus *Mich.* Med. germ. 733.
Meurer *Wolffg.* Med. germ. 733.
Micyllus *Iac.* Philoſ. germ. 523.
Milichius *Henr.* Med. germ. 733.

Milichius *Iac.* Med. germ. 520.
Minadous *Io. Thom.* Med. Ital. 771.
Mirica *Andr.* Med. germ. 728.
Mirus *Mart.* Theol. germ. 704.
Mithobius *Burchard.* Med. germ. 604.
Mizaldus *Anton.* Med. & Phil. gall. 767.
Mocenigus *Andr.* Phil. Hiſp. 477.
Modius *Franciſc.* Philoſ. Belg. 749.
Mœglinus *Daniel.* Med. germ. 733.
Mœglinus *Nicol.* Med. germ. 608.
Moibanus *Ambroſ.* Theol. germ. 420.
Moibanus *Io.* Med. germ. 522.
Molanus *Io.* Theol. Belg. 710.
Molinæus *Carol.* IC. gall. 622.
Mollerus *Henr.* Theol. germ. 702.
Monachus *Ioſ.* IC. germ. 727.
Monevius *Petr.* Med. germ. 733.
Monnerus *Baſilius* IC. germ. 598.
Monlucius *Io.* Theol. gall. 751.
Montanus *Io. Baptiſta* Med. Ital. 472.
Montanus *Mich.* Phil. gall. 782.
Montanus *Paul.* IC. germ. 720.
Montanus *Petr.* Theol. Belg. 708.
Montanus *Philip.* Theol. gall. 620.
Montaureus *Petr.* Philoſ. gall. 637.
Monticulus *Sebaſt.* IC. Ital. 766.
Moralis *Ambroſ.* Phil. Hiſp. 781.
Morata *Olympia Fulvia* Phil. Itala 474.

Mo

Mordiſius *Ulr.* IC. germ. 602.
Morellus *Guil.* Typogr. gall. 542.
Morlinus *Ioach.* Theol. germ. 590.
Morus *Thomas* Phil. Angl. 458.
Moſellanus *Petr.* phil. germ. 447.
Mudæus *Gabr.* IC. Belg. 519.
Munſterus *Sebaſt.* phil. germ. 455.
Munzingerus *Henr.* Med. germ. 446.
Muretus *M. Anton.* phil. Ital. 776.
Murmelius *Io.* philoſ. Belg. 285.
Muſæus *Simon.* Theol. germ. 644.
Muſculus *Andr.* theol. germ. 697.
Muſculus *Wolfg.* theol. germ. 438. 517.
Muſſus *Corn.* theol. Ital. 618.
Myconius *Frider.* theol. germ. 425.
Myconius *Osvvaldus* theol. Helvet. 428.
Mynſingerus *Ioach.* IC. germ. 721.

N.

Nævii *Caſp.* & *Io.* Med. germ. 607.
Nannius *Petr.* phil. Belg. 457.
Nauclerus *Io.* theol. germ. 288.
Nauſea *Frider.* theol. germ. 434.
Neander *Mich.* philol. germ. 743.
Nebriſſenſis *Ælius Anton.* philol. Hiſp. 467.
Nerius *Phil.* theol. Ital. 758.
Neuſtetter *Erasm.* IC. germ. 726.
Nigidius *Petr.* phil. germ. 737.
Niphus *Auguſtin.* Med & phil. gall. 478.

Nobilius *Flaminius*, theol. Ital. 762.
Nonius *Petr.* Med. Hiſp. 767.
Novicampianus *Albert.* theol. Polon. 526.
Noviomagus *Gerardus*, phil. germ. 452.
O.
Oddis *Oddus de* Med. Ital. 535.
Oddus *Marcus*, Med. Ital. 771.
Oecolampadius *Io.* theol. germ. 411. 421.
Oldendorpius *Io.* IC. germ. 599.
Olevianus *Caſp.* theol. germ. 714.
Olivarius *Franciſc.* IC. gall. 533.
Omphalius *Iac.* IC. germ. 600.
Opitius *Ioſua*, theol. germ. 698.
Opmeerus *Petr.* philoſ. germ. 750.
Oporinus *Io.* Typograph. Helvet. 609.
Opſopœus *Io.* Med. germ. 733.
Ortelius *Abrah.* geograph. Belg. 748.
Orthius *Wigand.* theol. germ. 584.
